
EXPOSITIONES MAGNI AVGVSTINI NIPHI MEDICES PHILOSOPHI SVESSANI in Libros de Sophisticis Elenchis Aristotelis.

Cum Textu recognito: & ab ipso auctore interpretato. Opus quidem pernecessarium, ac utile ad importunitates Sophisticas fugiendas: nuper maxima cura, ac diligenti studio in lucem editum.





Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. L I.

ARISTOTELIS DE SOPHISTICIS ELENCHIS LIBER PRIMUS MAGNO INTERPRETE ET EXPOSITORE AVGVSTINO NIPHO MEDICE PHILOSOPHO SVESSANO.

A E SOPHISTICIS AVTEM ELENCHIS, *déque ijs qui elenchi quidem uidentur, non autem sunt elenchi, sed paralogismi, dicamus incipientes secundum naturam a primis.*



NTEQVAM ad textus expositionem ueniam, primo uidendum est, quænam præsentis negotij est intentio. deinde de ordine huius Libri ad cæteros Aristotelis libros, quos in logica scripsit, demum & de huius libri inscriptione. ¶Herminius asserit Aristotelis intentionem esse tradere nobis methodum, per quam sophistæ elenchos constituunt, methodiq; ignaros decipiunt. Est autem hæc methodus. 13. modi ab ipso Aristotele tradendi, qui secundum quosdã sunt uniuersales sophismatum coniecturæ. ¶Philoxeni uero opinio est, Aristotelem tradere de sophistico syllogismo. Nam cum egisset de demonstratiuo syllogismo, & de dialectico, erat necessarium agere de ultima specie, scilicet de syllogismo sophistico, agit igitur Aristoteles de sophistico syllogismo in præsenti libro, tanquam de euitando ueneno, ut per ipsum fugiamus sophisticas perturbationes. & quia sic agit de syllogismo sophistico, oportuit etiam agere de elẽchis, non ut prosequamur, sed ut fugiamus, ceu in medicina agitur de uenenis, & de pharmacis. de pharmacis quidem, ut utamur. de uenenis autem ut fugiamus. ¶ Pro hac opinione uidetur Aristoteles, qui proponens suam intentionem, dicit. [De sophisticis autem elenchis,] & separando disputationem huius libri a cæteris, dicit. De demonstratiuis, & dialecticis dictum est. de agonisticis uero & litigiosis nũc dicemus. Hanc Philoxeni opinionem asserunt ueram esse omnes iuniores, qui intentionem materiam, & subiectum idem esse tradunt. hac. uidelicet. ratione ducti, quod ea, de quibus determinat Aristoteles in hoc libro, sint principia syllogismi apparentis, qui uerbo græco sophisticus dicitur, inquantum. uidelicet apparens est. ¶Sed contra hanc opinionem est, ꝙ hæc syllogismi species sit ludentium, & non studentium. Qualis ludus syllogismus sophisticus sit sapientibus, scientificisq; uiris in Euthydemo Plato tractat, ubi Socrates cum Critone disserens, mirabilem esse sophisticam ostendit, appellatque sophistas ipsos πανσόφους: deinde præcipit Euthydemo, ut cum Clinia Axioci filio disputet: qui illico incipiens, & æquiuoce interrogans ad contradictiones induxit Cliniam iuuenem, qui sunt homines o Clinia, qui aliquid discunt, sapientes ne, an ignorantes? Puer autem propter quæstionis illius pondus erubuit, & hæsitans, oculos in me conuertit. Ego uero perturbationem illius animaduertens dixi, bono animo esto Clinia, & quæ tibi uidentur uiriliter isti responde. Forte enim maxime te iuuabit. ita loquenti mihi Dionysiodorus inclinatus ad aurem ac ridens ait. Prædico tibi o Socrates quicquid puer responderit, confutatum iri. Interim responderat Clinias, itaque puerum mihi admonere non licuit, responderat autem sapientes esse qui discunt, ad quem Euthydemus, uocas præceptores aliquos, an non? assensus est. an non præceptores discentium præceptores sunt: quemadmodum cytharista, atque grammaticus, & tui & cæterorum puerorum præceptores fuerunt, uos autem discipuli, consensit: cum discebatis, nondum sciebatis hæc eadem, quæ discebatis? nondum, nunquid eratis sapientes, quando hæc ignorabatis, nequaquam. Si non sapientes, ignorantes igitur? omnino. Vos ergo dum discebatis, quæ ignorabatis, ignorantes discebatis. Annuit adolescens, ex hoc sequitur, ut ignorantes discant o Clinia, non sapientes, ut ipse putabas. Cum hæc ille dixisset, tanquam chorus significante magistro summo applausu conclamarunt, riseruntque illi Euthydemi & Dionysiodori sectatores. Postea contrarium disputauit, scilicet quod discant scientes, est autem ille dialogus, & Prothagoras plenus rationibus eiusmodi. Patet igitur ex hisce sophisticum syllogismum esse ludentium, & non studentium: & ita non uidetur, ut eo Aristoteles tanquam de subiecto agat, atque de propria huius libri materia. ¶ Hoc argumento fortasse Alexander redit ad opinionem Herminij, asserens intentionem Aristotelis esse dicere quonam modo sophistæ constituant elenchos sophisticos, & quonam modo per eos redarguant ignaros artis, & quæ uniuersales coniecturæ sophismatum, & quot sunt sophismatum species. & deinceps conuenientes ipsis solutiones adducit, quo declarato & dearguere, & soluere poterimus, nam qui scit ligare, scit etiam soluere. ¶Sed hoc quod Alexander dicit, est enumerare omnia, quæ Arist. facit in hoc opere. Sed quoniam omnis multitudo reducitur ad unum, oportet in hoc libro dare unum primum ad quod omnia, quæ in hoc libro considerantur,

Marginalia: De intentione huius libri. — Herm. opinio — Philo. opinio. — Quæ Alexã. — B, C, D, E, F, G, H

I attributionem habent,tale,siue subiectum,siue materiam, siue intentionem uocaueris, nihil aliud uidetur quã syllogismus sophisticus,uel elenchus sospisticus. Ideo cum Philoxeno uidetur mihi esse dicendum. ꝙ licet Aristoteles multa agat,tamen subiectum,uel prędicatum primum atque cõmunissimum, est elenchus sophisticus,qui si referatur ad utentes, recte Plato asserit eum esse syllogismum ludentium. At si referatur ad hunc librum,qui de eo agit,ut de ꝓprio subiecto, uel materia,aut ut de proprio scibili, est syllogismus scientium,hactenus de intentione. *opinio propia*

De ordine. Herm, ¶De ordine uero, Herminius quem Philoponus imitatur,posuit dialecticum negotium, & sophisticum ante demonstratiuum, quoniam oportet primum se in probabilibus unumquenque exercere,deinde in necessarijs, & ueris,ergo sicuti est in ordine exercitationis,ita est in or-

K dine doctrinæ atque tradendi. ¶Alexander refellit hanc positionem:quoniam falsum ueritatis appositione arguitur. ergo oportet prius uerum, & necessariũ discere, postea falsum, & probabile. ergo negotium analyticum ante alia præponi debet. Præterea obliquum non cognoscitur, nisi per cognitionem sui recti,igitur si uolumus scire peccata,quæ syllogismis accidunt, oportet præcognoscere ipsos syllogismos. Quare negotium analyticum,& topicum præcedere debent negotium, quod est de obliquo.s.de syllogismo sophistico.

De inscriptione li. ¶Consequenter de libri inscriptione differendum,Plato itaque in Euthydemo,& Arist.in procemio dialectici negotij eundem dicunt esse litigiosum,& sophisticum syllogismum. Sophisticum uero,qui & litigiosus est, aliquando quidem in materia peccare dicunt,non autem in ipsa syllogistica coniu-

L gatione,& eum,qui sic peccat,syllogismum nominãt. Interdum uero in syllogistica figura, non autem in materia peccat,& hunc non syllogismum uocant:sed sophisticum simpliciter,ut cum dicitur. Omne uirile uirilitatem habet. Indumentum est uirile.ergo indumentum uirilitatem habet. hic quidem non in syllogistica figura,sed in maiore peccat,quoniam falsa est. Si uero dicatur,omnis equus est animal.omnis homo est animal.igitur omnis homo est equus,propositiones quidem ueræ sunt,figura autem assyllogistica est, qm̃ ex duabus affirmatiuis in secunda figura.Demum & tertio aliquando peccat in materia,& forma. ut omnis equus est lapis,nullum hinnibile est equus, ergo omne hinnibile est lapis. syllogismus.n.peccat in materia,quia utraque propositio falsa est,& in forma quia ex minore negatiua in prima figura. Philoxenꝰ

M uero inter hos talem differentiam ponit,quod litigiosus peccet in figura,& non in materia, sophisticus cõtra in materia,non autem in figura. ¶Hanc autem opinionem iuste refellit Alexander,ex eo,quia Aristo. ut patebit,separando demonstratiuã rationem a dialectica,& dialecticam a sophistica,dicit. Qui secundũ rem de cõibus est,dialecticus,qui autem de cõmunibꝰ apparenter,sophisticus & litigiosus syllogismus dicitur. Secundum igitur Arist.sophisticus, & litigiosus syllogismus idem omnino est.

De elẽcho. ¶Quid uero sit syllogismus elenchus secundo priorum declarauit Arist. est enim elenchus redargutionis syllogismus,& quia redarguimus maxime concludendo contradictorium ꝓpositi.ideo definiri solet elenchus,ꝙ sit contradictionis syllogismus. Redarguere etiam solemus per contrarium,nam si concludimus contrarium,& propositum falsum esse necesse est. N ideo elenchus uidetur hře duas species secundum Arist. primã,qua redarguimus syllogizando contradictoriam. secundam qua redarguimus syllogizando cõtrariam propositi pro prima specie definiri solet,ꝙ frequẽtissime accidat, pro scda uero rarentius. ἔλεγχος tñ.i.elenchus id sigñat,quod redargutio uel argm̃,ἀπὸ τοῦ ἐλέγχω, quod redarguo, uel arguo significat,aut argumentor. Alexander aũt elenchum uult esse contradictionem: quod.n.græce ἔλεγχος dicitur,nos contradictionem uocamus: quare elẽchus syllogismus contradictionis est uerum elenchus contradictio est eiusdem & unius, non nominis, sed rei & nominis.nam si aliquis interrogauerit utrum canis animal est?& respondens sic dixerit, si interrogãs contradicendo syllogizauerit, qui calores facit, non est animal, canis calores facit. ergo canis non est animal: O

hic non facit elenchum.quoniam non ad eãdem rem facit elenchum.nam respondens de latrabili, interrogans uero de sydere intelligit. insuper elenchus est contradictio,non nominis æquiuoci.nam si interrogauerit aliquis,utrum animal mouetur, & respondens affirmauerit esse ita, si sophista addiderit quod aliquod sit animal quod quiescit, uel quod non mouetur,non facit elenchum, quia non est nominis uniuoci,sed æquiuoci. Adhæc elenchus debet esse contradictio eiusdem, quod non fuit in principio datum, sed eiusdem per syllogismum ex datis. nam de petitione principij,& de petitione contrarij octauo topicorum,& secundo priorum satis dictum est. ¶Rursus elenchus debet esse contradictio secundum idem. nã si interrogauerit aliquis utrum ethiops sit niger, rñderitque respondens quod sic,& interrogans syllogizet quod non,quia ethiops est albus dentes, hic non P

facit elenchum, nam contradictio non est secundum idem. etiam elenchus debet esse contradictio ad idem, quoniam si aliquis interrogauerit utrum decem sint uiginti.& respondens dicat quod non:si interrogans opponat decem dupla esse uiginti. non contradicis ad idem.nam qui dicit decem non esse uiginti.respexit ad simplicem numerum. Qui uero opposuit de decem duplis, respexit ad numerum compositum. ¶Præterea elenchus debet esse contradictio eiusdem similiter,quia si aliquis interrogauerit,utrum qui dormit uisum habeat,& respondens dicat quod sic,si postea interrogans opponat. qui uisum habet, uidet. sed dormiens uisum habet. ergo dormiens uidet hic non facit elenchum: quoniam respondens dixit dor- Q

mientem habere uisum, accipiendo uisum pro potentia uisiua, opponens sumpsit uisum pro actu uidendi. ¶Insuper elenchus debet esse contradictio secundum idem tempus. nam si interrogans interroget utrum homines sint boni, & respondens dicat quod sic, si interrogans opponat quia ætate ferrea homines non sunt boni, hic non est uerus elenchus, quia non refert contradictionem ad idem tempus. Erit igitur syllogismus uerus elenchus, qui contradictionis eiusdem secundum idem nomen, non æquiuocum,& non in principio petitũ,& secundum eandem rem,& ad idem similiter,& secundum idem tempus. Quando interrogans redargueret respondẽtem non secundum hanc elenchi definitionem,sed aut secundũ æquiuocationẽ,aut secũdũ aliq.13.deceptionũ tunc

A tunc non uere elenchice,sed sophistice redargueret. & hunc syllogismum Arist. non elenchum uocat, sed παρεξέλεγχον, parexelenchum ꝙ sit præter rationem ueri elenchi,ἀπὸ τοῦ παρὰ quod est præter, καὶ ἀπὸ τοῦ ἔλεγχος,elencho,hoc est redargutionem,quod cum nõ habeat nomen latinum,paraxelẽchum dicamus. Ex his patet inscriptio,nam cum secundum Alex. elenchus sit duplex.elenchus dialecticus, qui syllogismus contradictionis est ex probabilibus redarguens respondẽtem,& sophisticus elenchus, qui ex apparenter probabilibus respondentem redarguit: ergo bene de sophisticis elenchis inscripsit librum ad differentiam libri topicorum, qui est de topicis uel dialecticis elenchis,quia hic liber est de sophisticis redargutionibus, quæ fiunt per apparenter probabilia.Inscripsit autẽ de sophisticis elenchis in plurali, quia cum omnibus

B speciebus non est unum cõmune genus,semper species generis,& non genus specierum est nominandũ. Ex his ulterius manifestum elenchum sophisticum esse syllogismum litigiosum,qui paralogismus dicitur, & hic est aut peccans in forma, non apparens autem peccare,& hic non syllogismus, sed sophisticus dicit͂. aut peccat in materia,figuram autem seruans, & hic syllogismus dici potest,licet sophisticus. At si in materia,& forma peccauerit,sophisticus licet dici possit, non tamen syllogismus.Et licet paralogismus aut ꝓpter materiam,aut propter figuram sit paralogismus, tamen Arist.potissimum eum appellat paralogismũ, qui peccat in figura:hactenus de inscriptione. ¶Tunc uenio ad textum,ubi proponit intentionem & dicit. [De sophisticis autem elenchis.] ad differentiam elẽchorum dialecticorum,& per sophisticos elenchos in-

C telligit syllogismos sophisticos,qui habentes uerisimilem materiam,peccant in materia seruantes figuram, [deque ijs qui elenchi quidem uidentur]& syllogismi,[non autem sunt elenchi,] neq; syllogismi,[sed paralogismi,]quia peccantes in figura uidentur elenchi & syllogismi:quatenus uerisimili constant figura. ergo secundum Alexandrum proponit de sophisticis elenchis,qui solum peccant in materia,& de sophisticis elenchis, qui peccant in figura materia quouis modo se habente,qui dicuntur paralogismi. ¶Quare de omnibus sophisticis elenchis,est Aristotelis intentio dicere in hoc libro.proposita intentione,assignat ordinem & dicit, [dicamus incipientes secundum naturam a primis.] Vna Alexandri expositio est, quod simpliciter syllogismus genus sit demonstratiui, dialectici,& sophistici syllogismi, & cum genera sint spe-

D ciebus natura priora,debet & hic etiam primum tradere capitulum de syllogismo & quid est,& quonam modo, aliqui non existentes uidentur syllogismi, aliqui autem secundum ueritatem uidentur & sunt.ergo dicere proponit secundum naturam a primis,quia de cõmunibus,quæ sunt quid sit syllogismus, & utrũ syllogismus sophisticus sit.aut per naturã prima intelligit,ut Alexander etiam exponit, ea quæ sunt propria principia propositi negotij, quæcunque elementa dicuntur. nam alia alterius sunt elementa, & non eadem omnibus. quemadmodum enim geometriæ natura priora,& principia sunt puncta,lineæ, circuli, & dignitates, de quibus primum cum dixerint geometræ,illico ad particularia deueniunt, sic etiam & ipse hic faciet. Aut tertio etiam secundum Alexandrum per prima secundum naturam,intelligit sophisticas methodos, quas diuidet, & determinationem quæstionis an sit sophisticus syllogismus,& intentiones,quas appetunt sophistæ,& quæ sit earum electio, & quæ sunt quibus accedentibus quærunt huiusmodi rationes,& alia multa,de quibus suo loco dicemus. E

¶Ex ijs uero quæ dicta sunt,utilitas patere potest,nã duo sunt impedimenta, quibus sophistæ impediunt sapientes(ut Auerr. inquit)alterum, quo respondens uerum discernere impeditur,alterum,quo dehonoratur:duo ex parte opponentis his contraria sunt iuuamenta,alterum quo contra respondentem gloriam & honorem sibi comparat,alterum, quo impedit respõdentem uerum discernere,pro igitur opponentis utilitate confecit librum primum, in quo sophistica docet, quibus opponẽs contra respondentem gloriam sibi uendicare possit,& respondentem discernere uerum impedire. Pro utilitate uero respondentis ordinatur liber secundus, in quo sophistica omnia docet soluere,in nihilumq́ue uertere, ut per ea honorẽ suũ tueatur,& uerum discernere possit. In eo enim Zenonis cauillus,quo motum tollere enitebatur,diluit͂, & cauillus Parmenidis etiam, quo tollebat principia omnia, unum omnia esse asserens. eodem quoque libro omnium iuniorum cauilli delentur,ut Hesberij, Strodi,Ferabritij,atque cæterorum omnium captiunculorum,tradenturq́ue regulæ quibus omnia dilemataca argumenta facile refutabuntur, nam dum de elẽchis sophisticis dicere proponit, atque de paralogismis, induit se dicturum de illis, non solum tradendo artem,qua ea componantur,sed etiam regulam, qua soluantur. Hactenus de utilitate. *De utilitate.* F

Quod igitur alij quidem sint syllogismi,alij autem (cum non sint,) uideantur,manifestum est. G

Cum proposuisset intentionem, nunc prosequit͂ more boni rhetoris, eum ordinem obseruans, quem in proœmio pollicitus est,est autem pollicitus in ꝓœmio ante particularem syllogismorum pertractationem quædam natura priora siue cõmunia intentare, itaque hæc cõmunia seu natura priora prosequitur, sed quid sit hoc cõmune,uel natura prius,quod nunc primo prosequitur, non eodem modo ab omnibus exponitur. ¶Egidius doctor,& expositor non spernendus asserit Aristotelem probare syllogismum sophisticum esse,quod octauo topicorum Arist. sophisma appellauit, sed quoniam nulla ars probat suum subiectum esse,nec specierum subiecti aliquam, ut omnibus Peripateticis placuit, autumat Aristotelem supponere syllogismum sophisticum esse, probareq; syllogismum sophisticum esse cauillatorium,atque deceptorium, quæ expositoris interpretatio non est omnino dissona uerbis Aristotelis:nam similitudine rerum id probat, ex eo quia rerum aliæ apparent esse tales, quales sunt, aliæ tales quales non sunt. ergo quemadmodum res esse supponit, & quasdam deceptorias esse indicat, sic sophisticum syllogismum supponit, & ipsum deceptorium esse probat. si itaque uiri huius expositionem sectemur, communium atque natura primorum. quæ Aristoteles pollicitus est pertractare, hoc primum omnium prosequitur, quod est, an syllogismus sophisticus sit. Quæstio enim omnium prima an res sit, nobis est. Sed non possum non admirari expositionem huius ui- *Exposi. Egid.* H *Refutatio.*

I ri.nam Aristoteles quid uelit facere,atq; probare, clare proponit,& dicit. [Quod igitur alij quidem sint syllogismi,alij autem(cum non sint,)uideant manifestū est.] ubi Alexā.doctissimus Arist.expositor,primo colligit ex his uerbis alium esse sophisticum elenchum,alium aūt apparentem elenchum,qui nō sophisticus elenchus est sed paralogismus.Et ex his,q̃ Arist. prosequitur,colligit etiam eum probare hæc duo, & ꝙ elenchi sophistici sint syllogismi, & quod paralogismi sint,qui uñr,& non sint syllogismi. Ergo secundum Alexā.duo proponit, & ꝙ elenchorum alij sint syllogismi, alij autem (cum uñr) non sint syllogismi, sed paralogismi,& ꝙ ita Arist.intelligat,uerba ostendunt,dicit.n.[Quod igitur alij quidem].s.elenchorū [sint syllogismi,alij autem cum non sint,uideantur] ex his,quæ dicet, [manifestum est] nescio quid clarius hoc,quærat uir ille. Vnde Alex.inquit,ꝓponens

Exposi. Alexā.

K autem de sophisticis elenchis dicere,primum breuib⁹ reminiscitur diuisionis in 1.topic.assignatæ,ubi dixit, sophisticorum syllogismorum(idem est dicere & litigiosorum) quidam sunt syllogismi ex apparentibus & probabilibus, ut ibi dixit,quidam uero apparentes syllogismi,non tñ existentes,& hos ita esse,probat ꝑ ea,quæ subscribit. Hæc Alexander.

Nam quemadmodum & in alijs id fit per quandam similitudinem,sic & in orationibus se habet.Etenim hi quidem habitum probe habent,illi uero uidentur,ex tribu tumentes, & componētes seipsos.Et pulchri,hi quidem ob pulchritudinem,illi autem uidentur,seipsos fucantes.Et in ipsis inanimatis quoque similiter. nam & illorum hæc quidem argentum, ista uero aurum reuera sunt.Illa non sunt quidem,apparent autem secundum sensum, ut lithargyrina,& stanea,argentea,& felle tincta,aurea,eodem autem modo & syllogismus & elenchus,hic quidem est,ille uero non est,apparet autem propter imperitiam.Imperiti enim uelut distantes a longe, speculantur.

probe εὖ bene reuera tumentes φυσήσαντες

L *impinguātes ex tribu φυλετικῶς ex genere curiose cōponētes ἐπισκευάσαντες parantes*

Cum proposuisset probare elenchorum esse alios, qui sunt syllogismi,alios,qui non sunt, sed uñr, nunc probat,sic,ut in rebus aliæ sunt,aliæ non sunt,sed apparent,sic & in syllogismis,alij sunt syllogismi,alij apparent syllogismi,& non sunt.sed ita est in rebus (ut dictum est)ergo ita erit in syllogismis. Quod autem rerum aliæ reuera sint,aliæ autem cum uñr, non sint, declarat primo ex dispositionibus corporū animatorum,secundo ex dispositionibus corporum inanimatorum.ibi secunda [Et in ipsis inanimatis,]Et declarando illud ex dispositionibus corporum animatorū primo declarat illud ex habitudinibus, & sanitatibus corporum, secundo ex pulchritudinibus. de prima

M parte dicit.[Nam quemadmodum & in alijs].i.in rebus [id fit per quandam similitudinem,sic & in orationibus].i.in syllogismis [se habet.] Deinde assignat primum exemplum,sed non eodem modo illud omnes intelligunt.Expositores latini primum exemplum referunt ad nobiles, nam quemadmodum nobilium,alij reuera sunt nobiles ex habitu uirtutis,alij autem non sunt,sed uñr utputa qui ex genere intumescunt,& se componunt ad modum nobilium,qui uere sunt nobiles. Sunt.n.nonnulli homines,qui ꝓpter genus elati,seipsos componunt ad modum eorum, q fortitudine,uel magnanimitate,uel magnificentia,aut alia uirtute uere nobiles sunt,tñ cum uirtute careant, uñr,& non sunt nobiles, & iuxta hanc expositionē, dicit. [Etenim hi quidem].s.hominum [habitum]

tes instaurātes felle tincta χολοβάφινα auri calcea. Quæ latinis exēplo Aristo.

scilicet uirtutis [probe] & reuera [habent,] & ita sunt reuera nobiles. [Illi uero uñr] .s.nobiles, [ex tribu,]& genere[tumentes]hoc est elati,[& componentes seipsos] ad modum eorū,qui ex uirtute sunt nobiles. ¶Alexander autem refert hoc exemplum ad habitudinem corporis,quæ est plusquam sanitas,quæque robur,uel robustitas dicitur,& ideo Arist.dicit. [Etenim] hominum [hi quidem habitum].s.bonā habitudinem [probe] & reuera [hñt,illi uero uñr] hmōi bonam habitudinem habere,qui tñ reuera non hñt,uñr dico phileticos.i.[ex tribu tumētes] uel impinguantes, uerbum.n. φυσήσαντες, est tum tumentes, tum impinguantes, [& componentes] uel parantes [seipsos,] nam ἐπισκευάσαντες, est tum componentes, tum parantes. Qui.n.reuera sunt ex habitu bene se habentes,secundum Alex.sunt certatores, qui pentathai.i.quinquertij dñr latine. Qui uero se impugnāt ac componunt.sunt male se habentes. Hi.n.per quædam artificia circa corpus, æmulantur eos, qui reuera bene se habent, parantes seipsos indumentis pinguibus,sed cur hoc faciebant. Alexander auctoritate Athenei,& Proculi,asserit eos id facere, quod tribus faciebant ad rerum sacrarum præsentationem. unusquisque.n.eorum,qui ad hmōi festum accedebat, eniteba tur alterum habitu corporis superare. non.n licebat omnibus ad hmōi festum,& ad congregationē,in qua fiebant oblationes in altaribus,accedere,sed eis,qui ex tribu sani,bonæque habitudinis erant. Ideo qui male se habebant,æmulando eos,qui bene se habebant, separabant,reddebantque se pinguiores indumentis & alijs,quæ faciebant eos uideri tales,& iusta hanc expositionem dicit.[Etenim] hominum.[Hi quidem habitum] .i.habitudinem corporis [probe] & reuera bonam[habent.illi uero ex tribu] subaudi eorum,q ad sacra accedebant, [tumentes] & impugnantes, [Et componentes seipsos]ac parātes uñr tales. Causa autem dñæ huius est uerbum φυλετικῶς, phileticos. nam si phileticos aduerbium uenit ἀπὸ τοῦ φυλὴ ex tribu,uel tribualiter,aut tribunatim.est legendum,& sic expositio Alexādri est uera. Sinautem uenit ἀπὸ τοῦ φίλον ex genere,uel ex gente legendum est, uel gentiliter,siue nobiliter,& sic expositio Iuniorum non erit omnino dissona uerbis Arist. nunc secundo illud idē declarat ex pulchritudine,& dicit.[Et pulchri,hi quidem]sunt uere pulchri[ob pulchritudinem]ueram, [Illi autem] non sunt uere pulchri,sed [uñr seipsos fucantes.] Isti.n.cum uerā pulchritudinem non habeant, sed turpem uisum ac aspectum horridum, ut Alexander inquit, ob pudorem in cauernis se recondunt diu,ut studeant uideri tales,quales non sunt, decipientes eos,a quibus conspiciuntur, nam per artificia seipsos fucant, & comam nutriunt, ac ornant, sic enim apparebunt pulchri,quales non sunt.deinde declarat hoc idem ex dispositionibus corporum inanimatorum,& dicit.[Et in ipsis inanimatis quoque similiter,nam & illorum hæc quidem argentum,ista uero aurum reuera sunt,illa quidem non sunt,]nec aurum,nec argentum, [apparent autem secundum sensum,]hoc est secundum deceptum sensus iudicium, nam sensus a parua colorum similitudine decipitur, ut est in melle,ut Alexander exponit,cognoscens.n. uisu esse flauum,gustu autem dulce,si aliud quippiam flauum uiderit,illico iudicat illud esse mel, ꝙ interdū flauum,

N (beside "scilicet uirtutis")

Alexā. (beside "nobiles. ¶Alexander")

O (beside "thai.i.quinquertij")

P (beside "bonam[habent")

Q (beside "Alexander inquit")


A flauum,& dulce in eodem concurrant, ut in libro de anima ipse dicit. Arist.tñ dicit,[ut lithargyrina,& stanea,argentea,& felle tincta,aurea] censentur, quæ tñ non sunt propter paruam.n.similitudinem sensus decipitur. ¶Sed quo ad uerba attinet,lithargyrinum uel lithargyrina adiectiuum est, a nomine lithargyrus,nã lithos,lapidem, & argyros argentum significat, hinc compositum nomen est lithargyrus,quasi lapis argenteus,ęquo postea adiectiuum fit, lithargyrinum, felle tincta uero, χολοβαφίνα, cholobaphina,græce dñr, ἀπὸ τοῦ χολῆ,quod est fel,& ἀπὸ τοῦ βάφη,hoc est tinctura,ex quibus fit cholobaphinum.i.felle tinctum, experiẽtia.n. docet id,quod felle tingitur:uideri aurum,non est ẽt alienum per felle tinctum intellexisse auricalceũ,non ꝙ auricalceum sit ex felle tinctum,sed falsum aurum, tunc complens similitudinem dicit.

Verborũ expositio.

B [Eodem autem modo,& syllogismus & elenchus hic quidem est.] re uera syllogismus elenchus, [Ille uero non est,apparet autem propter imperitiam] .s. respondentis, qui est huius artis imperitus,& elẽchorum ueras proprietates ignorans,hoc idem de demonstratione dixit, cũ de geometricis geometriæ ignarus disputat cum eo, qui geometriæ est peritus.nam facile peritus decipiet in geometricis imperitum.Deinde assignat causam ꝑ similitudinem cur artis imperitus decipitur.& dicit. Imperiti.n.uelut distantes a longe,speculantur.] qđ dupliciter exponi potest secundum Alex.uno modo intelligendo per distantes a longe,eos qui sunt inexperti,qui dñr distantes a lõge,quia ualde remoti sunt a naturis eorum, qui arte periti sunt, qm̃ generatim ignorant quid est illud,de quo disputatur,nam distãt multum ab eorum cognitione. Est ergo sensus,ideo

C artis imperitos decipi,quia imperiti speculantur, uelut qui a longe distant a cognitione eorum,quæ speculantur,melius autem dico causam illius esse, quia imperiti speculantur ea,quorum sunt imperiti uelut distantes a longe uident eum,qui ualde distat.Sæpe ẽm decipiuntur tum propter paruam similitudinem quã uident,tum propter interualli intercapedinem,etiam propter uisus imbecillitatem,iudicando Socratem esse,qui non est Socrates,sic ille,qui syllogisticæ methodi ignarus est,elenchos quidem existimat, & syllogismos ex quibusdam minimis similitudinibus, qui nec elẽchi,nec syllogismi sunt,hoc enim propter inexperientiam opinatur.& imperitiam. ¶Quo uero ad similitudinem attinet, non ignorandum est quatuor modis res ipsas esse, nam aliæ sunt, & apparent: ut luna terra minor, aliæ sunt, & non apparent, ut sol terra maior,aliæ non sunt, & non apparent, ut luna terra maior,aliæ non sunt,& apparent, ut sol terra minor. fieri autem non potest,ut aliæ sint,& non sint,nec ut aliæ appareant,& non appareant. In quatuor.n.terminis semper sex fieri possunt coniugationes, quarũ duæ sunt impossibiles,quatuor autem possibiles,ut 2. top.uisum est.Simili ratione in syllogismis, nam alij sunt syllogismi,& apparent,ut demõstratiui,alij sunt & non apparent,ut dialectici, qui solum sapientibus apparent,alij non sunt & apparent,ut sophistici, alij non sunt,& nõ apparent,ut rhetorici. Hi.n.nõ sunt syllogismi,quia enthymema non est syllogismus,nec apparet aliquo pacto. Similiter exemplũ nec est,nec apparet syllogismus. recte ergo Aristoteles syllogismos rebus ipsis comparauit, & quidem non ab ratione,nam Chratillus Socrates,& Plato,crediderunt sermones esse a natura,ueluti sunt res ipsę,quas signãt, & licet secundum Arist. sermones ad placitum significent,tamen ab eo,quod res est,uel non est,oratio uera,uel falsa dicitur.recte ergo syllogismos rebus comparauit. E F

D



Nam syllogismus quidem ex quibusdam est positis, ut ducamus aliquid aliud ex necessitate ab ijs,quæ posita sunt, per ea, quæ posita sunt.Elenchus autem syllogismus,cum contradictione conclusionis.

Alexander (ut mihi uidetur) uult nunc prosequi aliud primum secundum naturam. nam cum proposuisset dicere de primis secundum naturam,dixissetq; de qõne,an aliquis sit syllogismus,& an aliquis nõ sit syllogismus,sed uidetur,quod est unum eorum, quæ sunt prima secundum naturam,nunc assignat secundum.s.quod est syllogismus,& quid est elenchus. Nos uero concedimus Arist.declarare & quid est syllogismus,& quid elenchus. Sed propter uerba quæ sequũtur,uidetur, ꝙ quia dictum est nõnullos syllogismos esse,nonnullos non esse,sed uideri, nunc declaret qui reuera syllogismi sint,quique elenchi reuera, deinde qui neque syllogismi,neque elenchi,sed uñr.Confirmat autem hanc secũdam expositionem uerbum(nã) quod reddit causam eius,quod dixerat. Cum.n.per similitudinẽ,quæ sumitur a rebus, probasset aliquos esse syllogismos & elenchos:aliquos non esse,sed uideri,nunc illius causam assignat,& dicit. [Nam syllogismus quidem] qui subaudi reuera est syllogismus. G

[Ex quibusdam est positis, ut ducamus aliqd aliud ex necessitate ab ijs,quæ posita sunt,per ea,quæ posita sunt.] ergo syllogismus,qui reuera syllogismus est is est,de cuius ratione est illatio, ad illationem autem duo requiruntur, primum ꝙ sit alicuius illati, quod sit reuera diuersum a positis,hac rõne(ut libro priorũ diximus) nec ex uno, nec ex duobus terminis oratio est syllogismus,qm̃ illatum non est omnino a positis diuersum. Secundum ꝙ illud diuersum quod infert, propter posita inferatur. Hoc autem est (ut diximus libro priorum) propter inutiles coniugationes,quarũ conclusiones sequuntur necessitate consequentis,nõ necessitate consequentiæ,uerum de ijs omnibus in libro priorum satis dictum est. Deinde exponit quid sit reuera elenchus, & dicit. [Elenchus autem sylls H

I eſt cum contradictione concluſionis.] quem Alexander duplicem eſſe exponit, primo tamen declarat ſyllogiſmum eſſe uniuerſaliorem elencho, quoniam omnis elenchus eſt ſyllogiſmus, & non omnis ſyllogiſmus eſt elenchus. Syllogiſmus enim oſtẽſiuus qui nullius oppoſitum concludit, eſt ſyll's, qui tñ non eſt elẽchus. Elenchum uero uult eſſe duobus modis, aut.n. eſt ex contradictorio, uel contrario concluſionis cum alia propoſitione, inferens oppoſitum alterius. uerbi gratia. ſi aliquis ſyllogizet omnem hominem eſſe animal, quia omne rationale eſt animal, omnis homo eſt rationalis. ergo omnis homo eſt animal. Si aliquis diceret concluſionem non ſequi. ſumamus contrarium concluſionis pro minore. ſ. nullus homo eſt animal, cum maiore, pro maiore. uidelicet. omne rationale eſt animal, & ſequetur in ſecunda figura. ergo nullus ho-
K mo eſt rationalis. erat autem omnis homo rationalis. Inſuper ſi accipiatur contradictorium concluſionis, aliquis homo non eſt animal pro minore cum maiore. pro maiore. uidelicet. omne rationale eſt animal, & concludetur contradictorium, maioris. uidelicet. aliqs homo non eſt rationalis. Inſuper ſi aliquis ſyllogizet omne honeſtum eſt eligibile, nullum prauum eſt eligibile. ergo nullum prauum (in ſecunda figura) eſt honeſtum. Si ergo aliquis dicat non ſequi concluſionẽ, dabit contradictorium concluſionis, hoc. uidelicet. quoddam prauum eſt honeſtum pro minore, cum minore. uidelicet. nullum prauum eſt eligibile pro maiore, & ſequetur in tertia figura. ergo quoddam honeſtum non eſt eligibile, quod eſt contradictoriũ maioris. ¶ Secundum ergo Alexandrum elenchus eſt ſyllogiſmus qui accipiens contrarium, aut contradicto-
L rium concluſionis cum altera propoſitione infert oppoſitum alterius. Hic eſt primus modus ſyllogiſmi elenchi, poſtea Alexander elenchum ſecundo modo dicit, qui contrarium, uel contradictorium concluſionis accipiens cum quadam alia propoſitione uera, q̃ eſt a præmiſſis diuerſa, ſyllogizat aliquod abſurdum. uerbi cauſa ſit concluſio, omnis homo eſt animal, ſi hæc non eſt uera, erit uera hæc, aliquis homo nõ eſt animal, tunc ſic cum iſta. aliquis homo non eſt aĩal, & ſumo hanc, omnis homo eſt ſenſitiuus & ſequetur. ergo aliquod ſenſitiuum non eſt animal, modo hoc eſt abſurdum. His duobus modis Alexander exponit elẽchum. & elenchus accipi poteſt pro quocunque ſyll'o oſtenſiuo, qui ex datis a reſpondente concludit oppoſitum poſitionis, quam reſpondens ſuſtinebat, aut aliquod abſurdũ, uerbi cauſa putas ne hic pater eſt?
M ita, ſed hic eſt tuus. igitur tuus eſt pater, & tñ abſurdum eſt. nam eſt lapis. Præterea ut ſi reſpondens ſuſtinent ſtellas eſſe pares, poſtea det interroganti ſtellas eſſe nobiliora corpora: & numerum imparem eſſe nobiliorem numerum, & nobilioribus corporibus cõuenire nobiliorem numerum: ſtatim ſyllogizabit ſtellas eſſe impares: hoc pacto nobilior numerus nobilioribus corporibus ineſt: impar nobilior numerus, & ſtellæ ſunt nobiliora corpora. ergo impar competit ſtellis. hic ſyllogiſmus eſt oſtenſiuus, & elenchus, qm̃ ex datis a reſpondente infert oppoſitum poſitionis. Quarto elenchus ſyllogiſmus eſt: cum expoſitione reſpondentis cum altera propoſitione aucta in latus: uel ſubaccepta infertur aliquod abſurdum quã ſit poſitio, ut ſi poſitio ſit omnis lapis eſt animal. ſi accepero: omnis mons eſt lapis concludetur: quoniam N
omnis mons eſt animal: quæ eſt abſurdior poſitione. ergo poſitio eſt falſa. His quatuor modis ſyll's dicitur elenchus. Ariſtoteles autem primo & tertio modo in hoc libro utitur elencho.

Hi autem hoc non faciunt, uidentur autem ob multas cauſas, quarũ unus locus aptiſſimus & publiciſſimus per nomina eſt.

Cum declaraſſet qui ſunt ſyllogiſmi, & qui elẽchi, nunc declarat qui (cum non ſint) uñr. & dicit. [Hi autem hoc non faciunt: quia nec reuera inferunt.] quia peccant in forma: ut paralogiſmi: nec reuera redarguunt: qa peccant in materia, ceu ſophiſtici. [uñr autem eſſe] ſyllogiſmi & elenchi. quia uñr inferre, & uñr eſſe elenchi: quia uñr redarguere. uñr dico [ob multas cauſas]. i. exponit Alexander, ob. 13. decipiendi modos ſiue loca: quibus diſputantes utuntur ad decipiendum. Cauſam. n. pro modo, uel pro decipiendi O
loco accepit: & quia exponet poſtea omnia hæc loca: pro exemplo unius meminit. & dicit. [Quarum] ſcilicet cauſarum [unus locus aptiſſimus, & publiciſſimus, per nomina eſt.] & per locum: qui eſt per nomina: intelligit (ut Alexander exponit) locum decipiendi qui accipitur ab æquiuocatione: aut per amphibologiam: aut fortaſſe per utrunque. uocat autem hunc locum aptiſſimum, ſiue habiliſſimum (εὐφυέστατος enim græce eſt & aptiſſimus latine: & habiliſſimus: etiam & ingenioſiſſimus) qm̃ inuentu facillimus eſt, nam cum hic locus a nomine ſumatur. nomen autem nobis primo occurrat: hic occurſu facillimus eſt. non enim dicitur aptiſſimus ad ſoluendum. ut quidam uolunt, licet uerum ſit, ſed (ut diximus) ad inueniendum. dicitur etiam δημοσιώτατος, hoc eſt populariſſimus, ac publiciſſimus, quia ſolutione facillimus ut ſecundo P
huius dicetur: ergo inuentu habiliſſimus, & ſolutione publiciſſimus eſt decipiendi locus, qui per nomina eſt.

Nam cum non ſit res ipſas ſecundum ſeipſas ferentes diſputare. Sed nominibus pro rebus utimur notis, quod accidit in nominibus. In rebus quoque arbitramur accidere, quemadmodum in ijs qui calculis ſupputant.

numerorum χήφων. calculo rũ ijs q ſupputant.

Cum accepiſſet locum, qui ſumitur per nomina, eſſe aptiſſimum, & publiciſſimũ, uolunt nonnulli Ariſ. cauſam aſſignare, quare hic locus, qui per nomina eſt: ſit aptiſſimus atque publiciſſimus, quæ expoſitio friuola uidetur. Cum. n. hic locus aptiſſimus, & publiciſſimus ſit, nulla eget ratione, qua ſua promptitudo demonſtretur. Melius ergo dicendum cum Ariſt. dixiſſet unum locum decipiendi eſſe per nomina, nunc eũ aſſignare cauſam unde locus hic ortus eſt, & qua ra- Q
tione decipit, & hãc expoſitionem ſentit Alexander cum dicit. & addit cauſam ex qua ſit hic locus. conſonat etiam (ut uidebitur) uerbis Ariſt. dicit. n. [Nam cum non ſit res ipſas ſecundum ſeipſas ferentes diſputare]. i. cum res ipſas, de quibus diſputationes agũtur, in diſputationes ferre non poſſimus. diſputamus enim de cœlo, de deo, de leone, quæ in diſputationẽ ferri non poſſunt, non. n. (ut Alexander inquit) res ipſe in diſputationibus ad medium ſub uiſione poni poſſunt, ut ſi de cane colorem faciente æſtiuo tempore diſputantes ipſum illum in medium repræſentando, de eo rõnem faceremus, nunquam deciperemur. Sed quia hoc impoſſibile eſt, & non utimur rebus in diſputationibus [ſecundũ ſeipſas]. i. ut ſunt in eſſe,

&

A & in effectu. [Sed pro rebus utimur nominibus nostis,] cum ita utamur, [quod accidit in nominibus, in rebus quoque arbitramur accidere, quemadmodum in numerorum rationibus] euenit. Illud.n.quod accidit nominibus transferimus ad ipsorum significata. Sed dices, quid est illud, quod accidit nominibus, qđ rebus significatis putamus accidere. Dicendum illud esse unitatem uocis, quia.n.canis una uox est, sub qua uocis unitate significat canem latrabilem, piscem marinum, & stellam, putatur propter illius uocis unitatē res ipsas significatas sub unitate rationis esse unam eandemque, creditur.n.quorum nomen unum idemque est, ipsorum quoque substantiam, atque naturam eandem esse propter nominis identitatem, quapp & si interrogans nonne lapis masculinus est, nōne Callias masculinus Callias igitur lapis. Et rursus nonne
B Plato masculinus, nonne Fluuius masculinus, Fluuius ergo Plato est. Opinamur.n.quod nominibus accidit, hoc idem rebus accidere, & quia accidit his nominibus unitas, ac identitas quædam generis, quia lapis, Callias, Plato, & Fluuius sunt masculini generis, transferunt hanc identitatem ad res significatas, putantes esse easdem. uelut nomen est genere idem, propter hanc causam accidit nominibus æquiuocis aut amphibologicis deceptio. & dixit Aristoteles hoc accidere. [Quemadmodum in ijs, qui calculis supputant.] Nā sicuti in supputationibus una figura potest supputāti diuersos numeros notare, sic unum nomen diuersas res. uerbi causa hæc figura prima uel secunda, nam hæc figura secunda potest esse binarij signum & uigenarij. ubi.n.primo loco scriberetur, binarium significat, ubi secundo loco, uigenarium, hæc etiam figura
C prima. Similiter potest unitatem, & denarium, & centenarium, & millenarium significare. Primo.n.loco si scribitur unitatem. Si autem secundo, denarium. Si tertio, centenarium. At si quarto, millenarium, quare ut in nomine propter unitatem uocis potest error cōtingere, sic & inæqualibus figura & quemadmodum tollitur in nomine multiplicitas facta distinctione, sic in figūra inspecto situ. Aliter secūdum Alex. dicit.u. [Quemadmodum in ijs, qui calculis supputant,] nā quæ supputant in digitis, in sententijs inueniunt eadem, & in ipsas res afferunt, & tot dicunt habere, & hæc esse, quæ digitis numerantur, sic quoque quæ inueniunt in nominibus, putant in rebus esse, quare sicut supputantes utuntur digitis pro numeris, rebusque numeratis sic nos pro rebus utimur nominibus, & sicut supputantes numerum, quem inueniunt in di-
D gitis, attribuunt rebus, atque ad numerabilia transferunt. Sic sophistæ quod inueniunt in nominibus, oñdunt ita esse in rebus, & transferunt ad res, aut p calculos, intelligit tesseras, uel numeros ad supputationū ratiocinia, ut nunc supputatiles numeri sunt, nam ut supputantes pro rebus numerabilibus utuntur his, ita nos pro rebus utimur nominibus. Ex ijs, quæ Aristoteles dicit, habemus duo, primum est nominum necessitas. nam cum nos disputantes, uel loquentes non fecimus res, fuit necessarium habere nomina, ut illis ꝓ rebus uteremur & in disputationibus, & ī colloquijs, & locutionibus. Secūdum est, ꝙ quia nomine utimur pro re significata, putatur quod accidit, nomini, accidere rei, quæ significatur, & hæc est causa, cur locus hic decipiat, qui per nomina est. Patet igitur unde locus his est ortus, & cur decipit. ¶Quo uero ad uerba attinet, uerbum notis, nonnulli crediderunt esse adiectiuum, & tunc intelligunt. [Sed nominibus pro rebus utimur notis] .i. pro rebus notis, quæ nobis patent, utimur nominibus. Alij aliter, sed pro rebus utimur nominibus notis.i.nominibus, quæ sunt nobis nota. Sed hæc sunt deliria, græce.n.scribitur συμβόλοις, at symbolum græce, latine est signum uel nota. Quare erit sensus, sed nominibus pro rebus, utimur signis. Est.n. nomen signū rei, & dixit signanter nominibus signis, quia proprie nomen signum est, quod significat ex prima impositione, & non ex noua impositione. nominibus.n.ex noua impositione significantibus non utimur ī disputatione, nisi obligatoria sit disputatio. E *Verborũ expositio.*

¶Ex hoc loco colligi potest suppositionum inuentū de quo Sorticolæ tanta scribūt. Aristoteles.n.inquit cum res ipsas in disputationem ferre non possumus, nominibus pro rebus utimur signis. ergo suppositio erit usus nominis pro re tanquam signi. primo uero priorum asserit suppositionem esse termini protensionem, siue pro re extensionem. Et cum loqueretur de hipothetico syllogismo uelle uidetur suppositionem esse termini acceptionem pro re. At cum de omni dicit, asserit suppositionem esse acceptionem termini pro eo, quod sub termino ponitur, ex his paucis, quæ de suppone ex uerbis Arist. acceperunt, deuenerunt ad immensam pertractationem. Sed de his in ludicris legendum. *De suppone.* F

Sed hoc non est simile, nam nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo. Res uero numero sunt infinitæ. Necesse itaque est plura eandem orationem & nomen unū significare.

Quidam, & nos olim sic præsentem textum introduximus, cum dixisset Arist. nos uti nominibus pro rebus signis, conclusissetque propter hoc putandum esse id rebus accidere, quod nominibus accidit, nunc declarat non esse simile de rebus. & de nominibus. ꝙppe cum nomina ipsa, multitudoque orationum sint finita, res uero significabiles numero infinitæ. Quo ulterius uolunt Aristotelem concludere orationem eādem, nomenque idem plura significare, & ob hanc causam nos decipi arbitrantes nomina rebus æquari. Quare (ut dicunt) non recte creditur ea conuenire re, quæ nomine conueniunt, qm̄ plura possunt uno nomine significari, quæ non continentur sub una re specie. Alexander autem uerius sic textum hunc introducit, cum monstrasset quonam modo decipimur. uidelicet. ob imperitiam, & inertiam, & magis ob æquiuocationem (sophistis transferentibus deceptionem nominum ad res) quemadmodum supputātes nume- G
ros ad numerabilia, demonstrat nunc non esse simile de numeris ad numerabiles res, & de noībus ad res, & hoc proponit, & dicit. [Sed hoc non est simile] .s. de numeris ad numerabilia, & de nominibus ad res. Cuius causam assignat, & dicit, [Nam nomina quidem finita sunt, & orationum multitudo] etiam finita. [Res uero] .s. numerabiles, & subaudi numeri [sunt numero infinitæ.] Est ergo dissimilitudo, ꝙ numeri, & numerabilia ambo infinita sint. & incomprehensibilia, nomina uero & orationum multitudo finita (licet res sint infinitæ,) nam orationes ex nominibus cōponuntur, & tu per nomina, etiā uerba intelligas, nomina uero ex syllabis, syllabæ ex elementis, elementa sunt uocis literæ, quæ. uigintiquatuor sunt. ergo nos- H

I mina & orationes sunt finitæ. Et qm̄ numerus in infinitum augeri potest, & numerabilia similiter, quia tn̄ inquantum numerabilia eodem numero, & uno manifestari possunt, quia per eos, qui sunt in denario numero, ita concludit. [Necesse itaque est plura eandem orationem, & nomen unum significare,] ut numerabilia quatenus numerabilia uno & eodem numero, nam res sunt infinitæ numero, nomina autem finita. ergo sicut infinita numerabilia uno eodemque numero .f. denario possunt enumerari, ita plura eadē oratione eodemque nomine significari. Et propterea si respondens ad aliud concedat, & interrogans ad aliud concludat, uidebitur utique elenchus fieri, & tn̄ non fit. ¶Quo uero ad uerba attinet, Arist. p eandem orationem amphibologiam, per nomen autem idem æquiuocationem intellexit, quia Alex. per locum, qui

K accipitur a nominibus, intellexit tam amphibologiā, quam æquiuocationem, uterque enim locus per nomina est. Ideo dicit, quo fit ut oratio eadem quātum ad amphibologiam, & nomen idem, quantum ad ęquiuocationem plura significet. ¶Sed est prima dubitatio, qm̄ nomina unr̄ plura rebus, siquidem potest omnis res græco, latino, arabico, cæterisque nominibus aliarum linguarum explicari, & tn̄ res, quæ per tot nomina explicatur, una est, deinde in eadem lingua una res potest pluribus nominibus significari, quia per ꝓprium indiuidui nomen, per speciei, & generis etiam nomina. Insuper in eadem lingua reperiuntur synonyma, igitur eadem res nominibus pluribus potest significari. Præterea nomina sunt ad placitum, res uero natura, sed quæ sunt ad placitum, possunt esse infinita, quæ autem natura, non nisi finita. Nō ergo bene Aristoteles, & Alexander res plures quam nomina dn̄t.

1. dubitatio

L ¶Respondent Iuniores, qui Albertum sectantur, nomina ad nos esse finita, qm̄ sunt ab institutione nostra quæ autem nostra institutione sunt, finita unr̄, res uero ad nos infinitæ, non. n. sunt ab institutione nostra intelligit Arist. nomina esse finita in eadē lingua quo ad nos, res uero contra quo ad nos infinitas, quam expositionem Alexander sentit, dicit. n. res esse infinitas non quidem naturæ, sed nobis, quia sunt incōprehensibiles a nobis. ¶Sed hæc opinio non caret dubitationibus, quia cum dicunt res esse infinitas ad nos, uel de indiuiduis, uel de speciebus intelligunt, non de indiuiduis, quia nec syllogismi sophistici, nec paralogismi de illis per se fiunt. Cum. n. dialectici syllogismi de indiuiduis non fiant, nec sophistici, ꝙ p priuationem quædam sunt dialecticorum. Si intelligunt de rebus in

Respō. iuniorum.

M specie, falsum est, in eadem. n. lingua multo plura sunt nomina quam res ipsę in specie, cum eadem species pluribus nominibus possit significari. Adhuc, quia nomina sunt ab institutione, potius sequitur ea posse crescere in infinitum. Cum. n. institutio subordinetur cogitationi, quæ potest crescere in infinitum, institutio etiam poterit crescere. Postremo si debet esse æquiuocatio, debent de facto plures esse res quam nomina. At totum oppositum uidemus, sunt. n. nomina plura quam res. Egidius asserit per res Arist. intellexisse non species, sed specierum indiuidua, quæ sunt infinita, & horum nomina finita. Eodem. n. nomine pater & filius appellantur aliquando. ¶Sed hæc responsio refutata est, quia sophistici syllogismi nō modo de indiuiduis, sed de speciebus fieri solent. Prętere-

Refutatio.

N ea æquiuocatio, & amphibologia est de speciebus magis quam de indiuiduis. ergo per nomina intelligenda sunt non indiuiduorum hnr̄. ¶Aliter etiam dicit Egidius asserens Arist. locutum esse per comparationem, ꝙ. uidelicet. res sint infinitæ, qm̄ plures quam nomina. nomina uero finita, quia pauciora rebus. ¶Sed responsio uidetur derisibilis. quia nemo nomina, nemo res enumerauit. ergo nemo scire potest esse res plures uel pauciores nominibus. Dicendum igitur per nomina Arist. accepisse uoces, quæ significant res ab earum proprietatibus, ut lapis rem, quæ est lapis significat, quasi lædēs pedem, petra uero, quasi pede trita. Vult igitur dicere ꝙ nomina, quæ sunt signa, ut ea quæ significant a rerum proprietatibus, (hoc. n. intelligit p signa) in quauis lingua semper sunt finita, res autem infinitæ: hoc est numero incomprehensibiles. Cū. n.

O non sint nobis rerum proprietates omni ex parte notæ, nomina eis peculiaria, atque accōmodata nō sunt inuenta. ideo plures sunt res, quam nomina, quæ signa sunt a rerum proprietatibus significantia. & ex hac necessitate compulsi sunt homines nomina imponere rebus ad placitum, quæ non a rerum proprietatibus significarent, sed a casu. & hinc orta est æquiuocatio. nomina igitur, quæ signa dn̄r, a rerum proprietatibus significantia, finita sunt, res autem infinitę, quia apud nos incomprehensibiles. Hinc uenerunt nomina æquiuoca, quæ fortasse alicui rei sunt imposita ab eius proprietate, alteri uero a casu. sicut Cæsar Iulio quidem impositum est ab incisa matre, cæteris ab euētu. & quia res significant a casu, & non a proprietatibus, est orta æquiuocatio, & cum dicis nemo res & nomina enumerauit, hoc autem fortasse est, quia ratione

P constat numerus. Scimus. n. de quibusdam nomina esse casu, quia rei illius proprietatem non habemus, & de quibusdam nomina esse a proprietate. Quare coniectura bona est nomina, quæ sunt signa, non esse tot, quot sunt res. cum nonnullas res significemus per q̄dam nomina, quæ non sumuntur ab earum proprietatibus. Stellam. n. quæ calorem facit in æstate, per nomen canis significamus, & nescimus e qua stellæ proprietate sic dicamus. Animal latrabile fortasse canem uocamus, quia mordet, nam apud græcos hoc signat, hæc uox canis. Cum igitur quæritur utrum nomina & res sint finitæ an infinitæ, dico nomina quæ sunt signa, finita esse, & pauciora rebus, quibus imponūtur, cum nondum numerus rerum secundum speciem sit nobis perspicuus secundum proprietates, quibus res uocari possunt. res uero specie finitæ, sed dn̄r infinitę,

Q quia secundum numerum proprietatum sunt incomprehensibiles. ¶Secunda dubitatio est, quia etiam orationum multitudo uidetur infinita, quia hæc est una oratio, Plato est homo. Hæc autem secunda uerum est Platonem esse hominem. Hæc tertia uerum est uerum esse Platonem esse hominem, deinde & quarta, & quinta, & sic in infinitum. Erunt igitur orationes infinitæ, & tn̄ per omnes tales una res significatur. uidelicet. ꝙ sit uerum Platonem esse hominem. ¶Albertus uelle uidetur omnes has unam esse, quia unū significant. negabitur igitur illas esse infinitas. Sed objicies, quia illæ sunt de alijs subiectis, alijsque prædicatis. ergo non sunt una propositio. ¶Alij propter hoc dixerunt Arist. uelle orationes factas ab actu recto intellectus, & quæ constant ex nominibus significantibus

2. dubitatio

bus a rerum proprietatibus esse finitas.& quia ita est,
A ideo oportet facere orationes ex nominibus casu res significantibus,& propter hoc est orta amphibologia & æquiuocatio,modo illæ rõnes factæ sunt actu reflexo,& ex nominibus, quæ non significant a rerum proprietatibus. ideo possunt esse tot,& plures,& sic
3.dubitatio infinitæ. ¶Tertio quæres utrum nomen æquiuocum sit unum nomen. & uř non esse unum nomen, quia ratio significandi,quæ est forma in noĩe non est una. ¶Iuniores nõnulli asserunt æquiuocum nomen nec unum esse,nec plura, unum quidem non pp diuersas rõnes significandi, quibus sigñat:quæ sunt loco formæ. Plura minime,quia uox quæ est noĩs materia, est una. & ita uolunt æquiuocum nomẽ esse multiplex. ¶Sed falsa uř hæc sol. qm̃ ens prima diuisione p unũ & multa diuiditur. igitur & nomen,nam nomẽ quod
B dam ens est. Quare aut unum,aut plura, dicerem igiř nomen æquiuocum absolute unum esse,nam cum sit quoddam artificiale,uř quasi accñs uoci:& cum accñs numeretur numeratione subiecti, iure unum est dicẽdum,quia uox una est. Tunc ad rationem dico,uerũ est quod concludit.s. æquiuocum nomen secundum formam non esse unum. secundum uero materiam unum,& quia materia in re artificiali habet maiorem uim,quam forma.ideo simpliciter erit unũ: & unum dicendum.

Quemadmodum igitur & illic, qui non sunt idonei calculos substinere,a scientibus decipiuntur, & ipsi disputantes, & alios audientes,ob hanc igitur causam & eas, quæ dicendæ sunt, est syllogismus,& elenchus,apparens,non existens autem.

Epilogat ea,quæ dixit,& dicit. [Quemadmodum igitur,& illic].s.in supputationibus [qui non sunt
C idonei calculos substinere,] ut sunt numerandi scientiæ imperiti,[a scientibus] artem numerandi [decipiuntur].s.in supputationibus [&]subaudi ita etiã [ipsi disputantes] qui opponunt, [& alios audientes,] qui.s.respondent,subaudi decipiuntur,cũ ignorauerint uirtutes nominum ab iis,qui eas sciũt. ¶Quo uero ad uerba attinet,scriptura sic,ut nos trãstulimus reperitur in græcis codicibus,tñ in scriptura Alexandri,& in translationibus ueteribus legitur sic. [Quẽadmodum igitur & illic,qui non sunt idonei calculos substinere a scientibus decipiuntur, eodem quoque modo & in orationibus, qui nominum uirtutis sunt ignari,perfacile captionibus capiuntur,& ipsi disputantes,& alios audiẽtes.]nam ut imperiti calculis,nesciunt numeros referre ad res,ita imperiti nominibus nesciunt referre nomina ad res sigñatas, & ut illi deci
D piuntur a scientibus numeros referre ad numerabilia, ita hi decipiuntur a scientibus uirtutes nominũ. Sic Alexander exponit,uel aliter,ubi primo accipias figuras numerorum esse ęquiuocas,quia hæc figura,2,potest significare binarium & uigenarium, quare sicuti qui interrogatur de numero per figuram hanc importato,si non distinguit de situ,redargui potest ab eo,q̃ distinguere scit,ita qui non distinguit de nomine,decipi potest ab eo,qui scit nomina distinguere. Ex his concludit propositum,& dicit. [Hanc igitur ob causam].s.ob æquiuocationem, [& eas, quæ dicendæ sunt] .s.& ob alia decipiendi loca,quæ dicenda sunt in hoc libro [est syllogismus] .s.sophisticus,qui seruat formam, [& est elenchus apparens] qui.s.peccat in forma, [non existens autem].s.sylľs hoc pacto

Alex.exponit,& dicit. [Ob hanc igitur causam] .s. E
& quæ est ex nominibus,& quæ est ex æquiuocatione,[&]ob[eas,quæ dicendę sunt,]quæ sunt reliqui 12.modi decipiendi, [est sylľs,& elenchus,apparens, non exñs autem.] & est uerus,& exñs. sic igitur in syllogismis est apparens,& uerum,unum quidem sophisticum.s.apparens,aliud aũt scientificum.s.uerũ.
¶ Alexander in hoc loco probat nomina esse finita, qm̃ nomina componuntur ex elementis finitis, quæ sunt literæ. nam impossibile (ut dicit) composita esse infinita,cum elementa,ex quibus componuntur,sunt finita. Deinde quia nomina componũtur ex syllabis, syllabæ uero ex uocalibus quæ finitæ sunt. ergo noĩa sunt finita. ¶Sed hæ rationes non ualent pace Alex. dixerim:nam ex elemẽtis fiunt mista corpora, quæ in infinitum uariantur,& tñ elementa sunt finita, cum non sint plura q̃ quatuor, nisi Alexan. nomina dicat specie finita. Argumentũ Alexã. ꝙ nomina sint finita.

Quoniam autem quibusdam magis operæpretium est uideri esse sapientes,quam esse,& non uideri. (Est enim sophistica apparens sapientia non existens autem,& sophista pecuniosus ab apparente sapientia,& non ab existente)manifestum, quoniam necessarium illis etiam est magis uideri facere sapientis opus quam facere, & non uideri. Pecuniosus χρηματιστής Pecuniarius Quæstor pecuniarum. Pecuniarũ aucupator

Egidius asserit Arist. hic uelle probare possibilitatem deceptionis ex parte dicentis, putat.n.quadrifariam esse possibilitatem deceptionis,ex parte rerum, quia aliqua uñr esse,quæ non sunt. ex parte auditoris,quia aliquis ob imperitiam decipitur ex parte sermonis,pp nominum multiplicitatẽ,& quarto ex parte dicentis,quia aliquis appetit decipere. Vult igitur Arist. dixisse possibilitatem deceptionis tribus modis, nunc dicere possibilitatem deceptionis quarto modo & tunc componit sylľm,apparenter sapientes uolunt uideri facere,sophistæ sunt apparentes sapientes, igiř sophistæ uolunt uideri facere, & sic ex parte dicentis G
patet possibilitas deceptionis. ¶Sed pace uiri dixerim nec Arist. declarauit possibilitatem deceptionis tribus modis,nec nunc illam declarat quarto modo,nec sylľs quem composuit,potest colligi in textu. Hæc.n.expositio nullo pacto consonat uerbis Arist. ideo alij, & nos etiam aliter dixerunt, asserunt enim Arist. intendere de disputationibus, & quæ sit disputatio, & quot disputationum genera,nam ex his transibit ad metas,qui & fines dñr sophistarum,& tandem ad syllogismos sophisticos. promisit.n.agere quædam communia. At cum de qõne an sit sophisticus sylľs, (quæ est unum de cõibus)egisset,nũc aggreditur aliud cõe, ut quæ sit disputatio,& quot sint disputationum genera, & ad hoc tractandum syllogizat primo ꝙ sophistam esse sit utile,hoc pacto. Videri sapiens est utile. H
sophistam esse est uideri sapiens, igitur sophistam esse est utile,primo tangit maiorem secundum hãc expositionem. deinde tangit minorem. ibi[Est n.sophistica.] Vltimo tangit conclusionem. ibi[Manifestũ, qm̃] Et secundum hanc expositionem uerbum [pecuniosus,] quod græce χρηματιστής,exponi debet abundus. ut sit sophista,qui est ab apparente sapiẽtia abũdus,& uerbum[enim,]cum dř est.n.legi debet autẽ. & si dř ꝙ nunquam utilius sit uideri q̃ esse sapiens,pp quod.n.unumquodque tale,& illud magis. Si ergo sophistam esse utile sit pp apparentem sapientiam,ergo longe magis erit utile esse sapientem. dicunt Aristot.

I uoluisse non omnibus hoc esse utile, sed eis, qui sunt natura praui. Qui.n.sunt natura praui, magis uolunt uideri sapientes quam esse. Hæc est una expositio, q̃ nobis olim uisa est. nunc uero nõ placet, primo quia corrumpit uerba, nã chrematistes græce pecuniosus, uel pecuniarius, uel pecuniarum aucupator est latine, modo non uideo quo modo posſit hoc uerbum exponi secundum nunc dictam expositionem. deinde syll's hic non potest uerbis applicari: ut patet uerba consideranti. ¶Propterea cum Alexandro dicamus Arist. monstrasse quo modo per hanc causam, & per alias sophistica deceptio fit, nunc uero proponere p quam causam uenit in usum, & est quia ex apparẽte sapientia lucrabantur sophistæ: ex uera aũt sapientia parum, aut nihil lucri habebant sapientes, & dicit. [Qm̃ autem] & legatur suspensiue usque ibi. [Manifestum, qm̃] qm̃ inquam [quibusdam] hominibus
K [magis operæpretium est uideri esse sapientes q̃ esse & non uideri,] Et asſignat causam, tum quia facilius, tum quia utilius. Facilius, quia facilius est apparere sapiens quam esse, & hoc induit, & dicit. [Est.n.sophistica apparens sapientia, non existens autem] per q̃ uult habere q̧ esse sophistam sit facilius, q̧ uero utilius, ostendit, & dicit. [Et sophista ab apparente sapientia & non ab exñte pecuniosus.] Sapiens autem maiore labore, & minore utilitate a sapientia est sapiens, quia igitur sophistis aliquibusque hominibus facilius, atque utilius est uideri quam esse sapientes, cõcludit. [Manifestum, qm̃ necessarium illis etiam est magis uideri facere sapientis opus, quam facere & nõ uideri.] Si,n.aliquibus utilius, atque facilius uidetur esse aliquid, quam reuera esse, utilius, atq; facilius erit
L uideri facere opera illius quam reuera facere. Vt si alicui utilius atque facilius est uideri musicum quam esse musicum, etiam eidem facilius atque utilius erit uideri facere opera musici quam facere. & si utilius alicui atque facilius est uideri esse grãmaticum q̃ esse grãmaticum, etiam utilius atque facilius erit uideri facere opera grãmatici q̃ facere. Quod uero hominibus aliquibus utilius atque facilius sit uideri esse sapientes q̃ esse sapientes, ut sophistis, Arist. accepit, & Alex. probauit, qm̃ nõ solum temporibus elapsis, uerumetiam prope sua tempora uideri sapientes utile fuit sophisticis. Declarant quoque hoc Hyppia, Prothagoras, Gorgia, & Prodicus, qui ex apparente sapientia diuitias plurimas congregarunt. Sapientisſimus uero Socrates apud Platonem in Gorgia audacisſimi Puli inflationem, & Calliclis ruditatem redarguẽs, eos demõ
M strat uisos esse sapientes, non autem fuisse. Dicit tñ sophistam, (qui ab eo ἄσοφος, asophos appellatur) nũmorum causa contendere, non aũt ut sapiens euadat, & ppea Plato insectatur sui tpis sophistas, q̧ cauponarẽtur sapientiam, facerentque uenalem. Sed reuera non sapientiam, quam promittebat, sed uana atque contẽptibilia uẽdebant sophismata. Quod uero sophistica apparens sit, non autem existens sapientia, manifestat Alex. quia ex prolatione est. nam quæ secundum prolationem sunt, non reuera sunt.

Est autem (ut unum ad unum sit dicere) sapientis opus in unoquoque non mentiri quidem ipsum de quibus nouit: Mentientẽ autem manifestare posse. Hæc autem sunt, alterum quidem quatenus potest dare orationem, alterum uero, quatenus potest sumere.

Egidius putat Arist. nunc asſignare aliam rationẽ ad id, quod dixit: quam ego nescio uerbis applicare, nec puto eam applicari posse. Alij cum quibus olim nos eramus, asserunt, cum Arist. dixisset quibusdã utile esse uideri sapientes, exposuissetque quid sit uideri sapientem, nam uideri sapientem est uideri exercere opus sapientis, nunc exponit quæ sint sapientis opa. Nam ex hoc patebit quid est illud, quod uult uideri facere sophista. ¶Alex. autem quasi in idem ueniens inquit, cum exposuisset qualis sit sophistarum sapientia, & dixisset q̧ sit apparens sapientia, & exposuisset quale sit sophistarum opus, & dixisset esse uideri sapientis opus facere. Nunc exponit uerorum sapientũ opera, ut sciamus quid sit bene interrogare, & bene respondere, nec decipiamur a sophistis, & dicit. [Est autem ut unum ad unum sit dicere] hoc est ut br̃ dicã: N
aut [ut unum ad unum] hoc est amborum opera, respondentis & opponentis ut exponit Alexan. uel ut est dicere unum ad unum, quia duo, nam unum additum uni facit duo, aut ut est dicere unum ad unum. i. unum post unum, quia primo opus sapientis interrogantis, postea opus sapientis respondentis. & exponens opus sapientis interrogantis, quod Alex. multiplicat in duo, & dicit: [Sapientis opus] .s. interrogantis est [in unoquoque] .i. in unaquaque interrogatione earum [de quibus nouit, ipsum quidem non mentiri.] Qui.n.interrogat, & non mentitur, nunquam propositionem interrogabit, ex qua contraria uel cõtradictoria accidet sibi dicere. uel aliter, qui.n. interrogat, & non mentitur, interrogabit semper propõnes proprias, & non amphibologicas. Asſignat secundum opus etiam interrogantis, & dicit. [Mentientẽ aũt] id est & respondentem, qui mentitur falsa r̃ndendo, O
[manifestare posse.] ergo duo sunt opera sapientis interrogantis, nõ mẽtiri .s. circa interrogationes, quas proponit, & respondentem mentientem, qui. uidelicet. male respondet, & falsa dicit, ostẽdere posse, opus respondentis non expresſit, sed per hæc, quæ subscribit demonstrat. [Hæc autem sunt] subaudi duo in genere, [alterum quidem] respondentis, [quatenus potest dare] & concedere [orationem,] hoc est syll'm sibi propositum, quod opus erit sapientis r̃ndentis, qñ potest interrogantem, qui mentitur arguere, põt autem interrogantem arguere, cum sciuerit æquiuoca, & amphibologica, & alia loca, quibus interrogans tentat decipere. Qui.n.scit ea, quæ dñr multipliciter, & ea, quæ sunt amphibologica, & cætera decipiendi loca, cum interrogans per aliquem eorum locorum interrogauerit, non decipietur respondens. [Alterũ P
uero] interrogantis, [quatenus potest sumere] a respondente. Sumit.n. interrogans, dat autem respondens ergo generatim duo sunt sapientis opera. Alterum interrogantis, & est duplex non mentiri in his, q̃ interrogat & posse respondentem, qui mentitur, ostẽdere q̧ mentiatur in his, quæ sumit. Alterum uero respondentis, & est interrogantem, qui mentitur in interrogationibus, posse manifestare. Hoc pacto Alex. intelligit. potest etiam aliter exponi, ut Herminius exponit, ut primum referatur ad interrogantem, cum dicit sapientis opus est in unoquoque. i. in unaquaque interrogatione non mentiri, ex eis uidelicet, quæ ipse nouit. secundum uero ad respondentem, cum dicit, [mentientem autem] .s. qui interrogat [manifestare posse.] Q

Expoſi. Herm.

A posse.] Nam licet intertogantis opus etiam si manifestare errorem respondentis, hoc est per accñs. quia sapientis interrogantis opus est per se non mentiri in suis interrogationibus. Arist. autem enumerat opera, quæ sunt per se sapientis, & nõ ea opera, quę sunt per accidens.

Necesse est igitur illos, qui uolunt sophistice agere, dictarum orationum genus quærere. operæpretium.n. est nam huiusmodi potestas faciet uideri sapientes, cuius sunt desiderium habentes. Quod igitur tale orationum genus sit, & ꝙ talem appetant potestatem illi, quos uocamus sophistas, manifestum est.

Sophistice agere σοφιστεύειν

Non nulli & nos olim sic textum induximus, uide licet cum dixisset ꝙ sophistam esse sit utile, nunc infert necessitatem tractandi de disputationibus hoc pacto, sophistam esse est utile, non potest aliquis esse sophista, qui non fuerit disputationibus abundus. igit̃ si utile est esse sophistam, utile erit agere de dispntationibus. & quia aliquis dicere posset, cur non primo probas disputationem esse, quemadmodum probasti syllogismum sophisticum esse. item cur non probas aliquem esse, qui cupit uideri sapiens, & esse sophistam, respondet [quod igitur tale orationum] idest disputationum [genus sit, & quod talem appetant potestatem] scilicet bene disputandi, [Illi, quos uocamus sophistas, manifestum est.] quas, dicat accipiamus hæc, ut concessa, quia sunt per se nota. Oritur autem hæc expositio, quia uerbum λόγων, Disputationum interpretatur antiquus translator. Alexander autem non mutat uerbum, cum non est necessitatem, λόγων enim Aristoteles accepit pro syllogismo, & sic accipit nunc: quare cum dixisset opera sapientis & opera sophistæ. sapientis bene interrogare, & bene respõdere, bene interrogare in non mentiendo, bene respondere in manifestando, quoniam male interrogãs mentitur, concludit nunc, & dicit, [necesse est igitur illos, qui uolunt, σοφιστεύειν,] id est apparere hæc duo opera sapientis facere, [dictarum orationum] scilicet sophisticorum elenchorum syllogismorum, qui superius sunt propter expositi, [genus quærere,] & species, quæ sunt sub illo genere enumerare, ut quoniam sunt quatuordecim, ex quibus omnes sophistici syllogismi fiunt [operæpretium enim est] scilicet eis, qui uolunt sophisteuin, hoc est uideri opera sapientis facere, cuius causam assignat, & dicit, [Nã huiusmodi potestas] scilicet quæ est ars sophistica, quæ consistit in sciendis huiusmodi genere, & speciebus, [Faciet uideri sapientes,] Qui enim scit omnia loca decipiendi per genus, & per species facile poterit uideri sapiens. faciet dico uideri sapientes in omni eo, [Cuius sunt desiderium habentes,] id est in quo desiderant, & uolunt uideri. Tunc epilogat quæ declarauit, & dicit, [quod igitur tale orationum] scilicet sophisticorum elenchorum [genus sit, ut probatum est per similitudinem, quæ accipere a rebus, [& qui talem appetant potestatem illi, quos uocamus sophistas] scilicet quia facile, & propter lucrum, [Manifestum est] ex his, quæ diximus.

Docere apparẽtem. Sapientiam.

B · C · D

Alias disputationum

*Quot autem sunt species sophisticarum orationum, * & ex quot numero potestas ea constat, & quot partes contingit esse negotij, & de alijs quæ suffragantur ad hanc artem, nũc dicamus.*

Secundum eos, qui loco orationum legũt disputationum, cum proposuisset dicere de disputationibus, nunc exequitur & proponit, & dicit [Quot autem sunt species sophisticarum orationum] i. disputationum, [& ex quot numero potestas ea constat,] quæ cõsistit in hmõi disputationibus. [& quot partes cõtingit esse negotij,] qď est de cauillis, [& de alijs, quæ suffragantur ad hanc artem, nunc dicamus.] ¶ Alex. autem dicit Arist. nunc ingredi sophisticorum elenchorum doctrinam. & primum quærit, [quot autem sunt species sophisticarum orationum] .i. sophisticorum syllorum: [Et ex quot numero potestas ea constat,] quæ sophistica ars, aut facultas dicitur. per quã sumus idonei uideri facere opera sapientis. Aut aliter secundum Alexan. proponit quot per quæ, id est, quæ autem sunt species sophisticarum orationum, id est syllogismorum sophisticorum, [& ex quot] .i. ex quibus numero potestas ea constat, quam diximus sophisticam. uel quærit secũdum Alexandrum, quot sunt species id est genera, sophisticarum orationum, quia sunt duo, alterum earum, quæ sunt in dictione, alterum earum, quæ sunt præter dictionem. [Et ex quot numero potestas ea constat,] quæ est de illis generibus, & intelligit, & ex quot partibus per diuisionem, & subdiuisionem cuiusque illorum generũ, [& quot partes contingit esse negocij,] .i. sophisticæ facultatis quasi dicat & quot sunt partes, quas cõiectãt sophistæ. non. n solum sophistæ uidentur de sophisticis redargutionibus, sed de cautelis, ut libro 2. dicetur. addit, [& de alijs, quæ suffragantur ad hanc artẽ, nunc dicamus.] ut de finibus sophisticarum quas metas uocant & cæteris eius generis. ¶ Vocauit autem sophisticam, nunc potestatem, nunc negocium, nunc artem. reuera tamen nec est ars, nec scientia, ut Alexander dicit. nam & ars, & scientia est circa uera. ars quidem habitus effectiuus cum ratione uera. scientia autem habitus demonstratiuus circa id, quod semper eodem modo se habet. Iuniores tradunt sophisticam esse scientiam, ut docet de proprio subiecto accñtia, quæ illi per se insunt per proprias causas: atque propria principia, ut uero ea utimur ad concludendum aliquid falsum per sophisticum syllogismum, nec est ars, nec scientia, sed potestas, uel negocium quoddam ut dixit Alex.

E · Quæ Alexã. · F · Vtrũ sophistica sit sciẽtia. · G

Sunt igitur ad disputandum orationum genera quatuor, doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, contentiosæ.

Omnes uolunt Arist. distinguere disputationum genera in quatuor, ut eligat genus quod est ad propositum. dicuntque eum non prædefinisse genus cõmune eis, quia, ut Alexander inquit in prioribus, genus æquiuocum per species definitur. insuper quatuor disputationum genera faciunt prima pro numero finium, qui per ipsas acquiruntur. nam si acquirit̃ scientia doctrinalis est disputatio. si opinio, erit dialectica, si experimentum, erit tentatiua. Si autem uictoria uel gloria, erit contentiosa. ¶ Sed dices, cum per rhetoricam acquiratur assensus, uel fides, cur non est quintũ genus. ¶ Fortasse quia rhetorica ad dialecticam reducitur. est enim ei æqualis, ut primo rhetoricæ dicitur. aut quia loquitur in syllogisticis disputationibus qualis rhetorica non est. rhetorica enim disputatio enthymematica est litigiosæ autem uel contentiosæ plures sunt: pro numero finium, quæ metæ dicuntur, & quia quinque sunt fines, quinque sunt cõtentiosæ disputationes. pro numero uero mo

Tẽtatiue Pirastice Experimentarie Contẽtiose · H · Eristice Litigiose. Dubiũ. solutio

I dorum cauillandi generatim sunt duæ, in dictione, & extra dictionẽ, per species sunt. 13. pro numero locorum decipiendi. disputatio etiam duabus constat personis, duobus quoque actibus. respondente, & apponente, qui ẽt dr̃ interrogans & responsione, & oppositione siue interrogatione. dicuntque disputationẽ ex parte actuum esse oppositionem & responsionẽ, ex parte personarum esse opponentem & respondẽtem. ex parte instr̃i esset syllogismum. ex parte materiæ, & respondens esset propositiones, quibus oppositiones syll'm conficit, eorum, quæ negauerit, rationem reddit. Sed hæc expositio falsa est. quia Arist. diuidit genera orationum, quæ fiunt ad disputandum, modo disputationes non fiunt ad disputationes, sed syllogismi. ideo Alexander uult Arist. diuidere omnes syllogismorum species, & eas enumerare, ut accipiat

K speciem, de qua est sermo præsens, & de ea doctrinam faciat. ¶Sed dubitatur, qm̃ Aristoteles diuidit genera

Dubõ. Respõ. Alexã.

orationum, quæ sunt ἐντῷ διαλέγεσθαι, modo uerbum διαλέγομαι, significat disputare per probabilia. modo orationes doctrinales, (cum sint demonstratiuæ) non sunt ex probabilibus. nec ordinatæ ad disputandum ¶Alexander pp hoc argm̃ asserit Arist. accepisse διαλέγεσθαι, id est disputare, pro syllogizare, nam qui demonstrat, non disputat, sed syllogizat. ut patet in geometria, & alijs scientijs. erunt igitur orationes, quæ ad syllogizandum ordinantur, quatuor, doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, & contentiosæ. per quem patet Aristoteles non disputationes, sed syllogismos, uel orationes, quæ sunt ad syllogizandum (quod idem est) diuisisse.

L *Et doctrinales quidem sunt, quæ ex proprijs principijs cuiusq; disciplinæ, & non ex his, quæ uidentur respondenti, syllogizant. nam oportet credere eum, qui discit. dialecticæ autem quæ ex probabilibus contradictionis sunt syllogisticæ. Tentatiuæ uero ex ijs, quæ uidentur respondenti, & quæ necessarium est eum scire, qui simulat se habere scientiam, quo modo determinatum est in alijs. At contentiosæ, apparenter syllogisticæ sunt, ex ijs, quæ apparent probabilia. de demonstratiuis quidem in analyticis dictum est, de dialecticis uero & tentatiuis, in ijs. quæ prius. de altercatorijs autem, & contentiosis nunc dicendum.*

Cum assignasset quatuor genera orationum, hoc est syllogismorum, differentiam assignat per breuẽ. & dicit, & orationes [quidem doctrinales,] demonstratiuique syllogismi [sunt, quæ ex proprijs principijs cuiusque disciplinæ, & non ex ijs, quæ uidentur respondenti, syllogizant.] nam si syllogismi erunt de ijs, quæ spectant ad numeros in arithmetica, per

M propria principia numerorum syllogizant. si de ijs, quæ spectant ad continuum in geometria, per propria principia continuorũ syllogizant similiter unusquisque ex propria scientia, proprioque illius subiecto principia sumens syllogizat. & qui sic, & talibus, syllogizat, demonstratiue, & non ex ijs, quæ uidentur respondenti, syllogizat, cuius causam assignat, & dicit, [nam oportet credere eum, qui discit,] & si oportet addiscentem credere demonstratori, demonstrator non sumit ex discipulo consensum, sed discipulus a demonstratore & consensum & fidem accipit discipulus autem credit ut Alexander inquit, quia ex proprijs rei principijs, quæ sunt sibi nota, proprias rationes habet. nullus. n. discit duo nesciens unum. quia igit̃ nouit principia, credit syllogismo, qui est ex illis.

principijs. deinde exponit dialecticas, & dicit,] dialecticæ aũt]. i. dialectici syllogismi [quæ ex probabilibus contradictionis sunt syllogisticæ.] semper. n. dialecticus problematis contradictionem, tentat syllogizare. dialecticus uero, qui disputat ad exercitationem, ad utrũque per simpl'r, ꝓbabilia argumẽtatur ꝑpea est cõtradictoriorum syllogisticus deinde exponit syll'os tentatiuos, & dicit, [tentatiuæ uero] ratiocinationis [ex ijs quæ uidentur respondenti, & quæ necessariũ est eum scire.] .s. respondentem, [qui simulat] aliquam [se habere scientiam nisi. n. respondens sciret aliqua sub certo genere scientiæ, non tentaretur, nullus. n. tentari põt, qui nihil scit. Qui igitur simulat habere scientiam aliquam ut uel geometriam, uel, aliam, hic est tentatus, tentatus. n. ab Arist. appellatur simulator, non. n. tentaretur, si non esset alicuius sciẽtiæ simulator. non. n. tentamus uere doctos, quia non opor O tet experiri, qui doctrina patent, sed simulatores tentamus ut sciamus an sint ut simulant. Est autem tentatiuus syll's (ut Alexander inquit) & ipse dialecticus. est. n. species dialectici. Differt autem tñ ab illo in eo, ꝙ non est ex simpliciter probabilibus, sed ex apparentibus respondenti: qui simulat se peritum in aliqua scientia. sub dialectico. n. sunt duæ species, altera quæ est ex probabilibus simpl'r, quę uel omnibus, uel pluribus, uel sapientioribus apparẽt, altera eorum syllogismorum, qui sunt tentatiui, & hi non sunt ex simpliciter probabilibus, sed ex eis, quæ uñr omnibus, q profitentur scientiam, in qua fit tẽtatio, uel pluribus, uel sapientioribus in illa. falsigraphi. n. secundũ geometriam facti, non ex apparentibus omnibus, aut pluribus, sed ex ijs, quæ geometris apparent, sunt. addit [quo determinatio est in alijs] scilicet octauo topicorum in quibusdam uero codicibus, ut Alexãder in P quit, non quatuor, sed tria ad disputandum orationũ genera, habetur. qm̃ procedens uidetur tentatiui generis mentionem facere, ut est pars uel species dialectici. Inuenitur autem apud Platonem tentatiuum genus in euthyphrone, & in oĩbus fere eius Dialogis. meminit etiam tentatiuorum. Arist. 1. top. ubi digreditur ad quæ utilis est dialectica. & pp hæc Arist. hoc genus hic aperuit. deinde exponit litigiosus orationes, & dicit, [at contentiosæ]. s. ratiocinationes [apparenter syllogisticæ sunt, ex ijs, quæ apparent probabilia] non tñ existunt. & sunt duobus modis (ut Alexander supplet) quia uel habent figuram sanam, non tñ probabiles, sed apparenter probabiles propositiones habent. & hæ dicuntur sophistici syllogismi. Q alij sunt qui peccant in figura: & hi dicuntur contentiosi, atque litigiosi per excellentiã. Arist. tñ per contentiosos generatim intellexit, ut dictum est. Tũc eligit eos, de quibus nunc est agendum, & dicit, [de demonstratiuis quidem, in analyticis dictum est] scilicet in posterioribus,] de dialecticis uero, & tentatiuis, in ijs, quæ prius] scilicet in topicis, [de altercatorijs autem & contentiosis nunc dicendum] scilicet in præsenti libro.

Primum igitur sumendum est, quot coniectant qui in orationibus decertant, atque coaltercantur.

Cum pollicitus esset, quot sint syllogismorum sophisticorum species pertractare, & quot partes cuiusque speciei, & de alijs omnibus quæ iuuant præsentẽ artem, nunc exequitur, & primo proponit in speciali suam

A suam intentionem,& dicit, primum igitur sumēdum est,quot coniectant,sophisticę.s.[qui in orationibus decertant,atque coaltercantur.] & per quot coniectant,fines intelligit & dixit coniectant,quia quemadmodum sophistæ non uere ex probabilibus syllogizant,sed ex apparentibus, sic dixit coniectant. causa autem,quoniam finis est,ad quem habendum sophista suum syllogismū dirigit,ac refert. nemo.n.potest sophisticam rationem instituere,nisi finem sibi constituat,quem assequi per syllogismum studet.ppea antequam de locis decipiendi, ex quibus fiunt syllogismi sophistici, pertractet, de finibus proponit. quo uero ad uerba attinet, nonnulli fines huiusmodi appellarunt metas,qm̄ ut per metam agri quantitatem metimur,sic per finem,syllogismum.græci uero in frequētiore usu fines uocant.Hæc autem sunt absurda,ad q̄

B oppositiones sophista respondentem deducere enititur. ut patebit.

Sunt autem hæc quinque numero,redargutio, & falsum,& inopinabile,& solœcismus, & qui tum, quod est facere nugari eum,qui condisputat.hoc autem est frequēter cogere idē dicere.

Nunc fines enumerat,& dicit, [sunt aūt hæc quinque numero,]uidelicet[redargutio,& falsum,& inopinabile,& solœcismus & quintū,quod est facere nugari eū].s.respondentē,[q̄ cōdisputat]horū quinq; qd sit ipsa nugatio,definit,ī p̄senti textu,deinde in sequēti qd sit solœcismus,reliqua tria(ut Alex.inqt)declarabit proprijs locis,quādo digressionē faciet, & definiens ipsum nugari,dicit. [Hoc aūt est frequēter cogere idē dicere:] & tu addas in eadem orationis parte,& inutiliter,ut si dixeris leo leo est brutorum fortissimū,nā si dixeris leo est leo,non erit nugari. diximus inutilr̄:quia si ornatus causa: aut maioris expres

C sionis,aut ob aliquid aliud,non erit nugari. ut si dixero,o mi Cæsar,mi Cæsar faueas mihi.reducunt̄ aūt ad numerū uel normam,hac rōne,quia cū finis sophistarum sit ipsum absurdū, aut est ex parte uocis, aut ex parte rei,si ex parte uocis,si est quo ad congruitatem erit solœcismus,si aūt quo ad expresionē,sic est nugari.At si absurdum sit ex parte rei,siquidem ex parte rei simpliciter,erit ipsum falsum: aut respectu respondentis,quod si refert̄ ad respondentis opinionē, erit inopinabile,sin aūt id illius concessum,erit redargutio,sunt igitur fines quinque.

Aut non est unumquodque horum, sed apparet esse.

Cum enumerasset quot sunt,quæ sophistæ coniectant,dicit.Aut nō est unūquodque horū].s.a sophistis coniectatorū.s.uere existēs.[Sed apparet esse.]

D Verbum.n.[aut]denotat se corrigere de eis,q̄ dixit. q.d.aut unūquodque eorū,q̄ sophistæ coniectant,est uere tale,ut uera redargutio,uel uere falsum, uel uere inopinabile.[Aut nō est unūquodque horum] uere existens tale.[Sed apparet esse.]Sophista.n.non demonstrat respondentem uere mentiri,sed apparēter, nec uere solœcizare sed apparenter: & de alijs similiter,uel aut,est solutionis signum ad apparentem dubitationem. q.d.quamuis falsum, & redargutionē & hmōi coniectent sophistæ: tamē unūquodq; horum non est,sed apparens. non.n.redargutio uera est redargutio,nec solœcismus uere solœcismus, nec aliqd eorum uere est tale,quale apparet,nam uera redargutio est,quæ accipit contradictionē conclōnis,cum altera propōnum,& infert oppositū alterius. Qui uero dicit,utrum est tacentem dicere,non redarguit,qm̄ tacere est duplex. E

Maxime.n.uolunt uideri redarguere.Secundo falsum aliquid monstrare.Tertio ad hoc,quod est inopinabile ducere.Quarto solœcismo uti facere. Hoc autem est facere secundum locutionem barbarizare ex oratione respondentem. ultimo frequenter idem dicere.

Volunt recentiores Arist. inter sophistarum fines nunc,constituere ordinem, ut q̄ primo loco sit redargutio.Scd̄o ipsum falsum.Tertio inopinabile.Quarto solœcismus,ultimo nugatio.probat,quia sophista uult uideri ad hæc ducere respondentem,sed hoc ordine uult uideri, quia primo uult uideri redarguere. Secundo falsum uult uideri demonstrare.Tertio uult uideri ducere ipsum ad id: quod est præter opinionē multorum.Quarto uult uideri facere ipsum barbarizare. Vltimo uult uideri facere nugari. Quo quidem F ad uerba græca attinet, uerbū illud.n.reddit causam cuiusdam taciti ordinis,quem supra indicauit. Sed secundum Alex.reddit causam eius quod nūc dixit,dixit.n.unūquodq; eorum,quæ cōiectant sophistæ, nō esse uere,sed uideri,cuius cām assignat,& dicit.[Nam maxime uolūt uideri redarguere]primo [Secundo] uolunt uideri[Falsum aliqd mōstrare,tertio]uolunt uideri [Ad hoc,qd̄ est inopinabile ducere, quarto] uolūt uideri [Solœcismo uti facere,] & interponit definitionē ipsius solœcizare,& dicit[Hoc aūt est ex orone].s.syllo[Secūdū locutionem facere barbarizare,respōdentē,]ut qd̄ dicis esse,est hoc.Socrates dicis esse.ergo Socrates est hoc,hic est apparēs solœcismus sed nō uerus.unde Ari. capitō sic solœcismū definit, q̄ sit impar,& inconueniens partium orōnis cōpositura,ut uir mea uxor prudens est,& qui hac inconue G nienti partium orationis compositura utitur, a grammaticis solœcizare dr̄.deinde enumerat ultimum, & dicit.[Vltimo] uolunt uideri facere respondentem [Frequenter idē dicere.]Quæres fortasse de causa ordinis,quo hæc absurda ordinantur. Nam ex uerbis Arist.hr̄ ordo,non aūt causa.Dicendū primum absurdorū esse redargutionē, qm̄ redargutio reducitur ad contradictionē,quæ est oīm absurdissimū. Qd̄ aūt redargutio ad contradictionē reducatur,patet. qa redargutio est prænegati cōcessio,uel p̄concessi negatio. q enim ex opposito cōsequentis cum altera propōne, infert oppositū alterius,cogit respōdentē negare alterā p̄pōnē,quam p̄cōcesfit.ergo redargutio est oīm absurdissima. Secundo loco falsum erit absurdius cæteris.est.n.falsum absurdius ipso inopinabile:qm̄ inopinabile eo est absurdū,quo est falsum secūdū opi- H nionē.Minus tn̄ absurdū redargutione,cū falsum ad redargutionē,nō aūt redargutio ad falsum reducat̄. Qui.n.concedit falsum redarguetur,qa cogitur negare alteram p̄pōnū,ex qbus falsum syllogizatur. Qui aūt redarguitur, pōt redargui,& non concedere falsum. Inopinabile uero est absurdius solœcismo,qui enim solœcizat cōcedit inopinabile saltem in uoce. At q concedit inopinabile,nō oportet,ut solœcizet. Inter absurda minimū est negari,cum nō sit uitium falsitatis,nec simpliciter, nec secundum opinionem.

Dubĩ. solutio in παρα

Modi autem redarguendi sunt duo, nam alij quidem sunt in dictione,alij uero extra dictionem. Sunt autem ea quidem quæ in dictione faciunt phantasiam,sex numero.uidelicet.æquiuocatio amphibolia,compositio,diuisio,accentus & figura dictionis.

I *Huius autem fides & per inductionem, & syllogismus, & si quis sumatur alius, & quoniam totidem modis, si eisdem nominibus, & eisdem orationibus non idem significamus.*

uidelicet ταῦτα λέξιν *hæc autē sunt*

Cum dixisset de finibus sophisticorum syll'orum, nunc proponit dicere de modis paralogismorū, nam cum sint tredecim loca decipiendi, nunc duos modos ipsorum esse dicit, & sumit scd̄m Alex. modum ꝓ specie, & dicit. [Modi aūt redarguendi] i. species sophisticarum perturbationū [sunt duæ. nam alij quidem sunt in dictione] modi sex. [Alij extra dictionē] modi septē. ergo oēs sunt modi. 13. deinde enumerat eos modos, q sunt in dictione & dicit. [Sūt aūt ea quidē] siue loca, siue considerationes, [q̄ in dictione faciunt phantasiam] hoc est apparētiā, [sex numero,] q̄ enumerat, & dicit. [Videlicet æquocatio, amphibolia,] q̄ latine pōt dici ambiguitas:] cōpō, diuisio, accentus, &
K dictionis figura] eos, q sunt extra dictionē, licet postea Arist. Alex. tn̄ hic enumerat, est itaque primus circa accn̄s, scd̄s ad simpl'r, & non simpl'r, qa uel alicubi, uel ubi, uel qn̄, uel ad aliqd dr̄, & non ꝓprie appellat. tertius q circa elenchi ignorantiā. Quartus, qui est ad cōseques. Quintus, q petit, qd̄ est in principio. Sextus, q̄ non cām tanquā cām ponit. Septimus, q plures interrogationes unam facit. Qd̄ aūt spēs redarguendi sint duæ, ꝓbat Alexā. qm̄ suprema entis diuisio ad uoces est, & ad res. Quare q̄dam erunt dicibilia, q̄dam uero cōtingentia. dicibilia qdem uoces, cōtingētia uero res. ergo sophisticorū elenchorum diuisio primam habet diuisionem, aut circa uoces, aut circa res, & unaquæq; spēs harum in plures modos diuidit̄, nam circa uoces erunt sophisticorum modi sex: circa res uero extra dictionem reliqui septem. Ordo aūt in dicendo est, qm̄
L primo dicit de ijs, qui sunt in dictione. deinde de ijs, q sunt extra dictionem. ℭ Alexander qui sunt sophistici syllogismi in dictione: sic reducit ad normā, qm̄ omnes syllogismi sophistici in dictione necessario circa uoces sunt, & qm̄ sunt omnes circa uoces, aut ex his, quæ secundum ipsas uoces sunt, oportet esse, aut ex his, quæ circa ipsas, & non secundum seipsas. si qdem ex his: q secundum ipsas, aut sunt ex his: quæ cōtinent res simpl'r differentes, & hr̄ prima species paralogismorum: qui sunt secundum æquiuocationem, aut fit ex uocibus compositis, quę sil'em modum hn̄t, res uero differentes cōtinent: & hr̄ secunda spēs, quæ secūdum amphiboliam est. Quatuor uero sunt modi ex quibus hæc duo constitui solent. Primus qn̄ orō uel nomē plura sign̄at, qui est æqual'r cōis ambobus, ut postea docebit Aris. Secūdus uero qn̄ soliti sumus
M sic dicere, qd aūt sit, soliti sumus sic dicere, qn̄ dictionē considerauerimus, manifestabitur. et iste secūdus modus ambobus cōis est. Tertius uero qn̄ compositum plura sign̄at, separatū aūt simplex uel unum, & hic ꝓprius est amphiboliæ. Quartus econuerso, qn̄ compositum quidem unum significat, separatum uero plura. hæc de æquiuocatione & amphibolia. Est & tertius modus, qui ea, quæ simpl'r sunt, componit, & aliquod consequens ex compōne totius uocis accipit, & facit tertiā secundū compōnem spēm eorum, quæ sunt in dictione. quartus est ecōuerso huic nā ea, quæ sunt cōposita diuidi: & aliqd cōsequens ex diuisione accipit, & hic modus facit quartā spēm, q̄ scd̄m diuisionē dr̄. ex sophisticis igitur modis, qui sunt ex his, quæ scd̄m ipsas uoces sunt: hi quatuor modi constituunt: ex his uero, q̄ sunt circa ipsas uoces, duæ aliæ spēs sunt, quia circa spm̄, & facit eā, q̄ dr̄ accentus, aut circa respectū figurationis dictionis, & facit eam, q̄ uocat̄ circa dictionis figurā. Isti sunt ex dicibilibus sex modi, sed qūo & vn̄ unusquisq; constituat, inferius, dicemus, & ꝑ exēpla dilucidabimus, cum Arist. dixisset esse sex modos in dictione sophisticorum syll'orum, dicit. [Huius aūt fides & per inductionem] est ratio. [Et est syll's, & si quis sumatur alius] i. & prosyll's. quasi dicat. ꝙ modi in dictione sint sex, & non plures, neque pauciores: fides est inductio, quæ postea dicetur: & est syll's: & prosyll's, quo. probantur ambæ propōnes, quæ in syll'o ponuntur est dico inductio, & syll's. & prosyll's: quibus probatur. [Et qm̄ totidem modis] s. sunt in dictione. & non plures, neque pauciores. & hæc est conclusio. explicat autem Arist. solum syll'm, ut recte Alexander inquit fere ęnigmatice, componitur autē syll's (ut Galenus peripateticus inquit) hoc pacto, omnia quæ eisdem nominibus & orōnibus non eadem significantur sex modis fiunt, syllogismi sophistici in dictione sunt in eo ꝙ non eadem eisdem nominibus & orōnibus significant̄. ergo sex modis fiunt. hic est syll's, cuius tangit uim minoris, & dicit. [Si eisdem nominibus.] si pro quia. [Eisdem nominibus, & eisdē orōnibus non idem sign̄amus.] est ergo minor, dico sex esse modos: qm̄ syll'i in dictione sunt in eo ꝙ non eadem eisdē noībus & orōnibus significant̄, subaudias maiorem, sed oīa quæ eisdem nominibus & orōnibus non eadem significant̄, sunt sex modis. ergo syll'i sophistici in dictione sex modis fiunt. Minor huius syllogismi prosyllogizatur secundum Alex. hoc modo, omnia q̄ circa uitium distōnis fiunt, eisdem noībus & orōnibus non eadem significantur. sophistici syll'i in distōne, circa uitium distōnis fiunt. igitur sophistici syll'i in dictione eisdem nominibus, & orōnibus non eadem sign̄antur, & hæc fuit minor syll'i. Maior uero sic, quæcunque sunt multiplicia potentia, aut actu, aut phantasia sex modis fiunt, quæcunque eisdem nominibus & orōnibus non eadē sign̄ant̄, sunt multiplicia potentia, aut actu, aut phantasia. ergo q̄cūq; eisdē nominibus & orōnibus non eadem significantur, sex modis fiunt, quæ syll'i maior erat. Et dicit Alex. ea, q̄ sunt circa æquiuocationem, & circa amphiboliā sunt multiplicia actu, qm̄ actu plura significant. Quæ uero circa accentum, & compōnem, & diuisionem multiplicia sunt potentia, qm̄ actu unum, potentia plura significant, significant. n. plura inquantum accipiūtur sic significare, sed secundum se unum significat, at q̄ circa dictionis figurā sunt, phantasia sunt multiplicia, nam hæc uideo, & dico sil'r proferunt̄. Interrogant ergo sophistæ utrum uidere & dicere sil'r dr̄, & certum est ꝙ sic, sed ipsum dicere est agere. ergo ipsum uidere erit agere. Improbatur, quia apprehēdere ꝑ sensum est pati, uidere est apprehēdere ꝑ sensum. ergo uidere est pati. ergo q̄ sunt eadem circa dictionis figurā, sunt phantasia multiplicia, & dicit Alex. Arist. in explicandis syllogismis & prosyllogismis maximam obscuritatem fecisse, est tamen sensus literæ, sex esse numero syll'os sophisticos in dictione, per inductionem & syllogismum. Inductionē non expressit, de syll'o expressit minorem prosyll'os induit, cum dixerit. [Et si qs sumatur alius,] per illa autem uerba [&] qm̄ totidē modis, dedit intelligere concl'onē. s. ꝙ sex modis sint syllogismi


N
O
P
Q

A syllogismi sophistici in dictione, & per ea uerba. [Si eisdem nominibus.] minorem syllogismi principalis indicauit, de prosyllogismis aũt nullam propõnẽ posuit, licet ipsos indicauerit: sunt qui ꝓbant sophisticã oẽm redargutionẽ fieri aut in dictione, aut extra dictionẽ qm̃ oĩs sophistica redargutio est ab apparẽtia. Sed cum oĩs apparentia sit, aut in dictione, aut extra dictionem: fit, ut oĩs sophistica redargutio sit: aut in dictione, aut extra dictionẽ. hinc primas species duas tm̃ esse asserunt, sed ualeat hæc probatio, quantũ ualere potest. nam uera probatio fuit superius tacta. Quęrunt Iuniores cur Arist. non appellauit sophisticas redargutiones extra dictionem, sophisticas in re, nam res contradiuiditur dictioni. Sed friuola est hæc qõ, qm̃. extra dictionem & res apud Alexandrum synonyma sunt. Inductionem, quam Arist. subticuit, quidam
B sic componunt, æquiuocatio fit aliquo istorum sex modorum. Amphibolia fit aliquo istorum sex modorum, & sic de alijs. Igitur omnis sophistica redargutio in dictione fit aliquo horum sex modorum. Sed friuola hæc est, qm̃ per hoc ꝙ æquiuocatio fieri possit aliquo istorum sex modorum, & amphibolia, & sic de alijs, non sequitur esse tm̃ sex in dictione sophisticos syllõs. Aliqui uero de mente Alexandri sic induerũt, omnis syll's sophisticus fit per aliquod multiplex, igit̃ fit per multiplex, aut actu, aut ptãte, aut phantasia. si fit per multiplex actu, aut in termino, aut in orõne. Si in termino, hr̃ æquiuocatio. Si aũt in oratione, hr̃ amphibolia. At si fit per multiplex potestate, aut in nomine, aut in oratione. Si fit in nomine, erit accentus, si in orõne, aut quatenus oratio est continue prolata, & sic est cõpositio, aut discõtinue, & erit diuisio.
C Sin aut sophisticus syll's per multiplex fit secundum phantasiam, est dictionis figura. Sed aduerte, qm̃ hoc non accepit Alex. pro inductione, sed ꝓ ipso ꝓsyllõ, quo probauit maiorem. si quis tñ uult põt pro inductione sumere. Nos uero sic soliti sumus, ęquiuocatio, amphibolia, cõpõ, diuisio, accentus, figura dictionis apparentiæ in dictione sunt, æquiuocatio, amphibolia, cõpõ, diuisio, accentus: & dictionis figura sunt sex, & non plures. ergo sex, & non plures sunt apparẽtiæ in dictione. Hæc inductio scdm hunc modũ est bona, uñ tñ petere quod est in principio, ut, cõsiderãti ꝓpõne, patet. ¶Quo uero ad uerba attinet, sophisticus syll's fit in dictione, quoties causa apparẽtię est in dictione: ut in isto syllõ, oẽ sanum est animal, urina est sana. ergo urina est aĩal. Causa. n. apparentiæ est in ea dictione, quæ est sanum, quæ est æquiuoca ad sanum in sub-
D iecto, & ad sanum in causa, & ad sanum in signo. Fit autem præter distinctionem, qñ causa apparentiæ est in habitudine rei ad rem, si fuerit syllogismus in secũda figura ex duabus affirmatiuis, sic omnis homo est animal, omnis equus est animal. ergo equus est homo: quia enim homo & equus ad animal habent eãdem habitudinem: creditur, ut eam etiam habeant inter se, & sic causa apparentiæ uñr esse in rebus, & ꝓpterea dr̃ præter dictionem, uerbum amphibolia, siue amphibologia, latine est ambiguitas, uerum amphibolia proprie ambiguitas est. amphibologia figura quare illud Apollinis responsum. Aio te æacida Romanos uincere posse. Sed quæ nam unaquæque sit, proprio loco dicetur, uerbum dictio, græce est λέξις, non tantum pro uoce simplici, sed etiam pro uoce composita, sic enim omnibus cõmunis est. Ex his apparet omnem sophisticum syllogismum fieri in dictione, quia tamen aliqui fiunt per causam, quæ est in dictione, aliqui per causam, quæ est in rerum habitudine, ideo diuisio prima fuit illa: & licet res sint natura priores dictionibus, tamen explicamus & res & dictiones per dictiones. Ideo de syllogismis sophisticis in dictione erat prius agendum. F

¶De locis in dictione, & primo de æquiuocatione.

Sunt autem propter æquiuocationem huiusmodi orationes, ut quoniam discunt scientes. Nam ea, quæ memoriter dicuntur, discunt grammatici.

F



Incipit nunc dicere de paralogismis, qui sunt in dictione, & ponit exempla accommodata cuique modorum, & primum exempla paralogismorum, qui fiunt propter æquiuocationem, & sunt quatuor: quorum primum sophisma est utrum scientes discunt, aut non discunt? Secundum uero Alexandrum sophisma est, utrum scientes sunt non scientes, aut non? Proponit ergo quæ uult dicere, & dicit. [Sunt autem propter æquiuocationem orationes huiusmodi] id est paralogismi tales quorum exempla subiungit, solet autem Aristoteles in huiusmodi exemplis primo conclusionem inducere sophisticam, deinde apponere syllogismum, & ita facit, quia primo inducit conclusionem sophisticam, & dicit. [Vt quoniam discunt scientes,] hæc est conclusio paralogismi. deinde sumit maiorem & dicit. [Nam ea, quæ memoriter dicuntur, discunt grammatici.] hæc maior est, & probatio maioris, & sic erit syllogismus, grammatici discunt, omnes grammatici sunt scientes. ergo in disamis scientes discunt. quod grammatici discant, probatur pro syllogismo, quia grammatici intelligunt memoriter dicta, & qui intelligunt memoriter dicta, discunt. ergo grammatici discunt. hic est pro syllogismus, quo probatur maior. Est ergo totus paralogismus, grammatici discunt, omnes grammatici sunt scientes. ergo scientes discunt. Maior prosyllogizatur. omnes intelligentes memoriter dicta, discunt, grammatici intelligunt memoriter dicta. ergo grammatici discunt. De quo posuit primo conclusionem, deinde maiorem, & induit prosyllogismum, quo probatur maior. Quo uero ad G H

intelligit memoriter dicta ἀπoστoματίζουσιν aposto matizusin quæ memoria prodita sunt: intelligunt.


I ordinem paralogismorum attinet, Arist. exequendo de paralogismis in dictione, primo exequitur, de paralogismis ab æquiuocatione, tum quia æquiuocationis loca sunt cæteris faciliora: & uniuersaliora, tum qa inuentu sunt prima. Est autem æquiuocum trifariã, quoddam casu, quoddam consilio, quoddam additione: dr̃ æquiuocum casu, quoties idem nomen, eadem uox, idemque terminus casu plura significat principaliter, ut canis. Consilio uero, quoties idem nomen, uel eadem uox, uel idem terminus ordine quodam plura significat, hoc est unum principaliter, alia in ordine ad primum: ut sanum de urina, de cibo, de animali. De animali.n. primo de cæteris in ordine ad animal prædicatur. dr̃ autem æquiuocum additione, quoties terminus sua ratione unum significatur. Additione alicuius plura. ut homo, qui sua ratione singulares homines significat, tñ in hac propositione homo est species, ille terminus homo significat ul'e, quod est species. Sil'r in hac propositione uirgo fuit prægnans. Iste terminus uirgo secundum sui rationem significat mulierem præsentem: quæ est uirgo, tñ pp illud uerbum fuit, significat mulierem, quę olim fuit uirgo, modo fieri potest, ut mulier anno elapso fuerit uirgo, & mense proximo fuerit imprægnata, quo in casu uirgo fuit prægnans, nam mulier olim uirgo, fuit p̃gnans proximo mense. Hoc æquiuocum appellant Sorticolæ æquiuocum suppositione, uel ampliatione, & non imperite, quia terminus, qui potest accipi pro pluribus, semper sua ratione unum significabit, pro additione uero termini cũ quo coniungitur, põt accipi pro pluribus. Quare erunt tres modi paralogismorum, qui fiunt ab æquiuocatione, alij qui fiunt ab æquiuocatione consilio, alij ab æquiuoco casu, alij ab æquiuoco additione. Insuper σόφισμα, sophisma nomen græcum est. Et apud Aristotelem, & Alexandrum, & Herminium, & cæteros Aristotelis expositores accipitur aliqñ pro paralogismo, qui fit ab aliquo sophistico loco. hoc pacto. 8. topic. accepit: cũ inquit. [Si aliquid est aliud, quod ad cõclusionem nullo modo se habet, non erit ex illo syllogismus. Si autem appareat: sophisma erit non demro. Est autem philosophema quidem demonstratiuus. Epichirema syll's dialecticus. Sophisma syll's contentiosus. Aporema uero syll's dialecticus contradictionis.] hæc Arist. per quæ patet eum accepisse sophisma pro paralogismo: qui fit ab aliquo sophistico loco, & 6. physicæ auscultationis, dum dixit sophisma Zenonis pro paralogismo accepit. Aliqñ uero & uerius pro problemate sophistico, quod pro utraque parte habet paralogismos, quia potest sophisticis syllogismis probari, & improbari. Habet.n. eam rationem sophisma ad sophisticas quam problema ad dialecticos, & qõ seu quæsitum ad demonstratores, & hoc pacto in hoc libro nos utemur, quicquid alij uoluerint. hac rõne hoc est sophisma utrum scientes discunt? nam probatur, & improbatur: probatur quidem, quia grãmatici discunt: oẽs grãmatici sunt scientes, ergo scientes discunt, improbatur uero omnes qui discunt sunt ignorantes, scien-

K (margin, beside "mines significat")

L (margin, beside "æquiuocatione consilio")

Cap. 4. (margin, beside "sophistico loco")

M (margin, beside "stico, quod pro utraque parte")



tes discunt, ergo scientes sunt ignorantes. Primus syllogismus est sophisticus ostensiuus. Secundus paralogismus elenchus. ¶ Quo uero ad uerba attinet, ad paralogismum satis est sumere, grãmaticos discere, accepit autem pro maiore sic, [Ea quæ memoriter dñr,] uel narrantur ab aliquibus, [discũt grãmatici,] ut indicaretur pro syll's hoc pacto: oẽs intelligentes memoriter dicta, discunt. Grãmatici intelligunt memoriter dicta. ergo grammatici discunt. N

Discere.n. æquiuocum est, & hoc est intelligere eum, qui utitur scientia, & hoc est accipere scientiam.

Soluit sophisma, & pro utraque parte paralogismos, non quidem ut soluat, quia de regulis soluendi sophismata, & paralogismos dicturus est libro 2. sed ad præsens soluit, ut ostendat, qua specie æquiuocationis sophisma: & paralogismi cõmittantur, & utile sophisma peccare pp primum modum æquiuocationis, nam discere quod μαθανεῖν est græce, uolunt nonnulli accipi bifariam. Vno modo pro uti disciplina, hoc est pro docere alios. Alio modo pro accipere disciplinam ab alijs. Iusta quam distinctionem tollitur sophisma, qm̃ si discere pro docere alios sumitur, sophisma uerum, qm̃ scientes discunt. i. docent alios. Sin autem pro accipere disciplinam ab alijs: sophisma falsum est. Non.n. scientes discunt. i. accipiunt disciplinam ab alijs. Ad paralogismos autẽ patet solutio. Hæc expositio bona esset, sed non consonat uerbis Arist. dicit.n. [Differre.n. æquiuocũ est, & hoc est.] Vnum est, [Intelligere eum qui utitur scientia,] & hoc potest facere tam sciens, q̃ ignorans, nam sciens potest discere. i. intelligere eum, qui utitur scientia. s. syllogizando, uel respondendo: uel aliquod scientificum faciendo. Nihil.n. prohibet Socratem scientem intelligere ea, quæ operat' alius sciens. [Et hoc est.] id est & aliud est. [Accipere scientiam] ab alio ex ignorantia ducendo se ad scientiam. utroque.n. modo mathanein accipitur: & sic cum dr̃ utrum scientes discunt, uerum erit sophisma sumendo discere pro intelligere, quæ sciens dicit, uel quæ sciens utitur. Sumẽdo uero discere pro accipere scientiam ab alio, sophisma est falsum, qm̃ non scientes, sed ignorantes discũt. id est accipiunt sciẽtiam ab alio, & per idem patet solutio ad paralogismos. Sophisma uero istud (ut diximus in principio) sumptum est ex Platone in Euthydemo, ubi interrogabat Euthydemus Cliniam, o Clinia quales homines discunt, sapientes, aut insipiẽtes. Sapientes dixit Clinia. & Euthydemus iterum interrogauit Cliniam. Sunt ne doctores? ita respondit Cli. Iterum Euthyd. interrogauit, quorum, Clin. rñdit, discentium. Iterum Euthydemus interrogauit quid discentes, utputa tu sciebas: quæ discebas. Respõdit Cli. minime. Iterum Euthyd. Vtrum sapiens eras, cũ hæc nesciebas? Et Clin. nullo pacto. Euthydemus ergo si non sapiens, indoctis discebas. Quare inscientes o Clinia discunt, & non sapientes. Deinde rursus Euthyd. argumentabatur ad contrarium, dic o Clinia, quando ἀποστοματίζει. i. aliqua recitat grãmaticus, quinam pueri perdiscunt τὰ ἀποστοματιζόμενα. i. illa memoriter dicta a grãmatico: sapientes ne an insipientes: sapientes inquit Cliñ. igitur sapientes discunt: & nõ insipientes. In primo quidem paralogismo Clinias quidem discere pro scire & intelligere dicta. Euthydemus uero accepit ex inscitia & ignorantia ad scientiam, & ad cognitionem


O (margin, beside "sophisma peccare")

P (margin, beside "intelligere ea")

Q (margin, beside "Iterum Euthyd.")


gnitionem duci. In secundo uero contra. eodem mo-
A do patet solutio ad sophisma Aristotelis, & ad paralogismos.

Et rursum, quoniam mala bona sunt. nam quæ expediunt, bona sunt. Mala autem expediunt. Duplex. n. expediens est & necessarium, quod accidit plerunque in malis. (Est. n. quoddam malum necessarium:) & bona quoque expedientia dicimus esse.



B


Secundum sophisma utrum mala sint bona? & fit per secundum modum æquiuocationis, ubi primo accepit cõclusionem, & dicit. [Et rursum qm̃ mala bona sunt.] Hæc est conclusio, deinde accipit duas propositiones. & dicit. [Nã quæ expediunt, bona sunt.] Hæc est maior, deinde accipit minorẽ, & dicit. [Mala aũt expediunt] conclusionem repetas. ergo mala sunt bona: erit ergo paralogismus, quæcunque expediunt sunt bona, mala expediunt. ergo mala sunt bona. Propositiones non probat: sed minor potest probari, quia hæc expediunt: demonstrando pedes ascisionem, quæ expedit in æstiomeno cruris, ne corpus
C totum inficiatur. Insuper demonstrando proiectionẽ mercium in mari fluctuoso, & hęc sunt mala. ergo mala expediunt. Improbatur uero sophisma sic, nullum fugiendum est bonum, omnia mala sunt fugienda, igitur nullum malum est bonum. Soluit sophisma p




D

hoc, quod expediens sit æquiuocum secundo modo. Dicitur enim expediens græce τὸ δέον, latine tum decens, tum expediens. Et accipitur (ut Alexander inquit.) deon pro bono, & sic dicimus deon est. id est bonum est iusta facere. Silr̃ dicimus deon est legibus obedire, & parẽtibus parere: & deos uenerari, qm̃ bonum. Significat etiam deon necessarium, inquantum dicimus deon. i. necessarium est omnia orta occidi, & aucta senescere: significat etiam deon, utile. Dicimus enim deon. i. utile esse talibus gymnasijs exercere corpus. Arist. uero dicit. [Duplex. n. deon.] . i. expediẽs est. [Et necessarium: quod accidit plerunque in malis.] (Est. n. quoddam malum necessarium,) nam uerberationes: & percusiones, & decapitationes, & cætera id genus mala deonta . i. necessaria sunt ad quosdã latrones & homicidãs. Insuper septiones, ustiones deontes. i. necessariæ sunt ad sanum fieri, omnia. n. hæc per se mala sunt, ut autem referũtur ad aliud, sunt expedientia, & necessaria. Deinde assignat secundum significatum, & dicit. [Et bona quoque deonta.] . i. expedientia. [Dicimus esse:] ut iusta facere, legibus obedire, & parentes honorare. Arist. unum significatum relinquit, cum uidelicet accipitur deon pro utili: nam ex illis duobus manifestat uitia paralogismorum. nã in minore quæ erat, mala deonta . i. expediunt, ipsum deon, siue expediens pro necessario accepit. In maiore uero, quæ erat quæcunque expediunt bona sunt, deonta & expedienda pro bonis honestis accepit, & per illud malum esse bonum conclusum est. Si igitur aliquis diuiserit deon, & dixerit hoc quidem esse necessarium, illud autem honestum: sophista non conclusisset mala esse bona. Factus est. n. paralogismus p medium terminum alium, & alium, uel aliter atque aliter acceptum. Tales sunt paralogismi & hi, corax. i. coruus uolatile est. Instr̃m, quo claudimus ianuas est corax, igitur instr̃m uolatile est. iterum aq̃la uolatilis: piscis aquila est. ergo piscis uolatilis. Corax. n. & aquila æquiuoca sunt. ideo non ualent. Hæc sunt Alex. sophismata ualde friuola, sed sophismata abstrusissima (quæ latini adinuenerunt) in 2. libro afferemus, quæ per Aristotelis regulas soluere conabimur. E F

Insuper autem eundem sedere & stare, & ægrotare, & sanũ esse. Nam qui surgebat, stat, & qui sanabatur, sanus est. Surgebat autem sedens, & sanabatur ægrotans. Egrotantem. n. quodlibet facere, aut pati, non unum significat. Sed quandoque quidẽ, qui nũc ægrotat, aut sedet, quandoque autem, qui ægrotabat prius. Veruntamen sanabatur quidem ægrotans, cum ægrotans. Sanus autem non cum ægrotans, sed ægrotans non nũc, sed prius. G



H



I Iuxta tertium modum æquiuocationis, nunc duo tangit sophismata. Erat autem tertius æquiuocationis modus. quoties terminus per se unum significat, per adiunctionem uero plura, quod multiplex suppositione diximus uocari. Est ergo alterum sophisma, utrum ægrotans sanus sit aut non? alterum utrum sedens stat, aut non? Hæc duo tangit simul, & dicit. [Insuper aũt eundem sedere, & stare] hoc est unum sophisma. [Et ægrotare, & sanum esse,] hoc est alterum. Deinde probat sophismata, & primo probat primum, & secundum insimul, & assignat maiores, & dicit. [Nam qui surgebat, stat.] hæc est primi maior. [Et qui sanabatur, sanus est.] hæc est maior secundi. Deinde assumit minores, & dicit. [Surgebat autẽ sedens.] hæc est minor primi. [Et sanabatur ægrotans.] hæc est minor secundi, conclusiones fuerunt

K assumptæ in principio. Primus ergo paralogismus, quo pbat̃ primum sophisma est. Quicũque surgebat, stat. Sedens surgebat. ergo sedens stat. Maior patet: quia nihil surgebat: quod non tandẽ stet. Est. n. surgere ire ad standũ. ergo quicũque surgebat, stat. Minor uero sumitur in casu, quod aliquis sedẽs surgebat, modo si aliquis sedens surgebat, uera erit: sedẽs surgebat. Secundus paralogismus, quo probatur secundum, est, quicunque sanabat̃, est sanus. ægrotans sanabat̃. ergo ægrotans est sanus. iterum maior patet: ut maior primi: quia nihil sanabat̃: quod non tandem sit sanũ. Est enim sanari ire ad sanitatem. Minor ponat̃ per casum scilicet ꝙ aliquis ægrotans sanabatur. Primum uero sophisma improbat̃: nullum hñs genua inflexa, & nates in sede, stat, omne sedens genua inflexa, & nates in sede habet. igitur nullum sedens stat. iterum secũdum

L improbatur: nullum languens est sanum. ægrotans lãguet. igitur nullum ægrotans est sanum. soluuntur sophismata ꝙ utrunque sit falsum: qm̄ nec sedens stat, nec ægrotans est sanus. Sed quõ soluant̃ paralogismi, Alexander asserit in utroque paralogismorum maiorem hr̃e deceptionem. nam eum qui surgebat, stare, & eum, qui sanabatur, esse sanum, duplex est, unum q dem, qm̄ simul incepit surgere. & est stans, & simul incepit surgere: & est stans, & simul incepit sanari, & est sanus: & sic utraque est falsa, qm̄ nullus qui surgebat, simul stat: nec qui sanabatur, simul est sanus: Aliud uero qm̄ contingit prius sanari: & prius surgere, & postea sanum esse, & stans esse, & sic concedant̃ ambæ, nam quicunq; prius surgebat: postea stat, & quicũq; prius sanabatur, postea est sanus. Iccirco accipiendo eum qui surgebat, stare, qñ incepit surgere, est impos-

M sibile. & sic non oportet concedere maiorem, accipiẽdo aũt eum stare, qui surgebat prius, est possibile, & sic oportet concedere maiorem. Silr̃ accipiendo eum: qui sanabatur, sanum esse, qñ incepis sanari, est impossibile, & sic non oportet concedere maiorem. accipiẽdo aũt eum sanum esse, qui surgebat prius, est poſſe, & sic oportet concedere maiorem. patet igit̃ deceptionẽ esse circa æquiuocationem. Ex ijs ad eum sensum cõcessit, non sequitur ægrotantem esse sanum: & surgẽtem stare, per hunc modũ soluitur hic paralogismus, quicunque utitur alicuius opere, principiũ illius exercet. Iudex utitur opere legis. ergo principium legis exercet. Improbat̃ uero, qm̄ quicunque principium legis exercet, est legislator. Iudex principiũ legis exercet. ergo iudex erit legislator. Deceptio igitur est in maiore, qm̄ uti opere alicuius potest esse, ut instr̃m, &

N sic utitur iudex legis opere, & ut principiũ, & sic utit̃ opere legis legislator. Iuxta hanc Alex. expositionem legatur litera. [Egrotantem. n. quodlibet facere aut pati non unum significat.] Alex. literam corrigit, & dicit: esset utiq; clarius, si sic iaceret, sanum esse eum: qui sanabatur, & stare eum, qui surgebat. [Non unũ significat.] nam per ægrotantem Arist. secundũ hanc expositionem intellexit eũ, qui sanabatur, & sub eius uerbo intellexit etiam eum qui surgebat, ppea dicit. [Quodlibet facere] referendo facere ad eum qui surgebat, de eo. n. dicebatur, qm̄ stat, & pati ad ægrotantem, qui patitur uel ad eum, qui sanabatur, qui patit̃. quasi dicat eum qui surgebat, quodlibet facere, ut stare, & eum: qui sanabatur, quodlibet pati, ut sanitatẽ. [Non unum significat.] & secundum hanc expõnẽ deceptio est in maiore, & cum dixisset non unum si-

O gnificat, exponit quõ non unum significat, & dicit. [Sed] qui sanabatur uel surgebat, [qñque quidem] significat eum, [qui nunc ægrotat, aut] nunc [sedet, qñque autem] qui sanabatur, significat eum, qui ægrotabat prius & qui surgebat: eũ qui sedebat prius [uerum] (ut inquit) [sanabatur quidem ægrotans: cum] esset [ægrotans. sanus autem] est, [non cum ægrotans] est nunc [sed] cum [prius] esset ægrotans. Silr̃ surgebat quidem sedens, cũ esset sedẽs. Stat aũt non cum sedet nunc: sed cũ prius esset sedens, per quæ patet deceptionẽ esse in maioribus propõnibus paralogismorum, nã ꝓpõ dicens: qui sanabatur, sanus est: si significat simul sanum esse & sanari falsa est. Impossibile. n. est actu hr̃e sanitatem, qui sanatur, & qui sanitatem paulatim acquirit, ueluti hæc est falsa, qui

P sanabatur ad decem fere dies. i. ad sanitatem reducebatur: nunc sanus est, ppea subdit. [ueruntamen sanabatur quidem ægrotans cum ægrotans] esset prius, ẽt uerum est qui nunc ægrotat: sanari, [Sanus aũt non cum ægrotat, sed prius] esset ægrotans, & non nunc, quasi dicat, & ægrotans nunc & ægrotans prius ad sanitatem reductus dr̃ sanus esse. Sanabatur uero ægrotans, qñ ægrotabat, sanus autem est: qñ non ægrotat. Hæc est expõ Alex. Iuniores uolunt deceptionem esse in minoribus, qm̄ ægrotans, & sedens licet per se unum significent, nam ægrotans cum significat p se qui nunc actu ægrotat, & sedens eum, qui nũc sedet, tñ per accñs, ut coniunguntur uerbo actiuo, uel passiuo per ptm̄ imperfectum, sunt multiplicia, qm̄ ægrotans ut illi uerbo sanabatur coniungitur: quod est ptm̄ imperfectum, significat & id, quod nunc est æ-

Q grotans, & id, quod erat ægrotans. Quare hæc propõ ægrotans sanabatur, in uno sensu est falsa: quatenus uidelicet. ipsum ægrotans accipitur pro eo, qui nunc ægrotat. Qui. n. nunc ægrotat non sanabatur. ut aũt accipitur pro eo: qui erat ægrotans, ut sic ægrotans sanabatur. Minor igitur secundum hanc expõnem est distinguenda, nam iste terminus ægrotans, cum dr̃ ægrotans sanabatur, cum accipitur pro eo: qui nũc ægrotat, facit minorem falsam, non. n. qui nunc ægrotat, sanabatur, sed qui ægrotabat prius, cum uero accipitur pro eo, qui ægrotabat prius, sic hæc est uera. ægrotans sanabatur. Sed in conclusione aliter accipitur, quia accipitur pro eo qui nunc ægrotat, & sic terminus ægrotans in conclusione: & minore æquiuoce accipitur. Iuxta hãc expõnem dicit. [Egrotãtẽ. n.]

subaudi

A subaudi & sedētem, [quodlibet aut facere aut pati] id est rectum a parte ante alicuius uerbi actiui, aut passiui & limitatum ad significandū ab illo uerbo actiuo aut passiuo, [non unū signat,] qm̄ licet per se unum signat, tñ rōne uerbi ampliatur ad plura signandum. [Sed qn̄que quidem] eum signat, [qui nunc ægrotat, aut sedet, qn̄que aūt] eū, [qui ægrotabat prius,] uel sedebat prius. ergo ægrotans & sedē ratione uerbi. cui coniungit̃ duplex est. & sic uolunt neque maiorem, neque conclusionem esse multiplicē, sed minorem. Maiorem quidem non, quia ipsum sanabat̃, accipitur pro eo, qui iam sanabatur, qm̄ quicūque in ptō sanabatur, nunc sanus est, conclōnem aūt minime, qm̄ ægrotans rōne uerbi est. non accipitur, nisi pro eo, q nunc ægrotat, ideo dicit. [Veruntñ sanabatur quidē ægrotans, cum ægrotans] erat in ptō imperfecto. [Sa

B nus aūt] non est [cum ægrotans] est nunc. [Sed] cū ægrotans erat [prius.] ❡Ex ijs accipiunt tertium modum æquiuocationis esse, quoties unus terminus p se positus unum tm̄ signat. coniunctus uero cum alio, plura, ut iste terminus homo p se positus, singulares homines signat, coniunctus aūt uerbo uel participio uim hn̄ti ampliandi, ut in propōne de ptō, uel futuro, de possibili, uel contingenti, accipi pōt pro eo, qđ est, uel erat, uel fuit, uel erit, uel pōt esse, uel contingit esse. ❡Sed hæc Iuniorū positio est omnino falsa, qm̄ minor est uera in quocunque signato sumat̃ ęgrotās. Si.n. ægrotans sumatur, pro eo, qui erat ægrotans, hęc est uera secundum eos ægrotans sanabat̃, nā ægrotās diebus elapsis, sanabat̃ heri. & si sumat̃ pro eo, q nunc ægrotat, etiā hæc est uera, ægrotans nūc, sanabat̃ heri, & sanabit̃ hodie, & cras, donec erit sanus. nō ergo po

C test esse deceptio in minore. recte ergo Alexander deceptionem esse in maiore, ut uisum est longa lectione, asserit.

De ampliationibus.

Reprobatio expōnis.

❡De loco ab amphibolia.

Per amphiboliam autem, sunt tales, uelle capere me hostes.

hostes πολεμίους pugnātes.

Vellem qui me acciperent

Vellem me capere

hostes

quoscunque

D

Et putas ne quod quis cognoscit, hoc cognoscit. Etenim & cognoscentem & cognitum cōtingit quasi significare hac oratione.

Id cognoscit

Quod quispiam cognoscit.

Ferrum

o

Et putas quod quis uidet, id uidet, uidet autem columnā, quare columna uidet. E

Illud uidet

Quod quis uidet

Columna

o



Et putas, quod tu dicis esse. hoc tu dicis esse? Saxum aūt dicis esse. Tu ergo dici. saxum esse.

saxum λίθον lapis.

Hoc tu dicis esse.

Quod tu dicis esse.

Saxum

o



F

Et putas ne est silentem dicere.

tacētē σιγῶντα silentē.

Contingit loqui.

Contingit dicere

quemcunque

Silentem



Cum de paralogismis circa æquiuocationem tractasset, ac docuisset, transit nunc ad eos paralogismos, qui fiunt ab amphibolia, ordinē seruans eū, quem ꝓposuit circa sophismata. Huius aūt tres sunt species, quemadmodum ipsius æqui, uocationis. prima spēs, G quoties aliqua propō uel orō, uel enunciatio plura significat per se primo & principalr̃, aut pp aliquam cōiunctionem uel aduerbium interpositum, uel pp diuersam terminorum seu casuum positionem, uel constructionem, ut cum una dictio constituitur cum alia transitiue, uel intransitiue. Quare primus modus est quoties orō quauis causa principalr̃ plura signat, ut hæc orō cæcum contingit uidere. nam significat ꝙ aliquis possit uidere cæcum, & ꝙ cæcus possit uidere aliquid, uel aliquem iuxta hunc modum ponit exempla, & non solum (ut Alex. inquit) qualia a sophistis sophistica problemata dn̄r, sed qualia in orōne non syllogistica inueniri solent, nam me uelle hostes capere non est sophisma problematicum secundum Alexā. quod uero sit amphibolum, manifestum. significat. n. duo, aut ꝙ ego uelim hostes capere, aut ꝙ ego uelim, H ut hostes me caperet. Pōt tamen esse sophisma, & erit paralogismus, quo ꝓbat̃ iste, quoscunque uellem me capere, uellē ꝙ me acciperent, hæc est uera, quia oēs amicos uellem me capere, quos uellē ut me acciperēt. hostes uellē me capere, uellē. n. ut hostes caperent̃ a me. igit̃ uellē ꝙ hostes me acciperent. Improbat̃ aūt sic, quos uellem capere, nō uellē ut ipsi me accipent. At hostes ipse uellem accipere, igit̃ non uellem, ut ipsi me acciperent. de paralogismo nō ponit, nisi sophisma, & dicit. [Per amphiboliam aūt sunt tales. uellē capere me hostes.] Habet. n. ꝓ utraque parte argm̄, secundum sophisma Arist. utrū ferrū id cognoscit? uel non? probat̃ sophisma oē quod quis cognoscit, id co-

I gnoscit. Ferrum est quod quis cognoscit . ergo ferrũ
id cognoscit. Maior patet qm̃ si cognoscit lapidem,la
pidem cognoscit,& sic de cæteris intelligibilibus:quę
quispiam cognoscit. Minor etiam patet,cognoscit̃ n.
ab aliquo ferrum,igitur patet paralogismus . Impro-
bat̃ uero:quia oẽ cognoscens habet cognitionem: fer
rum non habet cognitionẽ,igit̃ non cognoscit aliqd.
dicit.[Et putas ne quod quis cognoscit, hoc cogno-
scit.] quasi dicat, puto, & tunc compleas paralogis-
mum,ut prius. Soluit Arist.secundum paralogismũ .
[Etenim & cognoscentem & cognitum contingit
quasi sigñare hac orone.] per quæ induit maiorem
esse multiplicẽ per amphiboliam primi modi. Hæc n.
oro quod quispiam cognoscit,id cognoscit,est multi-
plex,quatenus terminus id,põt accipi pro cognoscẽ-
te,& pro re cognita. Si.n. construit̃ cum uerbo cogno
K scit a parte ante:accipitur pro cognoscente, & sic est
falsa. Sigñat.n.qm̃ aliquid cognoscit aliquid, ut lapi-
dem,qui lapis est cognoscens. Sin aũt construit̃ a par
te post:accipitur pro re cognita:& tunc conceditur,
oẽ quod quis cognoscit, illud cognoscit hoc est illud
est cognitum ab eo. In primo aũt paralogismo multi
plicitas est in minore. nam hæc oro uellẽ me capere
hostes,est duplex,quia illa particula me põt cõstrui a
parte ante illius infinitiui capere,& sic est sensus, uel-
lem ut hostes caperentur a me,& sic conclo non seq-
tur,& põt construi a parte post,& tũc est sensus,uel-
lem ut hostes caperent me,& sic est falsa,deinde tãgit
tertium sophisma:& est,utrum columna illud uidet:
aut non?probatur,oẽ quod quis uidet,illud uidet, co
lumna est quod quis uidet:ergo columna illud uidet.
dicit[& putas quod quis uidet]id uidet:subaudi,pu
L to.Hæc est maior.[Videt aũt columna.]hæc est mi
nor.ergo columna id uidet . Improbatur uero,omne
quod uidet,est animal,columna uidet. ergo columna
est animal , quod est falsum,hic paralogismus peccat
in maiore,qm̃ terminus illud, potest construi a parte
ante,& sic erit falsa,nam non omne quod quis uidet ,
est illud,quod est uidens,& põt construi a parte post
& sic est uera,siquidem omne,quod quis uidet,est il-
lud,quod est uisum. Deinde tangit quartũ sophisma,
utrum saxum hoc tu dicis esse,aut non.probatur, qđ
tu dicis esse,hoc̃ tu dicis esse , saxum quod tu dicis es-
se.ergo saxum hoc tu dicis esse.Improbatur aũt,quia
si tu o saxum dicis esse aliquid,tu loqueris,sed saxum
non loquitur,igitur o saxum nihil dicis esse. Soluitur
paralogismus,quia multiplicitas est in minore,quia sa
xum põt accipi in nominatiuo,& sic est sensus , saxũ
M est illud,quod tu dicis esse, & potest accipi in uocati-
uo,& tunc est sensus o saxum quod tu dicis esse.i. qd
est illud,quod tu dicis esse. Paralogismus igitur quo-
uis modo sumatur saxum,nihil concludit.dicit . [Et
putas,quod tu dicis esse,hoc tu dicis esse] subaudi pu
to,dat minorem,& dicit.[Saxum aũt dicis esse.] dat
conclusionem, & dicit . [tu ergo dicis saxum esse.]
¶ Quo uero ad uerba attinet saxum græce λίθος est
uerum λίθος , magis lapidem q̃ saxum sign̄at . quia tñ
paralogismus magis latet.Si saxum sumatur , q̃ si su-
matur lapis,hac ratione saxum dicimus . Deinde tan-
git quintũ sophisma , utrum silentem contingit loq ,
aut non?& probatur. Quęcũq; contingit dicere, con
tingit loqui.silentem contingit dicere . ergo silentem
contingit loqui.Improbatur uero, quia nullum dor-
miens loquitur,silens dormit.ergo silens non loqtur. N
tangit sophisma,& non propõnes,& dicit.[Et putas
ne est] φ contingit[silentem dicere?] quasi dicat pu
to . ¶ Quo uero ad uerba attinet,silentem græce σιγῶν
τα est, & potest intelligi pro silentia & per silẽtem &
per tacentem, nam σιγῶντα si est accusatiui casus singu
laris nominis ο σιγῶν silẽtẽ sign̄at. Si uero accusatiuus
pluralis nominis τὸ σιγῶν,significat silentia,& licet anti
qua translatio habet tacentem,& stare posit , tñ ego
transtuli silentem,quia silere fusius est q̃ tacere. hmõi
sophisma utrum est silentem dicere: sic Euthydemus
apud Platonem interrogabat:utrum est silentem di-
cere?nullo pacto,& quid cum dicis lapides,ligna, fer-
rum,nõne silentia dicis?ita est igitur silentem dicere.
Deinde rursus ad contrarium argumentando interro
gabat,utrum contingat dicentem silere ? nullo pacto
quid quando siles,nonne omnia siles? ita ergo & du- O
centem siles.

Duplex enim est & silentem dicere, & hunc dicere silentem,
& quæ dicuntur.

Soluit ultimum paralogismum : & uult deceptio-
nem esse in minore,nam hæc minor: silentem contin
git dicere potest dupliciter intelligi,prout bifariã cõ-
strui potest silentem cum ipso dicere:nam si construi
tur a parte ante, est sensus φ silens dicat ea , quæ dici
solent uel ab alijs dñr,& tunc est falsa. Sinautem con
struitur a parte post,est sensus:φ silentem sit res,quę
dr̃,& sic est uera,& nihil cõcludit.dicit. [Duplex.n.
est & silentẽ,dicere,& hunc silentem dicere] hoc est
uno modo , ut quis dicat ipsum silentem. [Et quæ
dicuntur]id est alio modo,ut ipse silens dicat res,quę
dicuntur ab alijs primo modo oratio uera est, & ni-
hil concludit. Secundo uero modo oratio est falsa. P

Sunt autem tres modi secundum æquiuocationem & amphi-
boliam. Vnus quidem, quando oratio uel nomen plura significat
principaliter,ut aquila uel canis. Alius aũt,quando soliti, sumus
sic dicere .

Secundus uero modus amphiboliæ est qñ oratio
unum proprie & principaliter,& aliud improprie,&
transumptiue significat,ceu oratio illa, lupus est in fa
bula,proprie.n.significat φ sermo uel fabula sit de lu
po.Improprie uero,ac transumptiue φ inimicus ue-
niat,& illa littus aratur,proprie quidem significat ter
ræ cultum,improprie frustra laborare. Volens igitur
Arist.assignare hunc secundum amphibolię modum,
meminit omnium modorum æquiuocationis,& am-
phiboliæ:ut ostendat æquiuocationem & amphibo-
liam esse loca ualde propinqua , quippe cum amphi-
bolia non differat ab æquiuocatione, nisi quia amphi Q
bolia est ambiguitas,in multiplicitate orationis,æqui
uocatio uero in ipso nominę.ppea dicit. [Sunt autẽ
tres modi secundum æquiuocationem & amphibo-
liam. Vnus quidem qñ oratio uel nomen plura signi
ficat principaliter,ut aquila uel canis.] Aquila quidẽ
ad auem,& ad imaginem cœlestem,& ad piscem. Ca-
nis uero nõtas habet significationes . In oratione ue-
ro exempla superius sunt assignata , ut quod cogno-
scit,hoc cognoscit,& quod uidet,hoc uidet.In orone
enim multiplicitas est. [Alius autem,qñ soliti sumus
sic dicere.] nobis.n. (ut Alex.inquit) assuetis dicere
σιγῶντα,sigonta,silentem hominem, & silentia omnia ,
quæ silent, inuenit locum paralogismum: & decipit.
At si per sigonta solum diceremus silẽtem hominem

A non posset fieri paralogismus'. ergo secundus modus secundum Alex. erit qñ per nomen uel orationem soliti sumus dicere non solum unum, sed plura significata. Alij uero exponunt, ut diximus nos, qñ ex significatione propria & impropria prouenit paralogismus. uerbi causa. Gēmæ sunt in palmite pretiosi lapilli sunt gemmæ, igitur pretiosi lapilli sunt in palmite, qm̄.n. per gēmas proprie lapillos pretiosos, & improprie oculos arborum solemus significare, per illud sylij gēmas producunt arbusta Suessæ. Ideo fit paralogismus, insuper alius, omne exñs ĩ fabula est lupus. inimicus est in fabula, igitur inimic9 est lupus. Adhuc qñcunque littus aratur, terra colitur, qñcunque indocilis docetur, littus aratur, igitur qñcunque indocilis docetur, terra colitur. Omnis.n. decipiunt per hunc locum uel sic. [Alius aũt]. s. modus, & secũdus. [qñ B soliti sumus sic dicere] uel ex prouerbio, ut lupus est in fabula, uel ex transumptione, ut gemmę sunt in palmite, & littus aratur, uel ex assuetudine loquentium: alterum proprie, alterum improprie significat.


Tertius uero modus quando compositum plura significat, separatum uero simpliciter ut scire literas. Nam utrunque fortasse unum quidem significat, & scire, & literæ. ambo autem plura. Aut literas ipsas scientiam habere, aut literarum alium. Amphibolia igitur & æquiuocatio propter hos modos sunt.

Tertius modus æquiuocationis & amphiboliæ est, cum aliquod siue nomen, siue oratio alteri, siue nomini, siue orationi coniunctum plura significat, separatũ uero, unum, & hoc dicit [Tertius uero modus] est, qñ [compositum] cum altero nomine, uel oratione [plura significat, separatum uero] ab altero, siue nomine, siue oratione [simpliciter] i. unum tm̃ signat, C ut ægrotans. Ægrotans.n. seorsum eum significat, qui nunc ægrotat, coniunctum uero cum sanabatur, significat eum, qui nunc uel in ptõ ægrotabat. Silr̃ uirgo significat eum, quæ nunc est uirgo. sed si dicatur uirgo fuit prægnans, significat eam, quæ nũc, uel in ptõ fuit uirgo, nam quæ anno ptõ fuit uirgo, heri fuit prægnans. ergo quæ est uel fuit uirgo, fuit prægnans tñ Arist. dat aliud exemplum in tertio modo æquiuocationis. & dicit. [Vt scire literas, nam utrunque fortasse] seorsum nomen est, uel uox simplex, & [unum quidem significat, & scire] seorsum, [& literæ,] quia scire significat scientiam, & literæ significant elementa. [Ambo autem plura, aut literas ipsas scientiam hr̃e] Si literæ construantur a parte ante, [aut] significat [alium] hr̃e scientiam [literarum] si literæ construãtur a parte post. Silr̃ & literæ uendicabunt sibi duo si D gnificata, & elementa, quæ sciuntur, & elementa, quę sciunt. Vnde cum dr̃, bonum est scire literas, si ille terminus literas construeretur a parte ante, erit sensus bonum est, ut literæ sciant, & sic illa est falsa. At si cõstruetur a parte post, erit sensus, bonum est, ut literæ sciantur, & sic erit uera. Sic igitur & scire seorsum, & literæ seorsum, unaquæque uox per se uniuoca est, alteri uero composita æquiuoca. Exemplum uero orationis est. Socrates est ille. Hæc.n. oratio Socrates est ille, per se unum significat, quia Socratem illum esse, quem digito tibi demonstro. At si alteri orationi componatur. ut huic, Aristippus est Philosophus, uẽdicat sibi quandam amphibolicam multiplicitatem, nam ante compõnẽ terminus ille significabat demonstrationem. erat.n. pronomen demonstratiuum. Post compositionem uero, relationem, quia terminus ille E redditur relatiuus. Et ppea hæc propositio Aristippus est Philosophus, & Socrates est ille, est multiplex, nam si terminus ille, ut relatiuum uocale accipitur, erit uera. Est.n. sensus, Aristippus est Philosophus, & Socrates est ille. i. Philosophus etiam, ut uero relatiuũ personale, erit sensus Aristippus est Philosophus, & Socrates est ille. s. Philosophus, qui est Aristippus, & sic oratio hæc, & Socrates est ille, per se unum significat, cum alia oratione composita plura. [Amphibolia igitur & æquiuocatio (ut Aristoteles inquit.) [Propter hos modos sunt.]

De loco a compositione.

Propter compositionem uero huiusmodi sunt, ut possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Non.n. idem significat, si diuidens quis dicat, & componens, quoniam possibile est sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Et hoc identidem (si quis componat) non scribentem scribere, significabit profecto quoniam habet potestatem, ut non scribens scribat. Si quis autem non componat, quoniam habet potestatem, quando non scribit, ut scribat. Et discit nunc literas, si quis didicit quas scit. Insuper quod unum solum potest ferre, plura potest ferre. F *profe = cto γὰρ enim*

Cum dixisset de paralogismis, qui decipiunt ab æquiuocatione, & amphibolia, nunc de paralogismis, q decipiunt a compositione. uerum præsentem textũ uolo prius exponere secundum latinos, deinde secundum Alexandrum. Secundum latinos igitur oportet accipere unam propositionem posse esse multiplicẽ secundum compositionem, & secundum diuisionem. quando paralogismi igitur decipiunt ppea, quia sensus compositus est falsus, dicuntur paralogismi compositionis, quando uero decipiũt, quia sensus diuisus est falsus dicuntur paralogismi diuisionis. Quando ergo ex parte subiecti plura ponuntur ad quæ prædicatum diuisim, uel coniunctim referri potest est primus modus paralogismorum a loco compositionis. Iuxta hunc modum quæritur de hoc sophismate, se- *Expõ latinorum.* G



dens possibile est quod ambulet, & de illo, non scribens possibile est ꝙ scribat. probantur, quia quicquid possibile est ambulare, possibile est ꝙ ambulet, sedẽs possibile est ambulare. igitur sedens possibile est ꝙ ambulet. Iterum secũdum, quicquid possibile est scribere, possibile est ꝙ scribat. Non scribens possibile est scribere. igitur non scribens possibile est ꝙ scribat. H



❡ Secundum hanc expositionem Arist. accepit utriusque solam minorem, Improbationẽ uero dixerunt

I patere ex ipsismet paralogismis. docet postea tales paralogismos peccare per primum modum compositionis. Verum inter latinos est dfia non parua circa intellectum solutionis, quam affert Arist. Sorticolæ asserunt propõnem bifariam, alteram modalem, alteram de inesse quidem dicunt, in qua nullus modus ponit, ut homo est albus. modalis uero, in qua ponitur aliquis modus, modos dicunt possibile, impossibile, necessarium, contingens, uerũ, falsum, & alios plurimos. Deinde distinguunt modalem ꝙ altera sit de sensu cõposito, altera de sensu diuiso. De sensu composito q̃dem, qñ modus, aut omnino præcedit, aut omnino sequitur. Qñ uero mediat inter partes dicti: dr de sensu diuiso. Vocant autem dictum, totum, quod est præter modum. Ex hoc inferunt primo propõnem modalem de sensu composito eam esse, cuius modus de-

De modalibus.

K terminat totam propõnem, ut possibile est sedentem currere, sensus est, hæc propositio est possibilis sedens currit. propõnem uero de sensu diuiso eam esse, cuius modus partem dicti determinat, ut sedens possibile est currere, significat ꝙ id quod sedet: possit currere. Huius causam asserunt ex eo, quia modalis de sensu composito requirit uerificationem in instanti, nõ aũt quæ est de sensu diuiso, sed ꝙ hæ sint nugæ, in ludicris satis dilucidæ declarauimus. Antiquiores latini, inter quos est Egidius uir non spernendus, asserunt aliter, pro cuius rei dilucidatione accipiamus de mente eorum ꝙ nisi subiectum alicuius propõnis fuerit cõcretum, siue (ut utar uerbis eorum) terminus connotatiuus, non potest distingui propõ ꝙ altera sit de sensu composito: altera de sensu diuiso, qm̃ cum terminus, qui subijcitur, fuerit terminus connotatiuus, semper

L potest intelligi, aut pro subiecto, aut pro forma, aut ꝓ utroque. uerbi causa, cum dr album est corpus, album accipitur pro corpore, cum uero dr albũ est qualitas, album accipitur pro qualitate, & forma. At cum dr album est coloratum, album accipitur pro corpore quatenus est album. Cum autem hmõi propõnum subiectum accipitur aut pro subiecto formę, aut pro forma propões dñr secundum diuisionem. At cum subiectum accipitur pro ipsa forma, & pro subiecto formę: propões dñr secundum compõnem, siue de sensu composito, ergo qñ subiectum alicuius propõnis fuerit concretum, siue illa propõ fuerit de inesse, siue de necessario inesse, siue de contingenti: uel possibili inesse, omnis talis distingui põt, uel secundũ compõnẽ, uel secundum diuisionem subiecti, non aũt secũdum compõnem, uel diuisionem totius propõnis. Dico au-

M tem sic, quia cum subiectum intelligimus secundum compõnem: uel diuisionem, nõ pp hoc totam ꝓpõnẽ intelligimus secundum compõnem, uel diuisionem, nec pp hoc tota propõ dr modalis de sensu diuiso, uel de sensu composito. Vlterius sequitur ꝙ propõ ubi ponuntur dicti modi. s. necessarium uel cõtingẽs, & similes, nisi subiectum sit terminus concretus, merito talium modorum propõ nunquam erit distinguẽda secundum compõnem, uel diuisionem. patet ex suppõne. Arist. n. distinguit illam possibile est sedentem ambulare, non merito illius modi possibile: sed ratione subiecti, quod. s. est terminus concretus, quatenus põt accipi secundum compõnem. s. pro corpore sedente, ut est corpus sedens, & pro altera parte tm̃. uidelicet. uel pro corpore, uel pro qualitate. Volunt igitur multiplicitatem propõnis non pendere ab illo modo possibile, sed ab illo termino concreto sedẽs, non. n. distinguere hanc, contingit Polycletum facere statuam, cum subiectum nõ possit accipi nisi uno modo. Vnde si aliqua propõ esset necessaria, cuius subiectum esset aliquid prædicati: ut necesse est hominem esse animal: non distingueret eam Arist. Qua ratione patet ꝙ tales modi ui sua propõnem nunquam faciunt multiplicem secundum compõnem: & diuisionem. Nam nisi in propõne ponatur aliquis terminus qui secundum compõnem uel diuisionem põt intelligi: propõ nunquam reddetur multiplex tali multiplicitate, hoc aũt (ut dñt) & diximus, fieri põt non modo in talibus, sed in propõnibus de inesse. Arist. n. distinguit illam ex calido fit frigidum. nam secundum compositionem sumpto calido est falsa: quia est sensus, ex N

O calido quatenus calido fit frigidum. Secundum diuisionem autem uera est, quia quod nunc est calidum: fiet qñque frigidum, sed quæres, cum in talibus propositionibus ponantur modi. Vtrum sint modales, an de inesse? ut utrum hæc propõ contingit hominẽ currere, sit modalis an de inesse, siir hæc necessariũ est solem oriri sit modalis an de inesse. Arist. has uocat de inesse, sed cum specificatione, nam quæ sunt cum modo contingenti de contingenti inesse uel non esse, q̃ de necessario, uocat de necessario inesse, uel non inesse, & sic de cæteris omnibus eodem modo, His expositis, dñt minores paralogismorum duorum primorum esse duplices: aut secundum compõnem, & sic omnes sunt falsæ, aut secundum diuisionẽ, & sic omnes sunt ueræ. Hæc sunt: quæ inuenimus in expõnibus latinorum, de quibus diximus in ludicris. Deinde asserũt se-

P cundum modum esse, qñ aliqua determinatio, siue sit nomen, siue uerbum, siue prepositio, siue aduerbium, siue aliud quoduis, posita inter partes orationis põt construi cum una, uel cum altera, iuxta quem modum quærit utrum Priscianus nunc didicit literas, ꝙ sic, q̃cunque scit lr̃as nunc didicit illas. Priscianus scit lr̃as. igit Priscianus nunc didicit illas. Improbatio omnib⁹ patet, quia Priscianus est antiquus grãmaticus. Dicũt locum deceptionis esse ex eo quia illa particula (nũc) potest construi cum uerbo scit, & tunc est sensus, & syll̃s, quicunque nunc scit lr̃as: didicit illas. Priscianus nunc scit lr̃as. ergo Priscianus didicit illas, uel põt cõstrui cum uerbo didicit, & erit sensus. Quicunq; scit lr̃as, didicit nũc illas, & hoc modo erit falsa, ut dictum est de Prisciano lr̃as sciente, qui nunc eas non didicit. Vbi patere dñt sensum esse diuisum, si ipsum nunc construit cum præcedenti, si aũt cũ sequenti esse sen-

Q sum compositum, nam compõ (ut dñt) semper est ad sequens, diuisio uero ad præcedens. Deinde asserunt tertium modum esse, quoties ex parte prædicati plura ponunt, ad quæ subiectum põt se hr̃e coniunctim, & diuisim, & coniunctim se hñdo facit propõnẽ falsam, uel tertium modum dñt, quum unum ponit prędicatum quod põt diuisim: & coniunctim intelligi, & coniunctim est falsum, ut in casu nostro, nam qui põt unum, & unum ferre, põt diuisim plura ferre, nõ aũt coniunctim. Hoc pacto Egidius intelligit tertium modum, iuxta hunc modum quærit utrũ quod non põt plura ferre, põt plura ferre? Quod sic paralogizant, quod unum solum põt ferre, põt plura ferre. Quod non põt plura ferre est quod unum solum põt ferre,

igitur

A igitur quod nō poteſt plura ferre,poteſt plura ferre. Maior paralogizant,quod poteſt unum & unum ferre poteſt plura ferre,quod unum ſolum poteſt ferre, eſt quod poteſt unum & unum ferre.ergo quod unū ſolum poteſt ferre, poteſt plura ferre. patet ſolutio per diſtinctionem(ut dictum eſt)hæc ſunt, quæ habemus a latinis,quæ olim pro uerisſimis ſuſtentauimus, & quæ dicunt de ſenſu compoſito, & diuiſo, ſcimus eſſe uera,& ad mentem Alexā.in pluribus locis, & ad mentem Philoponi ēt ꝓprio. Sed utrum colligi poſſunt ex uerbis Ariſt.hic,non ſatis exploratum habeo, non.n.uideo quonam modo poſſunt uerbis Ariſtot. accōmodari,ſuper eſt modo legere hæc,quæ Ariſt.dicit,ut ea legit Alexander,Alexander itaque aſſerit paralogiſmum,qui peccat per compoſitionem eſſe huiuſmodi,nonne ſedens poteſt ambulare certum eſt ꝙ ita,nonne Socrates ſedet, certum etiam eſt ꝙ ita. erit

B ergo paralogiſmus peccans per compoſitionem,quoties ſub propōne de contingenti ineſſe, accipitur altera de ineſſe,& infertur tertia de ineſſe. ut hoc pacto, quicunque ſedet,poteſt ambulare. Socrates ſedet. ergo Socrates ambulat,& cum ſedeat,erit ambulans, & non ambulans. Minorem ergo & concluſionem Alexander uult eſſe per compōnem, qm̄ ſunt ſine ipſo poſſibili. Maiorem uero per diuiſionem, qm̄ eſt cum ipſo poſſibili. Nec cauſam aſſignat,fortaſſe,hæc Socrates ſedet eſt per compōnem, quia actu prædicatū ineſt ſubiecto & longe magis propoſitio de neceſſario ineſſe erit per cōpōnem, quia prædicatum ineſt ſubiecto neceſſario,illa uero Socrates poteſt ſedere uel contingit ſedere,eſt per diuiſionē,quia actu Socrates non ſedet,ſed poteſt ſedere. Similiter hæc Socrates non ſedet,eſt per compōnem negatiua, & illa Socrates pōt non ſedere eſt per diuiſionem de dicto negato. Quia igitur in paralogiſmo ſupradicto argumentamur a ꝓpoſitione ſecundum diuiſionem ad concluſionem ſecundum compōnem,dicitur paralogiſmus ſecundum compōnem,ſimili modo in illo. Quicunque non ſcribit,pōt ſcribere. Plato non ſcribit.ergo Plato ſcribit, & ſic nō ſcribet,& ſcribet,eodē mō ſoluit, peccat.n. ꝑ compōnem, qm̄ maior eſt per diuiſionem, & minor, & concluſio per compoſitionem, & ita pro declaratione uerborum Alexander aſſerit Ariſt.per compoſitionem intellexiſſe quoties ambulans,uel aliquid tale prædicatur ſine ipſo poſſe, uel ſine ipſo contingere,cum uero prædicatur cum ipſo poſſe,uel cum ipſo contingere intellexit diuiſionem.ergo deducere poſſumus ad mentē Alexā. omnem propōnem de ineſſe

De cōpōne et diuiſione ſecūdū Alexādrū.

D uel de neceſſario ineſſe cenſendam eſſe per cōpōnem, omnem uero propoſitionē de contingenti ineſſe, uel de poſſibili ineſſe cenſendam eſſe per diuiſionem,qm̄ prędicatum non ineſt ſubiecto ſimpl'r, ſed cum aliqua determinatione. Hæc eſt expoſitio Alexandri. Sed in uerbis Ariſtotelis eſt obſcuritas,tamen legatur ſecundum Alexā. [Propter compōnem uero hm̄oi ſunt] .ſ.paralogiſmi,quorum accipit maiores,& dicit. [Vt poſſibile eſt ſedentem ambulare,]tunc ſuppleas, Socrates ſedet.ergo Socrates ambulat: & Socrates ſedet, ergo ſedet,& non ſedet. Deinde aſſignat maiorem ſecundi paralogiſmi,& dicit. [Et non ſcribentem ſcribere,]ſuppleas,ſed Plato non ſcribit. ergo Plato ſcribit,quare ſcribit,& non ſcribit. Deinde ſoluit,& dicit.[Non enim idem ſignificat ſi diuidens quis dicat, &]ſi[componens] dicat.[Qm̄ poſſibile eſt ſedentē ambulare,& non ſcribentem ſcribere] i.hæc propoſitio poſſibile eſt ſedentem ambulare, non eſt eadem, cum profertur per diuiſionem cum poſſe, & per compoſitionem ſine poſſe,& exponit differentiā,& dicit. [Et hoc identidem ſi quis componat]ſubaudi dicendo.[Non ſcribentē ſcribere]ſine ipſo poſſe. [Significabit profecto] [ut non ſcribens ſcribat.]In codicibus græcis adeſt unum uerbum.uidelicet. [Qm̄ habet poteſtatem,]quod uerbum ſecundum expōnem Alex.legendum non eſt,tn̄ ſi legitur,ſic dicas[Significabit profecto,qm̄ habet poteſtatem]illa propō nō ſcribens poteſt ſcribere. [Vt non ſcribens ſcribat.] & ſic ſecūdū cōpōnē tollitur ipſum poſſe, quia cū ea propō non ſcribens pōt ſcribere,intelligitur ſecundū compōnem, habet ptātem, æquiualentem huic, non ſcribens ſcribit. [Siquis aūt non componat:] ſed cū F ipſo poſſe faciat propōnē,ſignat. [Qm̄ habet poteſtatem,qn̄ non ſcribit,ut ſcribat.] Hæc.n.propō Socrates poteſt non ſcribere, ſignificat ꝙ Socrates non ſcribens pōt ſcribere.ergo uterque paralogiſmus peccat per locum compōnis. Deinde Ariſt.aſſignat tertium paralogiſmum,& eſt talis qui ſcit literas, poteſt nunc diſcere literas,Socrates ſcit literas.ergo Socrates nunc diſcit lr̄as. Maior patuit ſuperius,ubi dictum eſt ꝙ ſciens poſſit diſcere, ſumendo diſcere pro intelligere,nam qui ſcit literas,poteſt nunc uigilans intelligere literas ab alio ſciētē prolatas. Minor uero patet,quia Socrates dormiens ſcit literas, & non intelligit eas ab aliquo,cum dormiat. Vltimus paralogiſmus eſt talis, qui unum ſolum poteſt ferre,plura poteſt ferre. Alcibiades unum ſolum poteſt ferre. ergo Alcibiades plura poteſt ferre. Dicit[Et diſcit nunc literas.]ſi Socrates hæc eſt concluſio.[Siquis didicit,quas ſcit,] ut cū G dormit,ubi uidetur tāgere probationem minoris uel minorem. deinde tangit ultimum paralogiſmum, & dicit.[Inſuper quod unum ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre.]Hæc eſt maior ultimi paralogiſmi. Solutio autem ſecundum Alexandrū,eſt quia decipiunt per compoſitionem,quia componitur concluſio, quę debet diuidi. Hæc eſt expoſitio Alexandri. ubi patet ea,quæ Iuniores ſumpſerint de ſenſu compoſito, & de ſenſu diuiſo,uana eſſe, cum Ariſtoteles ſic locutus de loco compoſitionis,& non de ſenſu compoſito. uerum de compoſitione & diuiſione libro ſecundo huius Alexander,& nos diligentius dicemus,& lege illa.

¶De loco a diuiſione.

Propter uero diuiſionem,quoniam quinque ſunt duo et tria, paria,& imparia.

Sunt duo & ſunt tria quæcunque — Duo & tria — Quinque H

Sunt paria & ſunt imparia quæcunque — Paria & imparia — Quinque


I Nunc de paralogiſmis,qui ſunt a diuiſione, & aſſignat tres modos,quorum primus eſt, qñ plura ponũtur ex parte prædicati, ad quæ ſubiectum referri põt coniunctim, & diuiſim, ſecundũ quem modum q̃rit, utrũ quinque ſunt duo,& ſunt.tria? ꝙ ſic probat̃ tali paralogiſmo Quæcũq; duo,& tria ſunt duo, & ſunt tria. Quinq; ſunt duo, & tria. ergo quinq; ſunt duo, & ſunt tria. Scd'o q̃rit̃ utrũ quinq; ſunt paria,& ſunt imparia? ꝙ ſic per talẽ paralogiſmũ,q̃cunque paria & imparia ſunt paria,& ſunt imparia·quinq; ſunt paria & imparia.ergo quinq; ſunt paria,& ſunt imparia. Improbationes aũt perſpicuæ ſunt. Solutio uero ꝑtrita eſt, nam capiendo duo & tria ſecũdum cõpõnẽ. Minor uera eſt,qm̃ quinque ſunt duo & tria ſimul. Secundũ diuiſionẽ aũt falſa eſt, qm̃ quinq; neq; duo ſunt,neq; tria,eodẽ modo ſoluit̃ ſcd's paralogiſmus.

K Ex his Sorticolæ ſumpſerunt oẽm propõnẽ,ubi ponitur aliqua nota copulationis inter partes ſubiecti uel prædicati poſſe bifariam.intelligi, aut ut eſt una categorica de ſubiecto uel prædicato copulato,aut ut eſt una copulatiua facta ex duabus categoricis. Hæc enim propõ quinque ſunt duo & tria,ut eſt una categorica de prædicato copulato,uera eſt. ut aũt eſt una copulatiua eſt falſa. Simili ratione & hæc quinque ſunt paria,& imparia. nam ut eſt una categorica de p̃dicato copulato,uera eſt. ut uero eſt una copulatiua: eſt falſa. Quoties ergo ex propõne de extremo copulato ſyllogizatur concluſio copulatiua, paralogiſmus eſt per locũ a diuiſione. hoc pacto quicquid eſt aĩa & corpus,eſt aĩa & eſt corpus,hõ eſt aĩa,& corpus. ergo hõ eſt aĩa,& eſt corpus. Minor eſt uera,ut eſt una categorica de extremo copulato,ideo ex ea non ſequit̃

L concluſio copulatiua. Alexander uero dicit, hunc paralogiſmorum locum circa diuiſionem uocari, qm̃ ſophiſta ſyllogizat aliqua de aliquo diuidendo actu ineſſe illi,quæ inſunt,quinque.n.numerum potẽtia habentem in ſe parẽ & imparẽ ſophiſta actu diuidens, parem demonſtrat & imparem ſic in prima figura,nõne quinque ad duo & tria diuiditur, & quod duo, & tria diuiditur nonne eſt par,& impar, quinque igitur paria imparia ſunt. erit igitur paralogiſmus. duo & tria ſunt paria & imparia, quinque ſunt duo & tria. ergo quinque ſunt paria,& imparia,ſcd'm ergo Alex. Ariſt.non tetigit niſi unum paralogiſmũ, qui peccat ꝑ diuiſionem,nã partes in toto potentia ſunt. In quinque.n.tria & duo ſunt potẽtia.modo qd' potẽtia aliqd eſt,nõ eſt illud actu,qd' fieri põt.ut arbor q̃ eſt potentia nauis,nõ eſt actu nauis. Siĉ ęs ſiue figura eſt po

M tentia ſtatua,non tamen actu ſtatua.

Et quod maius æquale. tantundem enim & adhuc amplius.



Iuniores aſſignant ſecũdum modum diuiſionis, in hoc loco,quem dñt eſſe, cum plura ex parte ſubiecti ponunt̃,quæ ad prædicatum cõiunctim, & diuiſim cõparari pñt, iuxta quem modum quærunt de hoc ſophiſmate, utrum maiora ſunt æqualia minoribus: & paralogizãt hoc pacto tãtũdẽ & adhuc amplius ſunt maiora,tantundẽ & adhuc amplius ſunt æqualia minoribus.ergo maiora ſunt æqualia minoribus. Improbatio uero,ut dñt,eſt manifeſta. Alex.uero dicit: paralogiſmus quidem concludentem quinque eſſe & paria & imparia ſatis manifeſte Ariſt.expoſuiſſe. Sed cõcludentem maiora eſſe æqualia minoribus, nimis bṙ, & hac de cauſa inſcienter uı̃ enuntiare. propterea cũ dicit. [Et quod maius æquale,oportet ſubintelligere minori,ut ſit concl'o,qd' maius eſt,æquale eſt minori: uel q̃ maiora ſunt,æqualia minoribus ſunt. Inductio N

O uero ſophiſmatis ſic interrogatur ſecundum Alexã. nonne octo ad ſex,& duo diuiditur? ita dicendum eſt, & quid nonne ad tria,& quinque? ita etiam dicendũ eſt,octo igit̃ ad ſex & duo,& ad tria& quinq; diuidit̃. At ſex & duo,tria & quinq; ſexdecim ſunt. octo igit̃ ad ſexdecim diuidit̃. æqualia igitur ſexdecim ad octo, & maiora minoribus ſunt.un̄ paralogiſmus eſt,tantũdẽ & adhuc amplius ſunt maiora,& ſexdecim maiora octo.tantundẽ & adhuc amplius ſunt æqualia minoribus,quia ſexdecim ſunt æqualia octo.ergo maiora æqualia minoribus ſunt. Qd' uero ſexdecim ſint æqualia octo,deductũ eſt,quia ſex & duo, & tria & quinq; ſunt ſexdecim,ſed octo diuidunt̃ in ſex & duo,in tria & quinque.ergo ſexdecim ſunt æqualia octo.de paralogiſmo aſſignat maiorẽ,& dicit.[Tãtundẽ.n.& adhuc amplius.]hoc eſt ſexdecĩ ſunt æqualia ipſis octo,

P & ſunt octo,& adhuc amplius,hoc pacto Alex.deduxit paralogiſmum.

Nam eadem oratio diuiſa & compoſita non idem ſemper uidebitur ſignificare.

Dicit Alex. & hic quidem paralogiſmus circa diuiſionem eſt,nam potentia hæc ſunt in octo, nõ autem actu,& iuxta hanc expõnem lege,dico hunc eſſe paralogiſmum diuiſionis. [Nam eadem oratio diuiſa] .i. ſignificãs aliquid diuiſum actu [Et compoſita]Hoc eſt & ſignificans aliquod potentia diuiſum [Non idẽ uidebitur ſemper ſignificare.] Et ſic hæc oratio octo ſunt duo & ſex,quinque & tria,oratio eſt quæ ſignificat octo eſſe hæc compoſita potentia,& non actu diuiſa.At ſexdecim ſunt duo & ſex,quinque & tria orõ eſt,quæ ſignificat ſexdecim eſſe hæc actu. ergo locus deceptionis eſt ꝑꝑ diuiſionem, nam paralogiſmus eſt ab eo,quod eſt potentia tale, ad id,quod eſt actu tale, Q uel ab orõne,quæ ſignãt potentia aliquid eſſe tale, ad orõnem,quæ ſignãt aliquid tale eſſe actu. Sic.n. Alex. intelligit diuiſionem,& ſic compõnem. per quæ patet ſecundum Alex.locum a diuiſione,de quo hic agitur,non eſſe oppoſitum loco a cõpõne,de quo Ariſt. egit. Nam per compõnem ibi intellexit orationem in qua prædicatum ineſt ſubiecto ſine ipſo poſſe,per diuiſionem aũt orationem,in qua prædicatum ineſt ſubiecto cũ ipſo poſſe. Hic aũt per diuiſionem intelligit orõnem,quæ ſignificat aliquid eſſe plura actu, uel aliquid eſſe hoc,aut illud,uel hæc aut illa actu, ut æs & figura ſunt ſtatua,per compõnem aũt intelligit orationem,quæ ſignificat aliquid eſſe hæc illa potentia,ut ęs eſt ſtatua.

De diuiſióe & cópóne ſecundũ Alexã.

Vt

Vt ego te posui seruum existentem liberum,& hoc, quinquaginta uirorum centum diuus liquit Achilles.

Secundum Alex.hic Arist.non paralogismos, qui decipiunt per diuisionem assignat,sed exempla, qbus monstrantur eandem orõnem diuisam, & compositā non idem significare, nam hæc oratio,ego te feci seruum,& ego te feci liberum non idem significat ei, q̄ est,ego te feci seruum existentem liberum, hæc enim oratio, ego te posui seruum exñtem liberum, sign̄at plura potentia. Illa uero,ego te posui seruum. & ego te posui liberum,sign̄at plura actu. ergo orõ q̄ sign̄at plura potentia nõ idem sign̄at orõni, quæ sign̄at plura actu. Secundū exemplum est orõ Homeri,qui dicit Achillē ad bellū duxisse uiros centū, de quibus quinquaginta amisit.hoc Homerus sic inquit. Πεντήκοντ᾽ ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς, .i. quinquaginta

trariæ, hoc pacto, Socrates albus pedes, Socrates est niger pedes. ergo niger est albus, & dicit. [Aut si ambo aliquo modo] i. aut si prædicata contraria ambo secundum quid insunt eidem, ut Socrati paralogistice sequitur, [qm̄ simul contraria inerunt.] i. sequitur, quoniam nigrum est album. Refutatio.

Tale autem in quibusdam quidem cuilibet facile est considerare, ut si sumens æthiopem nigrum esse, dentes dicat, quoniam albus. Si ergo ibi albus, quoniam niger, & non niger, putabit disputasse syllogistice, cum perfecerit interrogationem.

Cum assignasset paralogismos, qui proficiscuntur ex hoc loco, quia tamen quæ interrogantur a sophistis, nonnulla amplam habent ad respōsionem uiam, nonnullam latentem, declarat in quibus responsio ad

interrogationes

A interrogationes est facilis,& in quibus est difficilis, & primo in quibus est facilis, & uult in eis responsionẽ esse facilem, in quibus pro maiore parte totũ est sub altero oppositorum, & pro minore paruaque parte sub altero,ut in æthiope,cuius maior pars est nigra,& solum dentes albi. nam æthiops erit simpl'r niger,& se cundum quid albus,& dicit. [Tale aũt]. s. dr̃iam inter secundum quid,& simpl'r[In quibusdam quidẽ cuilibet.] & de quolibet [facile est cõsiderare,ut si sumẽs æthiopem nigrum esse,dicat qm̃] æthiops est [albus dentes,si ergo ibi.] .i. secundum dentes æthiops est [albus,]& sophista concludet,[qm̃ niger,& non niger] niger,quia pro maiore parte niger,non niger,qa dentes albus est, [putabit] talis sophista [disputasse syllogistice,cum perfecerit] illo modo [interrogationẽ] quasi dicat licet facile sit cognoscere,qm̃ æthiops

B est simpliciter niger, & secundum quid albus, potest tamen quis decipi putãdo album secundum quid esse simpliciter album,& sic erit idem niger,& non niger, possunt enim homines decipi non solum erga difficilia,uerum etiam erga facilia, quando fuerint ingenio obtusi.

In quibusdam uero latet frequenter, in quibuscunque, cum aliquo modo dicatur, simpliciter uidetur sequi. Et in quibuscunque non facile est considerare utrum eorum præcipue sit assignandum.

Nunc exponit in quibus latet dr̃ia inter secũdum quid & simpliciter,& uult in duobus casibus esse latẽ tem,primo qñ ad id, quod dr̃ aliquo modo: uŕ sequi ipsum simpliciter. ut in hoc sophismate (ut Alex. exponit) contingit ne periurare,& bene iurare, dicendũ

C minime. Contra,quid si aliquis iurauerit se periurare, & periurauerit? nonne recte iurauerit? ita dicas. Erit ergo paralogismus,qui iurat periurare,& periurat,be ne iurat. Socrates iurat periurare,& periurat. ergo Socrates bene iurat. Improbatur autem sic,qui periurat, non bene iurat. Socrates periurat. ergo non bene iurat,& ita contingit eundem simul periurare, & bene iurare. In his.n.latet dr̃ia,tñ solutio est. nam qui iurat periurare,& periurat, secundum quid bene iurat, qm̃ periurare est bonum secundum quid, ut stat sub iuro promissionis,tñ est simpl'r malum,qm̃ periurare est omnino malum. Sil'r ponamus per casum ꝙ Socrates dicat falsum se dicere, & dicat falsum. s. deum non esse, & quæritur utrum Socrates dicens se dicere falsum,dicat uerum? & uŕ ꝙ non, quia dicit se dicere falsum,& dicit falsum,& quicũque dicit se dicere falsum, & dicit falsum,dicit falsum. ergo Socrates dicens se di-

D cere falsum,dicit falsum. Improbatur uero,quia qui dicit ita esse sicuti est,dicit uerum,Socrates dicẽs falsum se dicere,& dicit falsum,dicit sicuti est. ergo dicit uerum. Sophisma igitur erit uerum secundum quid,quatenus hæc propositio Socrates dicit falsum, significat Socratem dicere falsum. illud uidelicet. deus non est, quod est falsum. Simpl'r aũt est falsum,quatenus illud quod significat,est simpl'r falsum, unde in his sic dicit Arist. [In quibusdam uero latet frequenter] .s. dr̃ia inter simpliciter,& secundum quid. [In quibuscũq; cum aliquo modo dicatur, simpliciter uŕ sequi] nam in eo qui iurat se periurare,& periurat,non facile discernitur quid simpl'r sit,, & quid sit ipsum secundum quid periurare, nam in his ad secundum quid uŕ simpliciter sequi. secundo dr̃ia inter simpliciter & scd̃m quid latet,in illis,in quibus latet,qũo oportet ea uoca- E re. ut utrum fortitudo sit bonum, aut malum? nam quia uirtus est,uŕ esse bonum,quia uero,qui fortitudine utitur,uulnera patiŕ,& homicidia cõmittit,uŕ malum,& ppea non facile est discernere qũo oportet fortitudinem uocare,dicit. [Et in quibuscunque nõ facile est cõsiderare utrũ eorũ] .i. quodnam contrariorũ [pcipue] atque simpl'r [est assignandum] ut utrum bonum uel malum.

Fit autem tale in quibuscunque similiter sunt opposita. Nam uidentur aut ambo, aut neutrum dandum esse simpliciter prædicari, ut si dimidium quidem album, dimidium uero nigrũ, utrũ album, aut nigrum?

Cum dixisset in duobus casibus dr̃ia inter simpliciter & secundum quid latere, exponit secũdũ casum, & dicit. [Fit autem tale in quibuscunque sil'r] & æqualiter [sunt opposita,nam] in talibus [uñr,aut ambo,aut neutrum dandum esse simpl'r] ut si aliqđ cor- F pus sit,puta oculus (ut Alex. exponit) cuius [dimidiũ quidem album] sit, [dimidium uero nigrũ] dubium erit, [utrum] hm̃oi corpus. s. oculus [album] simpl'r, [aut nigrum] simpl'r est,& ut Alex. inquit,aliud exẽplum,quod alij Arist. assignauit est. uerbi gratia. si aliqua magnitudo sit cuius latitudo est bicubita,longitudo aũt quatricubita, postea interrogetur utrum hæc magnitudo sit bicubita: aut non? non facile est dicere ita,aut non. sed conamur aut ambo concedere,& dicere bicubitum & quatricubitum, & sic dialectice non rñdemus,nã qui dialectice rñdet, debet dicere ita, aut non,aut oportet concedere neutrũ, & sic minime dialectice rñdemus. Hactenus de paralogismis secundum quid & simpliciter.

¶De loco ab ignorantia elenchi.

Qui autem sunt propterea quia non determinatur quid est syllogismus, uel quid est elenchus, propter defectũ orationis sunt. G

Nunc de paralogismis, qui fiunt contra ignorantiam elenchi pertractat,& accipit primo eos paralogismos,qui sunt pp ignorãtiam definitionis syllogismi. uel definitionis elenchi,fieri pp defectum orationis,& hoc dicit. [Qui autem] .s. paralogismi [sunt, ppterea quia non determinatur quid est syll's, uel quid est elenchus.] hi omnes subaudi [fiunt pp defectum orõnis.] & dicuntur hi paralogismi ex ignorantia elẽchi, quia (ut Alex. inquit) qui scierit quid nam sit elẽchus, non incidit in hm̃oi paralogismos,dixit [quid est syllogismus,uel quid est elenchus] ut secundum sit correptiuum,atque expositiuum primi, nam licet omnis paralogismus,qui peccat contra rationem syllogismi, peccet contra rationem elenchi,quemadmodum quicquid aduersatur animali,aduersatur homini, tamẽ spe- H ciatim dixit, uel quid est elenchus, ad significandum hm̃oi paralogismos speciatim proficisci ex ignorãtia elenchi,qui ad syll'm superaddit contradictionem, nã syllogismi, qui peccant contra aliquam particulam earum,quæ ponuntur iu definitione contradictionis,dicuntur paralogismi ex ignorantia elenchi,& ppea dicit. [Qui aũt] .s. paralogismi [sunt ppea quia non determinatur quid est syll's,uel] subaudi ut proprius loquar atque correctius,uel quia non determinatur [qd est elenchus,] paralogismi hi [fiunt pp defectum orõnis.] pp defectum orõnis exponit Alex. pp defectum definitionis elenchi,nam qui contra aliquid eorum, q̃ sunt in definitione elenchi peccauerit,contra ignorã-

διὰ τὴν ἔλλειψιν omissionem ἀλλὰ ad nihil ponitur

I dam elenchi paralogizare dr. Aliter exponit, pp defectum orationis, hoc est, pp defectum syllogismi, orationem.n. pro syllogismo accepit, qm̃ & elenchus sylls q dam est, & quemadmodum sylls ex positis debet conclusionem cõcludere, non aliquo æquiuoco accepto, nec posito aliquo cõnumerato a principio, prima tñ expositio magis mihi placet.

De elẽcho *Nam elenchus est contradictio eiusdem, & unius, non nominis, sed rei, & nominis. Non synonymi, sed eiusdẽ. ex ijs, quæ data sunt ex necessitate, non connumerato eo, quod erat in principio. Et secundum idem, & ad idem, & similiter, & in eodem tempore.*

Sunt qui dñt paralogismos, qui peccant contra ignorantiam definitionis elenchi, non esse eos, qui peccant contra quamuis particulam definitionis, sed solum, qui peccant contra aliquam quatuor, quæ ponũtur in ultimo, quæ sunt ad idem, secundum idem, silr

K & in eodem tpe. Qui.n. contra aliquam harum quatuor peccauerint, paralogismi dñr ex ignorantia elenchi, & ut eligantur hæ quatuor particulæ. Arist. replicauit uniuersam elenchi definitionem, quam nos alibi ad amussim exposuimus, uerum Alex. examinat oẽm particulam, quę ponitur in definitione elenchi, de quibus diximus iam, tñ bis dictũ (ut Plato inquit) modo bene dicatur, non est spernendum. Ante tñ q̃ ad particulas ueniam definitionis elenchi, animaduerte non esse idem elenchum, & syllm elenchi, uel elenchicum syllm. nãm elenchus est conclusio opposita alicui propositionum in syllo concessarum, quæ in modo, & in figura concludebant aliquam conclusionem, in quarũ concessione non erat petitio principij. uerbi gratia. si syllogismus fiat hic, omne animal est sensitiuum, omnis homo est animal. ergo omnis homo est sensitiuus.

L Sylls hic est bonus in modo, & in figura, & in concessione propõnum nõ fuit petitio eius, quod est in principio, & dicis conclusionem non sequi, igitur sequitur oppositum illius, sumatur oppositum. uidelicet. aliqs homo non est sensitiuus, & syllogizo sic, omne animal est sensitiuum, hæc fuit concessa absque petitione principij, aliquis homo non est sensitiuus, hæc est opposita conclusioni quam dedisti. ergo aliquis hõ non est animal. At hæc est contradictio, uel contradictoria minori, quam tu concesseras, & hæc est conclusio, quæ ex syllo elenchico est conclusa, & sic elenchus est contradictio, uel contradictoria conclusa ex syllo elenchico, & hanc definit Arist. sylls uero elenchi, uel elenchicus, est sylls qui ex opposito conclusionis cum altera propõne syllogizat oppositum alterius. syllogizat cõ

M tradictionem uel contradictoriam alicui propõnum, quam Arist. hic elenchum uocat, quem definit. hæc de definito. Post hæc de definitionis particulis disserendum, ut Alex. differit. lege ergo. [Nam elenchus] .i. conclusio elenchici syllogismi est [contradictio] .i. cõclusio contradictoria alicui propositionum præconcessarum. Hoc satis esset pro expõne elenchi, sed quia cum loco definiti ponitur sua definitio, definitio erit certior, & expressior, loco contradictionis ponit definitionem contradictionis, ubi ponit quædam, quæ ptinent ad elenchum, inquantum elenchus est contradictio. Et quædam, quæ pertinent ad elenchum, inquãtum conclusio est contradictoria alicui propõnum, & dicit. [Eiusdem & unius.] nam si diceremus Platonem quidem differere, Socratem uero non, non esset contradictio, quia non de eodem & uno, dñr differere, & non differere. insuper si syllogizaremus, omnem N angelum bonum, & nullum dæmonem bonum, non oppositas propõnes in contingenti materia syllogizaremus, qm̃ non in eodem subiecto, sed in alio atque alio orationem syllogizabimus: oportet.n. in uno & eodem syllogizare. [Non nominis, sed rei & nois,] quia non solum nomen unum oportet esse, sed significatam rem esse unam. Hæ.n. non contradicunt, canis latrat, canis non latrat, qm̃ in eis solũ nomen est unũ, non autem nomen, & res. [Non synonymi, sed eiusdem] .i. non uniuoci. [sed eiusdem.] Hæc.n. non cõtradicunt. animal ambulat, animal non ambulat, quia non ad idem numero animal referuntur ambulare & non ambulare, sed ad idem cõe uniuocum, quod pro diuersis accipi potest. hæ sunt particulæ, quę pertinẽt ad definitionem elenchi, inquantum elenchus est contradictio. sunt & aliæ de quibus postea. Deinde tãgit O particulas, quæ pertinent ad definitionem elenchi, ut elenchus est conclusio syllogizata per syllm contradictionis, & dicit. [Ex his, q̃ data sunt ex necessitate,] nam conclusio, quæ est contraria uel contradictoria alicui propõnum præconcessarum. [Fit ex his, quæ data sunt ex necessitate,] quia ex opposito contrario, uel contradictorio conclusionis dato ab aduersario, & ex alia duarum propõnum præconcessarum, ex necessitate secundum modum & figuram syllogizantibus. Hæc.n. particula (ut Alex. inquit) est similis illi, quæ in definitione simplicis syllogismi dr, huic.s. ex positis aliud, ex necessitate sequitur. Si.n. aliquis tẽtat redarguere disputantem, siue rñdentem non ex ijs, quæ ipse concessit, non redarguit. [Non cõnumerato eo, qd est in principio] .i. non accepto quæsito ad syllm demonstrationis. non.n per ipsum oportet monstrari, P qm̃ per ipsum non fit nouum. Fit autem hoc, qñ medius terminus idem cum aliqua extremitatum acciperetur, aliter tñ secundum uocem prolatus. Vt si aliqs interrogaret utrum anima immortalis aut non? & respondens diceret ipsam esse mortalem, si opponens postea sic syllogizauerit. anima incorruptibilis, incorruptibile immortale. anima igitur immortalis. Hic.n. sic syllogizans non redarguit, qm̃ petit quod quæsitum est in principio, quod.n. debet monstrare, assumpsit, qm̃ anima incorruptibilis idem est animæ ĩmortali. Deinde reddit ad particulas, quæ ponuntur in definitione elenchi, inquantum elẽchus est contradictio, & dicit. [Et secundum idem.] Si.n. unum & idem sit quod interrogatur, nec æquiuocum, nec uniuocum, nec in principio quæsitum, & diceremus secundũ aliã Q atque aliam partem opposita eidem inesse, uerum dicere accidet, ut æthiops albus, æthiops non albus. secundum quidem superficiem non albus. secundũ uero dentes albus. Oportet igitur & secundum idem, & non secundum aliam, & aliam partem opposita inesse. [Et ad idem.] nam qui demonstrat duo ad unum esse duplum, ad quatuor non duplum, non demõstrat Refutatio. contradictionem, non.n. ad eundem, & unum numerum monstrat binarium esse duplum, & non duplũ, & silr. Qui.n. syllogizat. Dormiens uisum habet. qui habet uisum, uidet. dormiens igitur uidet, non redarguit eum, qui concessit non uidere dormientem, nam uisum habere duo significat, habentem qui non exercet, & potentem, qui iam exercet. habere igitur dormientem

A mientem uisum,& non hr̃e non cõtradicunt,quia alterum intelligitur secundũ habitũ, alterũ secundũ actum,& qa non sil'r hæc sumunť, ideo syll's ille nõ est elenchus.[Et in eodẽ tpe.] nã qui dicit bonũ & nõ bonũ eundẽ non secũdũ idem tp̃s,non dicit contradictionem,unde sic syllogizans, omnis hõ in aureo seculo secundum Hesiodũ bonus est, nullus hõ in ferreo seculo est bonus,deinde concludit oẽm hominẽ, & nullũ hominem bonum esse,non redarguit eum,q̃ non dicit hoc. Oportuit.n.monstrare in eodem tpe bonus esse,& non esse bonos oẽs hoĩes, nam sic monstrato,uerus erit elenchus. Sil'r qui dicit,catulus uidet, catulus non uidet,non in eodem tpe concludit apparentem contradictionem,sed in alio,& alio. Hæc igiť omnia oportet eum scire,qui non uult decipi, & longe magis hæc scire oportet cũ,qui studet deceptũ redarguere. Quod si hæc ignorabuntur,nec opponens B respondentem redarguere poterit, nec respondens ipse euitare poterit deceptiones paralogisticas, atque redargutiones.

Eodem autem modo fieri potest,ut quis de aliquo mentiatur. Nam qui omittunt aliquid eorum,quæ dicta sunt, apparent redarguere. Vt quoniam idem duplum,& non duplum. Nam duo unius quidem duplum sunt. Trium autem non duplum.

Cum dixisset,quid proprie sit elenchus, atque mõstrasset eos proprie redargui, qui secundũ definitionẽ elenchi redarguuntur,nunc dicit.[Eodem aũt modo fieri potest,ut quis de aliquo mẽtiať,] quemadmodũ uere redargui põt, qm̃ uere redargui põt qs de unaquaque particula, cũ quis ignorauerit definitionẽ elẽchi,& de unaquaque ẽt põt mẽtiri,& reddit cãm,& dicit.[Nam qui]paralogizantes subaudi [omittunt aliquid eorum].i.aliquam particulã earũ[quæ dicta C sunt]in definitione elenchi. [Apparẽt redarguere] .s.ipsum rñdentem,non tñ redarguunt. ut si omiserint ipsum æquiuocum, uel ipsum quod est in principio petere,uel aliquod quoduis eorũ, quæ dicta sunt in definitione elenchi. Semper.n.cum quis redarguerit omittẽs aliquã particulã definitionis,uŕ redarguere,& nõ redarguit. Deinde assignat exẽpla,& primo qñ quis redarguit omittens eam particulam, quæ est ad idem,& dicit.] Vt qm̃ idem duplum,& nõ duplũ, nã duo unius quidem duplũ sunt. Trium aũt non duplum.]ergo idem est duplũ,& non duplũ. Paralogismus ergo in tertia figura est talis, duo sunt duplũ & non duplum,duo sunt idẽ. ergo idẽ duplum,& non duplum. Soluitur autem paralogismus, quia duo sunt duplum,& non duplum,non ad idem,sed ad di- D uersa, & sic peccat per ignorantiam illius particulæ ad idem.

Aut si ad idem duplum & non duplum idem est, non tamen secundum idem est. Nam secundum longitudinem duplum, secundum latitudinem non duplum est.

Secundum exemplum assignat, qñ omittitur illa particula secundum idem. nã qui dicit hoĩs magnitudinẽ ad canẽ secundũ longitudinẽ esse duplã,& ad eũdem canẽ secundũ latitudinẽ non esse duplã, nõ facit elenchũ,& hoc dicit. [Aut si ad idem].s.eundẽ canẽ [duplũ & nõ duplum idẽ]hoĩs corpus[est,nõ tñ secundũ idẽ est.]qm̃ secundũ diuersas partes ad canem corpus hoĩs est duplũ,& nõ duplũ.[Nã secundũ longitudinẽ duplum,secundũ latitudinẽ nõ duplum est, ergo non facit elenchum.

Aut si ad idem & secundum idem,& similiter,non tamen simul,quoniam apparet elenchus. E

Hic assignare debuit duo alia exempla,quorũ unũ est,qñ omittitur illa particula sil'r, alterum uero, qñ omittitur illa particula in eodem tpe,& non assignauit,sed dicit.[Aut si ad idem,& secundum idem,& similiter]prædicentur opposita de eodem. [Non tñ simul] eodemque tempore, non fit elenchus uerus, qm̃ apparet elenchus. Exemplum autem qñ omittitur illa particula similiter,assignatum est superius, tñ potest esse tale,Socrates currit recte,& nõ currit obliquæ.ergo Socrates currit,& non currit. Exemplum autem, qñ omittitur illa particula & in eodem tempore, etiam superius assignatum est, tñ exemplum potest esse tale, Socrates ieiunat ante uenationem, Socrates non ieiunat post uenationem. ergo Socrates ieiunat & non ieiunat. Omnes enim hi paralogismi peccant ex ignorantia definitionis elenchi. F

Trahet autem utique quis hunc ad eos,qui sunt in dictione.

Comparat nunc locum decipiendi ab ignorantia elenchi ad eos locos,qui decipiunt pp dictionem,& dicit.[Trahet autem utique quis hunc].s.(ut exponit Alex.) modum sophisticum, qui est pp ignorantiam elenchi[ad eos].s.modos,[qui sunt in dictione.]nã trahet ad modum decipiendi per æquiuocationeem, & ad modum decipiendi per amphiboliam,qui(ut exponit Alex.)sunt modi decipiendi pp dictionem. nã hæc oratio dormiens uisum habet,amphibola est, significare.n.potest qm̃ uisu operatur, aut qm̃ habet, & non operatur. Sil'r ille terminus uisus æquiuocus est,quia accipi potest pro potentia,& pro actu.[Trahet autem]dixit,qm̃ paralogismi huius loci non oẽs peccant in dictione. Attentione dignum non semper Arist.in exemplis posterius dicendis,uti paralogismis G elenchis ut hic dicit, accipiendo oppositũ conclõnis cum altera propositionum, & inferendo oppositum alterius,quam concesserat rñdens, nam aliqñ proponit maiorem uel minorem, & ex ea data, cum altera propõne respondenti probabili,syllogizat aliqđ absurdum, & hunc diximus elenchum tertio modo, ut patet superius. His enim duobus in exemplis nocetur Aristoteles.

¶De loco a petitione principij.

Qui autem propter id,quod in principio erat,sumuntur, fiũt quidem sic,& tot modis,quot modis contingit: quod in principio est,petere. Videntur autem redarguere, quoniam non potest quis inspicere idem,& diuersum.

Alexander uŕ induere tunc esse paralogismum a petitione eius,quod est in principio, cum aliquis ip̃m petat,quod monstrari oportet non tñ in ipso nomine,sed in suo synonymo,ut si queratur utrum aĩa sit immortalis? & sophista sumat,anima est incorruptibilis. Incorruptibile uero immortale.ergo anima est immortalis.in hoc paralogismo petit,quod debebat ꝓbare. Insuper si aliquis dixerit,non est locus, & sophista probet esse locum hoc pacto,si est sursum,& deorsum,ante & retro,dextrum & sinistrum est locus. Sed sursum & deorsum,& reliquis sunt.igitur locus est,sophista sic syllogizans petit,quod est in principio,quia sumit ut concessum,quod quæritur, quodque debet probari.nam si totum nihil aliud est q̃ suæ partes,qui sumit partes loci esse,sumit locum esse, & ita nihil aliud dicit q̃ si est locus,est locus. Ergo secundũ Alex. H

I quoties opponens accipit indemonstrate, quod debet mõstrare, paralogizat p locũ, qui est petere. quod est ĩ principio. nec assignat alios modos paralogismorũ ex hoc loco Alex. nisi hunc. ¶Nicolaus uero Cysteus ciuis noster in sua logica, quam uocauit speculum, paralogismorum, qui accipiuntur ab hoc loco, tres modos assignauit. Quorum primus est, cum sophista syllogizat per synonymum hoc pacto. Anima est sempiterna, omne sempiternum est immortale. ergo anima est immortalis, uel sic (ut dicit) Marcus currit. igit Tullius est. Paralogizat. n. sophista, quia idem sub alio nomine ad probationem suipsius assumit. Secundus uero qñ sophista syllogizat a definitione exprimente quid nominis ad definitum, & econuerso. ut ignis est productiuus caloris. ergo calefactiuus. Tertius modus, qñ sophista argumentatur ab una ꝓpositione conuertibili ad alteram, quarum neutra est altera notior, ut nullus musicus est grãmaticus. ergo nullus grãmaticus est musicus. Ex his infert, tunc opponentem in paralogismo sumere atque petere qđ est in principio, qñ sumit, quod debet probare. ¶Sed expõ Alexandri, & hæc expõ nostri ciuis non conueniunt uerbis Aristotelis, nam Aristoteles sic dicit. [Qui autem] paralogismi [pp id, quod in principio erat, sumũtur, fiunt quidem sic, & tot modis, quot modis contingit, quod in principio est petere.] Sed (ut hr̃ octauo topicorum) quinque modis petimus id, qđ est in principio, & (ut habetur secundo priorum) tribus modis petimus quod est in principio. ergo modi paralogizandi secundum hũc locum erunt undecim. ¶Ideo Egidius expositor non contẽnendus concedit tot esse modos paralogizãdi secundũ hũc locũ, quot modis est petere qđ est in principio. Sed tũc quærit ipse primo cũ aliter assignent modi petendi id, quod est in principio octauo top. & aliter secundo priorũ. utrum modi paralogizandi secundum hunc locũ sint tot, quot sunt modi petendi id, quod est in principio 8. top. an 2. prio? Tenet ipse tot esse modos huius loci, quot modi petendi principium sunt octauo topic. enumerati. Et rõ sua est, quia syllogismi sophistici sumunt a locis, quæ nihil aliud sunt, q̃ quædam locales habitudines sophisticæ, & cum syllogismi dialectici supra sylľm simpľr addant quandam habitudinem localem. ergo syllogismi sophistici cum sint locales magis peccant contra dialecticũ sylľm, q̃ contra sylľm simpliciter. Et quia modi petitionis principij qui ponũtur octauo top. accipiuntur ut sunt obliquitates sylľi dialectici. igit modi huius loci magis accipiuntur, ut traduntur octauo top. q̃ 2. prio. ¶Sed pace uiri dixerim, si hæc essent uera, omnes paralogismi essent obliquitates dialectici syllogismi, & sic paralogismus, qui peccat in figura, uel in modo, non esset obliquitas syllogismi simpľr, sed sylľi dialectici, quod est inauditũ. Insuper sylľs simpľr, est sylľs probatiuus, ut patet p definitionẽ sylľi. Nõ. n. ꝓpões in sylľo essent ponẽdæ, nisi sylľs in eo, quod sylľs esset probatiuus. Dr̃. n. in definitione syllogismi simpľr, ꝙ sit oratio, in qua q busdam positis, ubi Alex. & Philoponus proconcessis exposuerũt, igitur sylľs simpľr est, qui probatiuus est, & cum paralogismi uideantur probare, & non ꝓbent, potius unr̃ obliquitates syllogismi simpľr, quam dialectici. Quare asserendum est tot esse modos huius loci, quot sunt modi petẽdi id, quod est in principio.

Expõ Nicolai Cystei Susessani.

K

Cap. 5

Ca. 18

Expõ Egidij.

L

M

Cõfutatio.

1. pri. c. 1.

Sunt autem modi petendi quod est in principio 2. pr. N quorum tres assignantur 2. priorum, ut sit primus, si omnino non syllogizatur. Secundus uero, si syllogizatur, sed p ignotiora, aut p æque ignota. Tertius si syllogizatur, & p notiora, sed per posteriora, qđ prius est, syllogizetur. nam demõ ex notioribus & prioribus est. octauo aũt top. enumerantur quinq;, quorũ primus est si quis ad ipsum quod monstrari oportet, petat aut in se, aut in suo synonymo, ut si uellẽ ꝓbare hoĩem currere, & sumerẽ pro concesso hoĩem currere, aut in suo synonymo, ut si uellem ꝓbare animã esse immortalem, & pro concesso sumerẽ aĩam esse æternã, uel incorruptibilẽ. Secundus, qñ aliquid debet ꝓbari in particulari, & sumitur ꝓ cõcesso in uľi, ut si debent probari, contrariorum esse eandem disciplinã, & pro concesso sumatur omnium oppositorum esse eandẽ disciplinam. Tertius contra, qñ aliquid debet probari uľr, & sumat particulariter in omnibus particularibus, ut si debet probari omnium oppositorũ esse eandẽ disciplinã, & sumatur contrariorũ, & priuatiue oppositorũ, & contradictoriorũ, & relatiuorũ esse eandem disciplinam. Quartus qñ aliquis debet probare aliqua coniunctim, & ea sumat pro concessis diuisim, uel contra, ut si debet probare medicinã esse sciam sani & ægri, & petat a rñdente, medicinam esse sciam sani, & medicinam esse scientiam ægri, uel contra. Quintus modus est, cum aliquis debet probare unum correlatiuorum, & petat concedendum esse alterum, ut si deberet aliquis probare diametrum esse costæ incõmensurabilem, & petat esse concedendum costam esse diametro incõmensurabilem, omnibus. n. istis modis est petitio principij. ergo omnibus istis modis erunt paralogismi secundum hunc locum. ¶Sed contra hæc est dubitatio non parua, qm̃ non omnes modi, quibus petimus, quod est in principio, efficiunt paralogismos, qm̃ sylľs, per quem syllogizamus per posteriora id, quod est prius, est probatiuus, & bonus secundum materiam & formam. Insuper sylľs per quem probamus particulare per uľe, est probatiuus, & bonus. Siľr sylľs, per quem probamus uľe per particularia, non enim inductio est sophisticus syllogismus. ¶Egidius respondet fieri posse, ut sylľs sit bonus, & qui est syllogizans, in eo petat. nam in ijs, quę euidentius insunt posterioribus quam prioribus, sylľs procedens a posteriore ad prius est bonus, & tñ est cum petitione principij. In ijs uero, quæ euidentius insunt priori, syllogismus est cum petitione principij, & sophisticus. Simili modo dici potest in syllogismis ab uniuersali ad particulare, & econuerso. Et cum quæritur quo modo hoc fieri posit, ꝙ sylľs sit bonus probatiuusque & cum petitione? respondet quia unamet propõ potest esse alicui probabilis, quæ non est uera, nec simpľr probabilis. & sic in sylľo potest esse aliqua propõ ignotior conclusione, & cum petitione principij simpľr, quæ (cum sit respondenti probabilis,) erit huic sine petitione principij, simpľr autem cum petitione principij. Hoc autẽ quod Egidius dicit, est necessarium, nam quemadmodum fieri põt, ut simpľr dulce febricitanti uideatur amarum, sic stat, ut propõ simpľr cum petitione principij exñs, alicui uideatur notior, & probabilior concľone, & ita sine petitione. Deinde assignat causam apparentiæ in paralogismis secundũ hũc locũ, & dicit. [Vñr autem]

O

P

Dubiũ.

Respõs. Egidij.

Q

A tem] .s.paralogismi secundum hunc locum [redarguere] respondentem, [q̄m quis] .s.respondens [nō potest inspicere idem, & diuersum.] id est si est idem ei, quod in principio positum est, & an sit diuersum, neque si est magis, uel æque ignotum. Apparens ergo dr̄ia inter conclusionem, & propōnes, quæ sumuntur in syllogismo, sunt causa deceptionis in talibus. At dr̄ia insufficiens ad probandum est, ibi causa non existentiæ.

¶De loco a consequente.

Quæ uero propter consequens est redargutio, ideo est, quoniā putant conuerti consequentiam. Nam si cum hoc est ex necessitate, illud sit, & cum illud est, putant & alterū esse ex necessitate.

Nunc de paralogizandi loco, qui est a consequente pertractat. ubi Alex. inquit, elenchus, qui circa consequens est, quintus est modus elenchorum, qui apparent extra dictionem pars aūt est modi paralogismorum, qui sunt ab accidente, quod Arist. procedens ex-
B planabit. ambo .n. sophismata hæc ex accidente ortū hn̄t, differunt uero q̄m modus, qui dicitur ab accidēte, non conuertit terminos, sed sic per illum locum fit syllogismus, Socrates animal, animal genus. Socrates igitur genus. Qui uero dr̄ a consequente, terminos accipit ac si conuerterentur. & fit q̄n non conuertibilia accipit, ut conuertibilia. ut q̄m sequitur ad ipsum latronē, noctu errare, quia si latro est, noctu errat. conuertentes sophistæ dicūt noctu errat. igitur latro est. Arist. igitur primo tangit causam apparentiæ paralogismorum, qui sunt per hunc locum, & est q̄n putat̄ conuerti consequentia, quæ tn̄ non conuertitur, hoc est, q̄n ad antecedens sequit̄ consequens, & putat̄ contra ad consequens sequi an̄s, & dicit. [Quæ uero pp consequens est redargutio] .s. paralogistica, [ideo est
C q̄m putant cōuerti consequentiam,] qd exponit, & dicit. [Nā cū hoc est] .s. an̄s [ex necessitate illud] .s. consequens [sit,] ut cum est hō, est animal, [putāt & cū illud] .s. cōsequēs [est,] ut cū hō est. [alterū esse] .s. an̄s esse [ex necessitate] erit ergo causa apparētiæ paralogismorū, qui sunt per hunc locum, apparēs idētitas antecedentis ad consequens. Causa uero nō existentiæ est diuersitas eorum pp identitatē .n. quā an̄s apparenter habet ad consequens, credimus conuerti consequentiam, ut pp identitatem hoīs ad aīal credimus sicuti ualet hō est. ergo aīal est, ita ualere aīal est, igitur homo est, uel sic, an̄s est idem consequenti, ut homo idem aīali, cōtra uero nequaquam, & quia an̄s in bona consequentia est idem consequenti, apparet consequens esse idem antecedēti, & hæc est causa ap-
D parentiæ, non tn̄ est, quia consequens non est idē antecedēti. & hæc est cā nō exn̄tiæ. Sed cū paralogismi hmōi non solū fiant a pōne consequentis ad pōnem antecedētis, sed a destructione antecedentis ad destructionē cōsequentis pp qd dn̄r potius a consequēte q̄ ab antecedēte. Egid. cām affert, qa semp fit a pōne cōsequētis. nā q̄n fit a destructione antecedētis ēt fit a pōne cōsequentis, q̄m an̄s destructum est consequēs ad consequens negatū. quia non animal est in minus q̄ non homo, q̄m quanto specialius est aliquid affirmatiue sumptū, tanto negatum ul'ius efficitur. ut si animal est in plus q̄ homo, non aīal erit minus ul'e non hoīe. appellantur ergo paralogismi consequentis, qa quodāmodo semper paralogismi fiunt a positione consequentis. Melius aūt dico hos paralogismos esse consequentis, quia quouis modo fiant, ur̄ consequens E
sequi, & tn̄ non sequit̄. Si .n. fiat a pōne consequentis ur̄ sequi positio antecedentis, quæ tn̄ non sequit̄. Et si fiat a destructione antecedentis, destructio cōsequētis ur̄ sequi, quæ non sequit̄ ergo dn̄r paralogismi cōsequentis, quia quouis modo fiant, ur̄ consequens sequi, & non sequitur.

Vnde & quæ ob opinionem ex sensu sunt, deceptiones fiūt. Nam sæpe esse mel fel suspicati sunt, quoniam flauus color mel sequitur.

Cum assignasset deceptionem, nunc assignat exempla, & primo q̄n paralogismi fiunt a pōne consequētis ad pōnem antecedentis. secunda ibi [Sil'r autem.] Assignat exempla, q̄n paralogismi sunt a destructione antecedentis, ad destructionē consequentis. Quantum ad primam partem Alexander sic interrogat primum paralogismum, nonne mel flauum est, ita dicas, sed cholera flaua est, ergo cholera est mel. dicit. [Vn̄ & quæ] .s. redargutiones [ob opinionem ex sensu sunt, deceptiones fiunt,] & non ueri syllogismi. cuius causam dicit. [Nam sæpe esse mel fel] .i. bilem [suspicati sunt] q̄m flauus color mel sequitur .i. q̄m omne mel est flauum, & bilis est flaua. ergo bilis est mel. Sed dices, q̄uo est in hoc paralogismo deceptio consequētis, quidam respondent, quia est in secunda figura ex duabus affirmatiuis, ex quibus ur̄ aliquid syllogizari, & non syllogizatur. Sed hoc friuolum est, quia tunc omnis paralogismus secunda figura ex duabus affirmatiuis continet deceptionem consequentis. Alexā. autem dicit in maiore esse consequentis deceptionē, putat̄ .n. q̄m omne mel flauum est, ut omne flauū sit mel. Hoc aūt non est ita, q̄m licet sequatur, mel est. ergo flauum, non tn̄ sequitur flauum est. ergo mel, & ppea illa maior non conuertitur, hoc pacto (ut Alex. induit) in paralogismo est deceptio consequentis. & dixit hunc paralogismum ob opinionē ex sensu esse, q̄m gustus accipit̄ ex melle ut dulci, uisus aūt ex melle ut flauo, ex quibus postea (ut Alexā. inquit) uirtus opinatrix componens passiones, ut unum opinatur, q̄n igitur uisus operatur circa aliquod flauum, statim uirtus opinatrix mel hoc opinatur esse. Corrigit autē opinatrix errorem per gustum, qui in bile non percipit dulce. [Quo uero ad uerba attinet ἀπάται, græce a nostris fallaciæ appellantur, melius tn̄ deceptiones dicuntur. nam licet fallaciæ dicantur uerba ad fallendum composita, tn̄ nimis triuiale uerbum est. Fel aūt græce χολὴ dicitur, latine bilis, uel cholera. Sed q̄m in ueteribus translationibus fel translatum est, & potest stare, nos quoque ita diximus. Flauus autem græce dicitur ξανθὸς. xanthos, in ueteribus translationibus rubeus transfertur, & non recte. proprie enim xanthos flauus est color.

Et quia accidit terram pluuia fieri madidam, etiā si madida sit, opinantur pluisse. id autem non necessarium est.

Assignat scdm exēplum, & dicit. [Et quia accidit terrā pluuia fieri madidam.] nam aqua descendente terra humida fit [ēt si] nunc [madida sit, opinant̄] sophistæ uisus phantasijs [pluisse] nūc. erit igit̄ paralogismus, cū pluit terra est madida, nunc terra est madida. ergo nūc pluit. dicit Arist. [id aūt non necessariū est,] quia licet sequit̄ pluit. ergo terra est madida: nō tn̄ contra sequit̄, est madida. ergo pluit, & per hunc modum in maiore est deceptio ex consequente.

Deceptiōes ἀπάται fallaciē sua dele errores flauus
F
ξανθὸς rube- ui fel χολὼ bilem.
G
H

I *In rhetoricis uero, quæ secundum signum fiunt demonstrationes, ex consequentibus sunt. Nam uolentes ostendere, quoniã adulter, quod consequens est, accipiunt, ut quoniam comptus, aut quoniam uidetur noctu errabundus? pluribus autem hæc quidem insunt, prædicatum tamen non inest.*

Nunc in rhetoricis exempla assignat, & sunt duo secundum Alex. quæ sunt deceptiones ex consequẽte. qm̃. n. signum adulteri est comptum esse, & latronis noctu errare, sequitur. n. ad adulterum cõptum esse, & ad latronem noctu errare, pp hoc rhetoricæ demonstrationes ex consequentibus fiunt. nã qui uult monstrare, qm̃ adulter est, consequens accipit. s. φ cõptus sit, & qui latronem demonstrare uult, qm̃ noctu errat, accipit. Sunt igĩ duo paralogismi, adulter omnis comptus est adulter, Socrates est cõptus. ergo Socrates est adulter. Secundus uero omnis latro noctu

K errat. Socrates noctu errat. igitur Socrates latro. Recẽtiores & Egidius illa duo accipiunt de eodem ut de Socrate, sic omnis adulter comptus. Socrates cõptus, Socrates igitur adulter. Insuper omnis adulter noctu errat. Socrates noctu errat. Socrates igitur adulter. Sunt igitur duo signa, per quæ unum prædicatum. s. adulterum esse de Socrate probatur. dicit igitur. [In rhetoricis uero] causis. [demr̃ones q̃ fiunt secundum signum]. i. ꝓbationes cõiecturales [ex cõsequẽtibus sunt]. i. fiunt p ea, q̃ deberent sequi, & tñ antecedũt, & dixit. [Secundum signum:] qm̃ in rhetoricis causis probationes aliqñ fiunt per signa, hoc est per coniecturas, ut in exemplis assignatis, & hæ õẽs peccant per hmõi locũ. Aliqñ fiunt per termerion, hoc est indiciũ infallibile, ut cum probamus peperisse mulierẽ, qm̃ lac habet in mãmillis, & ꝓbationes, q̃ sic fiunt, nõ

L peccant per hmõi locum. Deinde ponit exemplum, & dicit. [Nam uolentes ostendere, qm̃]. s. Socrates est adulter, quod consequens est, accipiunt, ut qm̃] Socrates est [cõptus, aut qm̃ uĩ noctu errabundus.] comptus est, qui lasciue, atque superflue se ornat. Solent. n. uenerei homines qui nimio amore capiuntur, circa cultum sui nimium luxuriare, noctuque errare, ne uideantur, & ut clam adulterium prosequantur. Deinde Arist. ostendit defectum in his paralogismis, & dicit. [Pluribus autem hæc quidem insunt,] hæc (ut Alex. exponit). s. comptum esse, & noctu errare, quibus [prædicatum]. s. adulterum, esse [non inest,] uel quibus prædicatum. s. adulterũ esse, & latronẽ esse non insunt. Dictum. n. est hæc non necessario cõuerti, sed a sophistis, ut conuertibilia accipi. erit igitur in maioribus propositionibus deceptio consequentis:

M quia licet omnis adulter sit comptus, & noctu errans, non tñ omne comptum & noctu errans est adulter.

Similiter autem & in syllogisticis, ut est Mellissi oratio, quoniam infinitum est uniuersum. Sumens quidem uniuersum ingenitum, (nam ex nihilo nihil fieri) quod autem factum est, ex principio fieri, si igitur non factum est, principium non habet uniuersum: Quare infinitum. non necesse est hoc accidere. Non. n. si omne quod factum est, principium habet, etiam quicquid principiũ habet, factum est. Quemadmodum si febricitans, calidus. etiã calidum necesse est febricitare.

uniuersum ἅπαν omne

Nunc exemplum assignat in materia speculatiua, & dicit. [Siſr aũt] progredi est secundum deceptionem, quæ accipitur ab hoc loco. [in syllogisticis]. i. i opinantibus scd̃m syll̃m. deinde pro exemplo accipit Mellisi cauillũ, qui (ut exponit Alex.) uolens monstrare φ unũ sit ens, & infinitũ, construebat p cõuersionẽ in ipso, dicens, ut si factũ habet principium, non factum non habebit principium. deinde addebat alteram propõnem, uidelicet illud, quod principium nõ habet, est infinitum, ut sit v.g. syll̃s talis ens non est factum, quod non est factum, nõ habet principium. igĩ ens non habet principium. Vltra qđ non habet principium, est infinitum. ens nõ habet principiũ. igr̃ ens est infinitũ. Vltra, infinitũ est unũ, quia oĩa occupat, ens est infinitũ, igitur ens est unũ. multa alia Arist. addit primo auscultationis physicæ, quæ hic Alex. prætermittit, Errauit igitur Mellissus in conuersione. oportebat. n. eum sic conuertere, si factum principium habet. ergo ex opposito consequentis, quod non hẽt principium, non est factum. At Mellissus processit a destructione antecedentis ad destructionem consequentis. Ponit etiam Arist. primo naturalium auscultationum alia errata, sed pro exemplo nostri instituti, accepit hoc unum, nunc uenio ad uerba. [Vt est oratio]. i. cauillus [Mellisi qm̃ infinitũ est uniuersum] id est ens, nam uniuersum, quod gręce est ἅπαν, hoc est omne. pro ente accepit. monstrabat Mellissus ens esse infinitũ. [Sumens quidem uniuersum ingenitum] id est accipiens ad probationem illius, φ ens sit ingenitum, cuius probationem assignat, & dicit. [Nã ex nihilo nihil fieri] subaudi dicit. Quam rationem sic Alex. amplificat. si. n. ens dicat aliquis fieri, aut ex ente utique fiet, aut ex non ente, relinquit tanquam oĩbus notum ens fieri non posse ex ente, eadem. n. & de illo, ex quo fieret quærendũ esset. Quod uero non possit fieri ex non ente, per cõem Philosophorũ consensum sumens, dicit. [Nam ex nihilo nihil fieri] dicit Mellissus. Est igitur ens ingenitum, atque non factum. Vlterius sequĩ ens non est factũ, ergo non hẽt principiũ. Et assignat probationem, & dicit. [Quod aũt factũ est, ex principio fieri,] dicit, & sic factũ hẽt principiũ. [Si igĩ uniuersum]. s. ens [non factũ est, non habet principium.] Tunc concludit. [quare] ens est [infinitum.] nam quod non habet principiũ, est infinitũ. Deinde ostendit id, in quo est deceptio, & dicit. [Nõ necesse est hoc accidere]. i. sed rõ hæc Mellisi non sequĩ. ubi ꝓ dilucidatione accipiamus, non fieri posse argm̃ a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, nisi in materia conuertibili. Volens ergo Arist. ostendere rõnem Mellisi nõ esse necessariam, oñdit esse factum & hr̃e principium non conuerti, & dicit. [Nõ necesse est hoc accidere]. i. argm̃ Mellisi non est necessarium, qm̃ non argumentabatur in materia conuertibili. [Non. n. si omne, quod factum est, principium habet, etiam contra, [Quicquid principium habet, factum est.] Nam hr̃e principium fusius est quam factum, qm̃ (ut Alexãder inquit) sunt quædam secundum græcos principia habentia, ut sunt cœlestia corpora, quæ non sunt facta. sic igitur non ualet argumẽtum. [quemadmodum] non ualet, [si febricitans, est calidus.] ergo si [est calidum necesse est febricitare,] quia fusius est calidum quam febricitans, cum itaque esse factum & hr̃e principium non conuertuntur, non ualebit, si factum est, habet principium. ergo si non factum est, non habet principium. Qđ si ita est, patet in cauillo Mellisi esse deceptionẽ cõsequẽtis. In hoc loco Sorticolæ colligũt regulas nõnullas utiles ad doctrinam consequẽtiarum,

A tiarum, quarum prima est a superiore non distributo ad suum inferius non esse utilem consequẽtiam, quia cõmittitur deceptio consequentis. Secũda, ab inferiore distributo ad superius distributũ, siłr non esse utilẽ, pp eandẽ causam. Tertia, argm̃ a termino stante confuse tm̃ ad eundem stantem determinate non est utile, pp causam eandem. hæ regulæ ex primo modo habentur, ex secundo uero modo, hæc regula ab inferiore ad superius negatiue argm̃ non ualet, pp defectũ secundi modi. Verum de his satis nunc.

¶De loco a non causa.

Qui uero pp non causam, ut causam, cum assumitur, quod nõ causa est, tanquam propter illud fiat redargutio.

Iste modus siue locus sextus est paralogismorum extra dictionem, fiunt uero ex hoc loco: qñ aliqua ꝓpositio, quæ non est causa conclusionis illatæ, acciperetur, B ut causa illius, uel acciperetur, ac si esset causa, propter quam fit redargutio, & dicit. [Qui uero] .s. paralogismi [propter non causam, ut causam] fiunt, sunt subaudi. [Cum assumitur, quod non causa est, tanquam pp illud fiat redargutio.] uocat autem hũc locum Arist. secundo priorum. non ptopter hoc accidere falsum.

Accidit aũt tale ad impossibile syllogismis. Necessarium. n. est in his aliquid interimere ex ijs, quæ posita sunt. Si ergo enumeretur in necessarijs interrogationibus pp quas accidit impossibile, uidebitur propter id sæpe fieri redargutio.

Nunc ostendit ubi hæc deceptio potissimum euenire solet, & asserit eam potissimum accidere in syllis ducentibus ad impossibile. nam in eis duntaxat contingit ex cõclusione impossibili syllogizata interimere propõnem falsam. Cõmittitur uero hæc deceptio, C qñ inter propositiones, ad quas necessario sequitur aliquod impossibile, assumitur aliqua propositio, quæ non est causa conclusionis impossibilis, propter quã tamen uidetur sequi illa cõclusio impossibilis, & ideo talis propõ interimitur ex interemptione conclusionis, & dicit. [Accidit autem tale] i. talis deceptio, quę est ut non causa accipiatur pro causa. [syllis ad impossibile,] cuius rõnem assignat, & dicit. [Necessariũ. n. est in his aliquid] .i. aliquam propositionem interimere. [ex ijs, quæ posita sunt.] Tunc colligit quõ fit huiusmodi deceptio, & dicit. [Si ergo] subaudi aliqua ꝓpositio, quæ non est causa conclusionis [enumeretur in necessarijs interrogationibus.] Hoc est inter necessarias propositiones. [pp quas accidit impossibile, uidebitur propter id] .i. quia enumeratur inter necessa D rias, [sæpe fieri redargutio,] pp eam, & tamen nõ fit. Appellat propõnes has necessarias, non quia aliquid necessarium concludant, sed quia his nõ acceptis, nullo pacto concluderetur propositum impossibile. Inter has ergo dicit misceri non causam. Alexã assignat exemplum clarum antequam exponat exẽplũ Arist. uerbi causa (ut inquit) si aliqs dixerit. oẽ albũ est aĩal, & nobis dicentibus non esse uerum. Non. n. oẽ album animal est, tentet redarguere nos dicens. Si. n. falsum est, qm̃ omne album est animal, erit cõtradictorium illius uerum. uidelicet. non omne albũ est animal. Tũc ultra. sophista monstrans ad hanc põnem sequi quoddam impoĺe cõsequens, falsum dicet esse illud. uidelicet. non oẽ album est aĩal, qđ si ad hoc sequit̃ impoĺe, ipm erit impoĺe, & si ipm erit impoĺe, suũ cõtradictorium. uidelicet. oẽ album est animal, erit uerũ. mõstrabit uero sophista illud sic syllogizans, per te nõ oẽ album est animal, oẽ uolatile est albũ. omnis coruus est uolatilis. igit̃ omnis coruus est albus. conclusio est falsa, igit̃ suppositio erit falsa. uidelicet. non oẽ albũ est animal. nam pp hanc suppõnem uĩ sequi, qm̃ omnis coruus est albus. delet autem Alex. hunc cauillum, & dicit, hoc quod est. omnis coruus est albus non sequi pp illam propõnem, non omne album est animal, sed pp illam, omne uolatile est album, nam siue addat̃, siue non addatur illa, non omne album est animal, sequit̃, qm̃ omnis coruus est albus. ablata. n. illa, erit syllogismus omne uolatile est album. omnis coruus est uolatilis, igitur omnis coruus est albus. Ecce ꝙ conclusio est impossibilis, & non pp illam, non omne album est animal. Nam in hoc syllõ non ponitur, & tñ sequitur F impoĺe. Sed contra hoc est paralogismus Arist. 2. rhetoricorũ. ubi ꝓbat ciuitatẽ esse malorum cãm sic. id, post qđ fiunt mala, est causa malorũ. Sed ortus ciuitatis est id post quod facta sunt mala. igitur ciuitatis ortus. est causa malorũ. ubi perspicuũ est hũc esse syllm ostensiuum, & tñ eum Arist. peccare asserit pp non causam, quæ accipitur, ut causa. nam licet ciuitatis ortus id sit, post quod tot mala facta sunt inter ciues, illorum tñ non ortus ciuitatis, sed ciuium malitia causa est. Cur uero Aris. non fecit mentionẽ de syllis ostẽsiuis. causam asserit Egidius quia in talibus nõ ita apte cognoscit̃ deceptio, queadmodũ in syllis ad impossibile. In syllis. n. ad impoĺe fieri non põt hæc deceptio, nisi inter propõnes sumatur aliqua propõ non necessaria quæ putatur, ut causa conclusionis impossibilis, & sic in his aperta est deceptio. In ostensiuis aũt põt accipi non causa, & non superflua. ideo deceptio G non erit ita dilucida in eis, quemadmodum in syllis ad impossibile, & qm̃ Arist. uult loqui aperte, non curauit loqui in syllogismis ostensiuis, in quibus non ita patet deceptio.

Vt quoniam est anima & uita idem. Nam si generatio corruptioni est contrarium, & alicui corruptioni erit quædam generatio contrarium. Mors autem corruptio quædam, & contrarium uitæ. quare uita generatio, & uiuere generari. Hoc aũt impossibile, non ergo idem anima, & uita.

Nunc assignat exemplum, per quod ostendit falsum, quod sequitur, non fieri pp nostram suppõnem, sed pp illam sophistarum, quod Arist. dicit est tale, dicit aliquis, qm̃ anima & uita idem sunt. Sed sophista tentat monstrare hoc esse falsum, nã si aĩa & uita idẽ, & gñatio est contraria corruptioni, cum quædam generatio sit generatio, erit quædam generatio contraria cuidam corruptioni, sed mors est quædam corru H ptio. ergo morti contraria erit generatio. sed uita est contraria morti. ergo uita est generatio, & uiuere generari. Hoc aũt falsum & impossibile est, quia sic aĩal inquantũ uiueret, gñaret̃. At impossibile est ut aĩal inquantũ uiuit, gñetur. & si hoc est impoĺe, impoĺis erit suppõ, per quam fit tale impossibile. Suppõ autẽ per quam fit, est illa, quæ dixit, qm̃ anima & uita idẽ. ergo anima & uita non sunt idẽ. ¶Quo ad cauillũ uero attinet, annotabis hunc cauillũ, qui peccat per non causam, non esse unũ syllm, quia tñ in eo potest cognosci satis dilucide hæc deceptio, quæ fit per nõ causam, nõ curauit componere cauillum ex duabus ꝓpõnibus. Est & alia causa quoniam solum in ostensiuis cauil-

I lus per non causam componi potest per duas propositiones. In syllogismis uero ad impossibile, oportet ut propõnes sumantur plures q̃ duæ. ubi uero accipiuntur propões plures q̃ duæ, non põt esse unus syllogismus. Sed hoc satis 2.lib.prio. quia itaque in tali cauillo accipi põt aliquid, quod est causa falsi illati. uidelicet. mors & uita sunt contrariæ, & aliquid pp quod non sequitur illud falsum, ut hoc. uidelicet. aĩa & uita idem, ideo in eo erit deceptio per nõ causam, quæ accipitur, ut causa. Assignatur.n. causa redargutionis falsi, quod non est illius causa. & sic satis est ꝓ exemplo. Dicit uero supra his Egidius, propõnem, quæ non est causa falsi, si debet accipi, ut causa falsi, debere in aliquo conuenire cum ea propõne, quæ est cã falsi, ut hæc propositio anima & uita idẽ, licet nõ sit causa illius falsi. uidelicet. ꝙ uiuere sit generari, conue K nit saltem in uno termino cum ea, quæ est causa falsi. uidelicet. uita est cõtraria morti, uel uita & mors sunt contrariæ, conuenit dico in termino uita, ideo facit deceptionem, nam si propositio assumpta pro causa in nullo termino conueniret cũ ea, quę est causa falsi, non posset esse ibi deceptio. Hac ratione Iuniores dixerunt in hoc loco esse duos modos, aut cum propõ, quæ accipitur, ut causa, conuenit in subiecto cum ea, quæ est uera causa, aut cum conuenit in prædicato. Si.n. in omnibus terminis conueniret, esset eadem ꝓpositio, & si in nullo, non faceret deceptionem. Non enim esset ibi causa apparentiæ. Sed in hoc est locus considerationis, quem non curo nunc prosequi.

Sed nequaquam syllogizatum est, nam accidit (& si quispiã non idem dixerit uitam & animam) impossibile. Sed solum contrarium uitam quidem morti, cum sit corruptio. Corruptioni au- L *tem generationem.*

Soluit Arist. cauillum, & dicit. Impossibile illatum nõ sequi pp illam propõnem anima & uita sunt idẽ. qm̃ ea deposita, atque sublata, nihil minus sequit̃ talis conclusio. dicit. [Sed nequaquam] illud impossibile animal inquantum uiuit, generatur, per illam propositionem anima & uita idem. [syllogizatum est, nam accidit impossibile] illud. [& si quispiam non dixerit idem uitam & animam,] nam si hoc non ponatur per reliquas propões impossibile hmõi concludet̃. Deinde exponit per quam propõnem illud impossibile concluditur, & dicit. [Sed solũ] erit illud impossibile sequens, si dicat [uitam quidem morti esse contrarium, cum] mors s [sit corruptio, corruptioni autem] dicat contrariam [generationem.] quare sine illa propõne possumus syllogizare uitam esse genera- M tionem, & uiuere generari. hoc pacto, uita est morti contrarium mors est corruptio. ergo uita est corruptioni contrarium. ultra duorum contrariorum si aliquid non est alterum eorum, erit alterum. uita nõ est corruptio. ergo est generatio, & ita uiuere generari, quod impossibile, quia tunc animal inquantum uiueret, generaretur. uera igitur causa, ex qua seqtur illud impossibile, est illa propõ uita est morti, quæ est corruptio, contrarium. Modo hæc propõ est falsa, nam uitæ non mors quæ est corruptio, est contrarium, sed animato corpori. uitæ aũt resolutio est contraria. Resolutio uero non est cum corruptio est. non.n. est necesse resoluta, & ab inuicem separata corrumpi. Aliqs enim resoluit ab inuicem fila ex lana, & fila inuicẽ cõiuncta ac glomerata, & tñ horũ resolutio nõ est ipsis corruptio. Præterea, si aliquis resolueret a cumulo tri N ticum & ordeum, quę sunt inuicem mixta, non ea corrumperet. Resolutio ergo animæ & corporis nõ erit mors, quæ est corruptio. Quod autem mors non sit idem corruptioni, manifestum ex eo, quia dñr mori uiuentia. Corrumpi uero mortua, & corpora inanimata. Insuper si mors, & corruptio idem, simul cum separatione animæ a corpore, quæ est mors, corpus corrumperetur. Modo hoc est falsum, qm̃ multo tpe post corruptio corporis fit. Quare cũ uita non sit cõtraria corruptioni, nõ erit contraria morti, q̃ est corruptio. Sed uita est cõtraria morti, quæ est resolutio animæ, & corporis.

A syllogisticæ igitur simpliciter non sunt hmõi orationes, sed ad propositum a syllogisticæ.

In hmõi deceptione duplex est processus alter a propõnibus positis ad conclusionem, quæ est impos- O sibilis, alter exclusione ad interemptionem alicuius propõnis, earum, quæ fuerunt suppositæ. Primus ergo sylls, quatenus conclusio impossibilis sequitur ex propõnibus acceptis, est simplr̃ syllogisticus, quia uero non sequitur cõclusio impossibilis ex ea ꝓpõne, quam inter necessarias assumimus, dicitur ad propositum a syllogisticus, & de secundo similiter. Nam quatenus ex conclusione impossibili procedimus ad interemptionem alicuius propõnis est simplr̃ syllogisticus, quatenus uero procedimus ad propõnem, quæ non est causa, est a syllogisticus ad propositum, dicit. [Hmõi igitur orationes.] In quibus uidelicet est nõ causa, quæ accipitur pro causa. [Non sunt a syllogisticæ simplr̃.] quia bene syllogizant. [Sed ad propositum a syllogisticæ,] quia non syllogizant propositum. Alex. autem dicit. Hmõi orationes non esse sim P pliciter a syllogisticas, hoc est uniuersaliter, sed quatenus accipiunt propositiones falsas, eatenus sunt a syllogisticæ.

Et latet plerunque non minus ipsos interrogantes, quod tale est. Propter igitur consequens, & propter non causam orationes huiusmodi sunt.

Vr̃ quasi addere secundum corollarium, & quod dicit, tale est, ꝙ non solum rñdentes decipiantur atq; opinentur non eadem tanquam eadem, sed interrogãtem, quemadmodum Polus uoluntatem & opinionẽ unum atque idem existimans, interrogabat Socratẽ. dicit. [Et latet plerũq; nõ minus ipsos interrogãtes, quod tale] i. quod non causa [est,] q̃ respondentes. Demum epilogat, & dicit. [Propter igitur cõsequẽs, & pp non causam orationes] & paralogismi [Hmõi sunt,] sub audi qui dicti sunt suis capitulis. Nam capi Q tulo de consequente dictũ est de paralogismis ex consequente, capitulo uero de non causa, de paralogismis, non causæ.

De loco ab interrogatione.

Qui autem propter id, quod est duas interrogationes unam facere, quando latet plures esse, & perinde ac una sit, assignatur responsio una.

Septimus & ultimus modus sophismatum extra dictionem est, qui dr̃ ex eo, quia ex duabus interrogationibus ur̃ una fieri. uel sic (ut Alex. inquit) est, qm̃ sophista de subiectis, de quibus paralogismus componitur, propria indigentibus interrogatione, non proponit propria ac propria de eis interrogando, sed cõmiscendo subiecta ipsa diuersa, & de eis, ut de uno interrogans,

rogans decipit respondentem. uerbi gratia. Socrates, & Plato nōne homo est? ita dicas. Tu uerberasti Socratem, & Platonem. ergo tu uerberasti hominem, & non homines. Insuper es ne tu homo, & equus? Si dices ita, ergo tu es equus. Sin autem dices non. ergo tu non es homo. Præterea, si interroget sophista, utrum indus sit homo albus? Si dicas ita, sequitur indum esse album, Sin autem non. sequitur indum non esse hominē. Deinde si sophista interrogat, homo & equus est ne risibilis? Si dicatur ita, equus erit risibilis, si negabitur, homo non erit risibilis, dicit. [Qui autem] paralogismi sunt. [Propter id, quod est duas interrogationes unam facere.] Tunc subaudi sunt. [Qn̄ latet] in terrogationes [plures esse, & perinde ac una sit, assignatur] ad eas [rn̄sio una.] Tale quid & Polus fecit apud Platonem in Gorgia, nam plura, ut unum interrogauit Socratem, & interrogatio erat talis. Dic mihi o Socrates non uīr tibi rhetores (quemadmodum & tyranni) facere omnia, quæ uolunt, & uīr ipsis optima esse? Plura. n. hic Polus ut unum interrogauit. Nam aliud est uoluntas, & aliud apparentia, ad quam Polus inseruit plures simul interrogationes, tanquam Socrates ignoraret uoluntatis differentiam & apparentiæ, & tanquam unum sint, unam fecit interrogationem de eis.

B

Est aūt in aliquibus facile uidere, quoniam plures, & quoniā non una respōsio danda est, ut utrū terra mare est, an cœlū? In aliquibus uero, minus, & quasi una sit, aut cōfitentur, (quoniā non respondent ad interrogatum) aut redargui uidentur.

Nunc ostendit, qn̄ facile est uidere duas interrogationes esse de aliquo: & qn̄ non facile, & dicit. [Est autem in aliquibus facile uidere, qm̄] de eodem subiecto [plures] sunt interrogationes [Et qm̄ non una rn̄sio danda est, ut] cum. uidelicet. interrogat̄ [utrum terra mare est, an cœlū?] Patet. n. hoc esse duas interrogationes, quia altera est utrum terra sit mare, altera utrum terra sit tœlum? uel (ut Alexander inquit) altera est utrum terra est mare, altera uero utrum cœlum est mare? [In aliquibus uero minus.] .i. non facile est uidere, qm̄ plures sunt interrogationes, an una. [Et quasi una sit] interrogatio. i. credentes rn̄dentes unā esse interrogationem. [Aut confitentur] eā affirmando, [qm̄ non rn̄dent ad interrogatum] proprium, cui debet dari propria responsio, & sic redarguuntur. [aut] non confitendo. sed negando, [redargui uīr.] Hoc declarat Egidius, qm̄ qn̄ aliquid affirmatur de pluribus, potest de quolibet eorum inferri per se, ut si Socrates. & Plato philosophantur. sequitur, ut Socrates philosophetur, & Plato philosophetur. Sed cū aliquid negatur a pluribus, non oportet ut negetur a quolibet per se. Non. n. si Socrates & Plato non currunt, sequitur, ut Socrates non currat, & Plato non currat. Est. n. uera Socrates & Plato non currunt, altero eorum non currente. Ideo qui respondet affirmatiue ad interrogationes plures dando unam respōsionem, simpl'r cōcedit illas interrogationes esse unā, & uere redarguitur. Sed quia cum aliquid negatur a pluribus, non oportet ut negetur a quolibet per se, si de cæco & uidente rn̄detur negatiue, qm̄ non uīr, qui sic rn̄det, poterit uideri redargui. non tn̄ secundum ueritatem redarguitur Sed de his, quæ Egidius dicit, est dubitatio, quia non est ul'r uerum, qn̄ aliquid affirmatur de pluribus posse de quolibet eorum inferri p se. Nam Socrates & Plato trahunt nauim, & tn̄ non sequitur igitur Socrates trahit nauim, & Plato trahit nauim. Alex. uero, sic intelligit. [In aliquibus uero minus.] .i. in aliquibus uero non facile: [& quasi] interrogatio [una sit, aut confitentur, qm̄ non respōdent ad interrogatum.] .i. aut confitentur, silendo, atque nihil respondendo, per silentium. n. uīr aliquo modo affirmare. nam silentium significat ipsum ita [aut responsionem] .s. dantes expressam [uīr redargui,] nam siue negent, siue affirment, uīr redargui, nam cum quæritur, utrū Socrates & Plato homo est, si dixeris ita, sed tu uerberasti Socratem, & Platonem. ergo non homines, sed hominem uerberasti, & sic es redargutus, si uero dixeris, non. Tunc neque Socrates neque Plato erit homo, & sic iterum eris redargutus, ergo siue affirmaueris tacendo, siue negaueris loquendo, semper eris redargutus. hoc pacto exponendo nō oportet incidere in absurdum Egidij.

C

D

E

F

Vt putas hic & hic est homo? Quare cum aliquis percusserit hunc, & hunc, percutiet hominem, & non homines.

Assignat exemplum eorum, in quibus est minus facile uidere utrū una sit interrogatio, uel plures? ubi supponit casum, ꝙ aliquis uerberet, uel percutiat Socratem, & Platonem, casu posito, fiat interrogatio talis, utrum Socrates & Plato sit homo? In hac interrogatione: difficile est uidere utrum sit una, uel plures. & hoc quærit, & dicit. [Vt putas hic & hic.] .i. Socrates, & Plato [est homo.] Si. n. per silentium affirmaueris, dat absurdum, & dicit. [Quare cum aliquis percusserit hunc, & hunc] .i. Socratem & Platonem, ut positum est per casum, redarguetur, quia sequet̄, ꝙ percutiet hominem, & non homines.] Si uero loquendo negauerit. Tunc iterum redarguetur, quia sequetur ut neque Socrates, neque Plato sit homo: ergo quando in interrogationibus est difficile uidere, utrum sit una, uel plures, semper respondens, quouis modo respondeat, uīr redargui. Aristoteles uero primam partem cauilli expressit. Secundam uero nobis reliquit considerandam. Egidius uir prolixus, sed peripateticus, designauit in hoc textu primum modum huius loci, uoluit. n. hunc locum, cum considerat̄ modus interrogandi, dissecari in duos modos, qm̄ cū plures fuerint interrogationes, & per numerū singularē interrogatæ, erit primus modus, qualis in exemplo assignato notatur, cum uero plures, & per numerum pluralem. erit secūdus modus huius loci, quem statim subscribit.

G

Aut rursum, quorum hæc quidem sunt bona, illa aūt nō bona, omnia hæc bona, aut non bona? Nā utrumuis dixerit, est quidē ut aut redargutionē, aut apparens falsum uideatur facere. Dicere. n. eorū, quæ non bonā sunt, aliquid esse bonum, aut eorū, quæ bona sunt, non bonum, falsum est.

H

Hic assignat secundum exemplum eorum, in qbus non facile est uidere utrum una interrogatio est, an plures, ubi Egidius designat secundum modum, quando plures fuerint interrogationes, & per numerū pluralitatem, in exemplo itaque supponit esse quædam, quorum alia sunt bona, alia uero non bona uerbi gratia. propositis modestia, & iustitia bonis, illiberalitate, & immodestia non bonis, fiat talis interrogatio, uidetur hæc omnia, quorum alia bona, alia nō bona sunt, sint bona uel non bona? Dicit. [Aut rursum] propositis aliquibus. [quorū hæc quidem sunt bona, illa

I autem non bona.] interrogatio subaudi fit, utrum [omnia hæc bona,aut non bona] sunt? Hæc.n.interrogatio uĩ una, sed sunt plures, tñ difficile est uidere utrum sit una,uel plures. Deinde prosequitur paralogismum,& dicit.[Nam utrumuis dixerit]respõdens ipse,est pro contingit, [quidem,ut] sic respondens: [aut uideatur facere redargutionem,aut]uideat̃ [facere falsum] in sua responsione. Alex.intelligere uĩ, ꝙ respondens hoc modo,aut faciat in sui responsione uerum elenchum,siue ueram redargutionem, aut uideatur facere apparens falsum hoc est aut faciat apparentem elenchum,& primo ostendere uult Arist.quõ faciat apparentem elenchum secũda ibi, [Qñque autem,]quõ faciat uerum elenchum. De prima parte dicit Arist [Dicere.n.eorum,quę non bona sunt,aliqd esse bonum,falsum est,] ergo facit rñdens apparentẽ
K elenchum, hoc pacto, omnia demonstrata sunt bona per se,quædam non bona sunt eorum, quæ sunt demonstrata per casum, igitur quædam non bona sunt bona,hic est apparens elenchus, quia sumit tanquam unam interrogationem omnia demõstrata esse bona, & tñ non est una interrogatio,sed plures.[aut] dicere aliquid[eorum quæ bona sunt,non bonum,] etiã [falsum est,] & sic iterũ fit paralogismus hoc pacto, omnia demonstrata sunt non bona per se,quædã bona sunt eorum,quæ sunt demõstrata per casum. ergo quædam bona sunt non bona. Hic iterum est apparẽs elenchus quia sumit tanquam unam interrogationẽ omnia demonstrata esse non bona, & tñ non una est interrogatio.patet igitur quouis modo respondeat̃, fieri apparentem elenchum. Dicit Egidius,cuius studium est in multiplicandis modis,per exempla paralo
L gismorum assignata in textu hrĩ modos huius loci, siue tres modi,siue duo sint. Nã in primo paralogismo, cum dr̃ est ne terra mare,aut cœlum? notatur primus modus,in quo plura interrogantur de uno, in eo uero exemplo,in quo interrogatur utrum hic,& hic est homo,notatur secundus modus, in quo unum interrogatur de pluribus. In exẽplo præsentis textus: sint ne hæc omnia bona,uel nõ bona? notatur tertius modus,in quo plura de pluribus interrogantur. At si huius loci duo modi notentur,qui interrogãtur, aut sub numero singulari,aut sub numero plurali, etiã in his exemplis annotari possunt, quia in primo exemplo hr̃ primus modus,qñ plures interrogationes,una uñr per numerum singularem, in alijs duobus, hr̃ modus secundus,qui fit per numerum pluralem, ut considerant patet. Alex.aũt hũc locũ in modos nõ multipli-
M cat,sed assignat exẽpla, siquis tñ ꝑ exempla uult sumere modos,nõ erit malũ.magis.n.distincta,magis(ut inquit Plato)dilucida sunt.

Quandoque autem assumptis quibusdam,redargutio etiã fiet uera. Vt si quis concedat similiter, & unum, & plura dici alba et nuda, & cæca. Nã si cæcũ est,quod non habet uisum, natũ tamen habere, & cæca erunt,quæ non habent uisum, nata aũt habere. Quando igitur hoc quidem habet uisum,illud aũt non habet,ambo erunt uel uidentia,uel cæca,quod est impossibile.

Nunc ostendit, quõ fit uerus elenchus,& uult uerum elenchum fieri(ut Alex.inquit)aliquibus,uel aliquo præacceptο,uel supposito pro uero in hmõi exẽplo, uel in similibus. ut si supponatur quod in uno est, hoc esse in pluribus,ut qm̃ cæcum est quod non habes uisum,aptum tñ hr̃e,& cæca silr̃ erunt, quæ nõ habent uisum,apta tamen hr̃e. Et si album est quod habet colorem disgregatiuum uisus,& alba sunt,quæ habent colorem disgregatiuum uisus. Et si nudũ est, corpus sine indumentis, nuda erunt etiam corpora sine indumentis. Supponit aũt hoc Arist.qm̃ si aliquid affirmetur simul de pluribus,siue negetur, non oportet illud affirmari,uel negari de quolibet per se. Non enim si trahere nauim sit uerum de pluribus,erit uerũ de quolibet per se.nec si esse cæcum negatur a pluribus,oportet ut negetur de unoquoque per se. ꝓpea Arist.pro deductione ueri elenchi uult esse supponẽdum pro uero,quod de uno definitiue uerum est, de pluribus etiam definitiue uerum esse, modo trahere nauim,nec de uno, nec de pluribus uerum est definitiue.ꝑ hanc causam si homo est animal, plures homines sunt animalia,& si plures homines sunt animalia, unusquisque homo erit animal,nam animal de homine definitiue uerum est,quando uero aliquod nõ uerum est de uno definitiue, nec oportet de pluribus esse uerum,& si de pluribus non est uerum,nec de uno uerum esse oportet. supponendo hoc pro deductione ueri elenchi,dicit. [Quandoque autem assumptis quibusdam,redargutio etiam fiet uera,]& quod definitiue dr̃ de uno,uel negatur ab uno,definitiue etiam negetur uel concedatur de pluribus, & econuerso. [Vt si aliquis concedat similiter & unum & plura dici alba,] unum ꝙ sit color disgregatiuus uisus, plura ꝙ sint colores disgregatiui uisus. [Et nuda]unum ꝙ sit corpus sine indumentis, plura ꝙ sint corpora sine indumentis. [Et cæca] Deinde exponit suppõnem de cæco,& de alijs prætermisit,sed suppleuit Alex. & dicit Arist [Nam si cæcum est,quod nõ habet uisum, natum tamen hr̃e,& cæca erunt.quæ non habent uisum,nata autem hr̃e,]super hunc textum Alex. dicit cæcum esse,quod per excæcationem nõ habet uisum. Quod non adhuc habet, sed aptum est hr̃e uisum, ut catulus,abusiue dicunt cæcum.ergo secundum Alex. cæcum est animal,quod habuit uisum, & propter obcæcationem non est amplius aptum hr̃e. Dicit tamen Arist.esse locutum de cæcis primo modo.s. quæ non habent uisum,sed sunt apta hr̃e,ut sunt catuli. Pro uero ergo elencho postea Arist.fingit casum, ut catulorum alter habeat uisum,& uideat,alter non habeat, & non uideat.& fiat hęc interrogatio utrum ambo sunt uidentia,uel cæca,& si dicatur ambo esse uidentia,sequetur per suppositionem hunc uidere, & hunc uidere. Et sic qui non habet uisum uidet,si dicatur, ambo esse cæca, sequetur per eandem suppositionem, hunc esse cæcum,& hunc esse cæcum,quod falsum est, quia sic qui erit cæcus,uidet. Et uirtus totius deductionis est,qm̃ quod de uno definitiue est uerũ, de pluribus, de quibus illud prædicatur,erit uerum, & econuerso, quare siue dicantur ambo uidentia, siue ambo cæca, semper sequitur unumquodque esse uidens, uel unũquodque esse cæcum. Non.n.dici potest ea esse neutra.qm̃ tunc uidens erit neuter,& cæcus neuter. Solutio aũt huius(ut induit Alex.) est,quia illa interrogatio utrum ambo sint uidentia, uel non, non est una interrogatio. Nam non potest quæri unum, de pluribus differentibus. Oportet.n.tot quærere, quot sunt ipsa dr̃ia. Dicit igitur Arist. [quando igitur hoc quidem habet uisum,illud aũt non habet,] & quæretur utrum]ambo erunt uel uidentia uel cæca?]quicquid dicitur,

A dicitur,erit impossibile,& sic elenchus fieri potest in dictis exemplis assumpta aliqua suppõne,ut Alexan. exposuit. Apparens uero elenchus fieri potest nulla facta suppositione. Quærit Egidius quare cum aliqđ prędicatum affirmatur de pluribus simul,potest inferri de unoquoque per se, sed cum negatur a pluribus simul non oportet negari ab unoquoque. Sed pręter missa solutione Egidij,illud non prætereas, Sorticolas facere dr̃iam inter copulatiuam, & propõnem de extremo copulato. Si itaque hoc,quod Sorticolæ tradunt,est uerum,non erit ul'r uerum quod Egidius asserit. Nam potest prædicatum unum de pluribus copulatim & simul prædicari, quod non potest inferri de unoquoque seorsum. Vt non sequitur anima & corpus sunt homo. ergo anima est homo, & corpus est homo,q̃m homo prædicatur de anima & corpore

B simul copulatim,& non copulatiue. Quod si ita sit,q̃ situm Egidij falsum est,uerum de his in ludicris. Quęrũt Sorticolę de hoc sophismate niphus & falco sunt homo & canis,utrum sit uerum? & ꝙ sic,paralogizãt nam quæcunque sunt rationale & latrabile, sunt homo & canis,niphus & falco sunt rationale & latrabile.igitur niphus,& falco sunt homo. & canis. Improbant uero,quia quicunque sunt homo, & canis, sunt homo & sunt canis. Sed per te,niphus & falco sunt homo, & canis.ergo niphus & falco sunt hõ, & sunt canis,& ita niphus erit canis,& falco erit homo. Iam patet solutio in ludicris,& etiam hic.sophisma.n.peccat per locum ab interrogatione,nam sumitur ꝓ una interrogatione, & sunt plures, una utrum niphus sit homo,altera utrum falco sit canis, & patet ꝙ sic,alius

C sensus,utrum niphus,& falco sint homo,& utrum niphus & falco sint canis,& iterum sunt duæ interrogationes,& hoc pacto sophisma est falsum. Tunc patet solutio ad paralogismum,q̃m maior accipitur ut una interrogatio,& sunt plures,sil'r & minor,accipitur,ut patet cõsideranti. Sed de hoc sophismate diximus amplius in ludicris.

enu. 34.

Aut igitur sic diuidendum apparentes syllogismos,& elẽchos, aut omnes reducendum ad elenchi ignorantiam ijs,qui hãc principium faciunt.

c Cum dixisset duo esse genera paralogismorum, q̃bus sophistæ opponendo un̄r redarguere, & docuisset quod & quales modi sunt, qui sub his generibus continentur, genera uero nominasset alterum in dictione,alterum extra dictionẽ,modos autem, qui sub his continentur,in dictione quidem æquiuocationẽ, amphiboliam,compõnem,diuisionem,accentum, di-

D ctionis figuram,extra dictionem uero ab accidente,ab eo quod est simpl'r,& secundum quid, ab ignorantia elenchi,ab eo quod est in principio petere, a consequente,a non causa pro causa, & ab duabus interrogationibus pro una,nunc uero dicit. [Aut igitur sic diuidendum apparentes syll'os,&] apparentes, [elenchos,] ut ꝙ in dictione sint alij, extra dictionem uero alij,& qui in dictione sex,extra uero dictionẽ septẽ, [aut omnes] apparentes syll'os & apparẽtes elechos ijs Philosophis [reducendum est ad elenchi ignorantiam,qui hanc] .s.elenchi ignorantiam [principium faciunt] .s.omnium sophisticorum syll'orum. ¶ Quo uero ad uerba attinet. Arist. ignorantiam elenchi uocauit principium, q̃m est cõis locus omnium sophisticorum syllogismorum atque cõe fundamentum. Nã

E quemadmodum speciales loci sunt principia & elementa sophisticorum syllogismorum particularium, ita ignorantia elenchi est elementum atque cõmune principium omnium sophisticorum syllogismorum cuiuscunque generis.

Fieri.n.potest, ut omnes dictos modos resoluamus ad elenchi definitionem. Primum quidem si asyllogistici fuerint. Oportet.n. ex ijs,quæ posted sunt,accidere conclusionem,& (ut ita dixerim) ex necessitate, sed non apparere.

Q̃m syllogismi sophistici bifariã peccare possunt, aut contra syll'm,aut contra particulas positas in definitione elenchi. Et utroque modo dñr peccare cõtra particulas definitionis syllogismi elenchi, q̃m syll's elenchus est syll's contradictionis, quæ est eiusdem nõ nominis tm̃ sed rei & nominis,& reliqua. Vbi patet syll'm esse particulam positam in definitione syllogismi elenchi, quia igitur syllogismi sophistici bifariam peccare pñt, aut contra rationem syllogismi, qui in

F definitione syllogismi elenchi ponitur, ut genus, aut contra particulas, quæ ponuntur in definitione contradictionis,quæ etiam ponuntur in definitione syll'i elenchi,ideo primo reducit eos,qui peccant cõtra rationem syllogismi ad ignorantiam syllogismi elẽchi, deinde eos,qui peccant contra particulas positas in definitione contradictionis,quæ etiam sunt particulę definitionis syllogismi elenchi.quia igitur (ut dictum est) elenchus est syll's contradictionis, & syll's ex positis est qui ignorat quidnam sit syll's,& q̃m ex positis oportet accidere necessario cõclusio,decipitur ex eo, quia non syllogizat,& putat esse syllogismum. Tales uero erant,qui non ex positis,concludunt conclusionẽ,& qui non causam, ut causam, accipiunt paralogismi,& qui in principio petunt,& qui circa consequens paralogizant. dicit ergo primo. [Fieri.n.põi, ut omnes dictos modos] .s.paralogismorum, [resol- G uamus ad elenchi definitionem,] & primo exponit q̃uo reducentur ad ignorantiam elenchi omnes, qui peccant contra rationem syllogistici,& dicit. [Primum quidem si asyllogistici fuerint.] .i. peccantes contra rationem syllogismi. Cuius causam assignat, & dicit. Oportet.n.ex ijs quæ posita sunt, accidere cõclusionem,& (ut ita dixerim) ex necessitate,sed nõ apparere] accidere. ergo orationes a syllogisticæ,& q̃ non ex positis necessario concludunt,omnes reducẽtur ad ignorantiam elenchi. ¶ Dñr aũt orationes a syllogisticæ,uel quæ neque figuram seruãt, neque alicuius figuræ modum. Dñr insuper a syllogisticæ, uel quia ex positis non aliud a positis necessario sequit', ut petitio principij, in qua consequens & positũ idẽ est,uel quia non causam, ut causam accipiunt, quod enim accipiunt.non est id,quod poni debet, uel quia peccant contra consequens,quia ex positis nõ necessario sequitur conclusio. Omnes.n.hæ orationes paralogismi sunt a syllogistici. Disputat hic Egid. utrũ ignorantia elenchi,cum sit cõis deceptio,omnibus deceptionibus paralogisticis,sit cõis secundum prædicationem? tenet Egidius primo ꝙ non, quia differunt secũdum rationem generalem,& specialem loci. v.g. æquiuocatio ur innititur proprijs maximis sophisticis,illi.uidelicet.uni nomini respondet unum significatum dr̃ pc̃m æquiuocationis.ut uero deceptio est, pp omissionem alicuius particulæ positæ in definitione elenchi,dr̃ pc̃m ignorantiæ elẽchi, quia igitur dif-

De a syllogisticis orationibus,& H cõtra quam falla = ciã peccant.

I ferunt secundum rationem generalem, & specialem locorum, quibus innituntur, neutrum de neutro prædicatur, & sicut de ęquiuocatione dictum est, ita de cęteris. Secundo tenet ꝙ pct̄m ignorantię elēchi sit cōe pct̄m secundum materiam, nam omnes loci cæterorū paralogismorū, & particulæ definitionis elenchi sunt una materia. omissis uerbis prolixis Egidij primum quod dicit, non ur̄ uerum, nam pp fundamentum, qđ accipit, sequetur animal non prædicari de suis speciebus, qm̄ semper genus differt a sua specie per rationē generalem, & specialem, homo.n.dicit̄ homo per rationale, animal uero pp sensitiuum. modo ratio animalis, & ratio hominis differunt secundum generale, & speciale, & tn̄ animal prædicatur de homine, & de omni animali. Potest igitur teneri fallaciam ignorantiæ elenchi esse cōem omnibus & secundum formam,
K & secundum materiam, secundum formam quidem, quia prædicatur de omnibus formaliter. Fallacia.n. æquiuocationis est formaliter fallacia elenchi, qm̄ est pct̄m contra unitatem significati eiusdem nominis. Et si diceres tunc non poneret in numero cū cæteris fallacijs, dico eam ponere in numero cum accipitur ꝓ omnibus simul secundum integritatem sicut totum cum unaquaque parte, cum uero accipitur secundum rationem ul'em, non ponit in numero, qm̄ ut sic prædicatur de omnibus. Fallacia.n.ignorantiæ elēchi pōt accipi, ut est totū ul'e ad omnes fallacias, a quibus differt per rationem generalem. & sic non ponit in numero. Et potest accipi, ut est totum integrale aggregans omnes particulas definitionis, & sic ponit in numero, sicuti totum ponit in numero cum unaquaq; sui parte. Sed quoniam disputatio hæc est magis me-
L taphysica, ideo omittatur.

Deinde & secūdum partes definitionis. Nam eorum, qui sunt in dictione, hi quidem sunt propter duplex, ut æquiuocatio, & oratio, & similis figura. Consuetum.n.hoc omnia ut hoc aliquid significare.

Cum docuisset paralogismos, qui reducuntur ad ignorantiam elenchi, quo ad eas partes, quæ ponunt̄ in definitione syllogismi. Nunc docet eos paralogismos, qui reducuntur ad ignorantiam elenchi, quo ad eas partes, quæ ponuntur in definitione contradictionis, & dicit. [Deinde & secundum partes definitionis] s. ipsius contradictionis, quos exponit, & dicit. [Nam eorum] s. paralogismorum, [Qui sunt in dictione, hi quidem sunt pp duplex] .i. pp dr̄iam significatorum eorumq́ue duplicitatem [ut æquiuocatio] .i. ut paralogismi æquiuocationis, & [oratio] .i. para-
M logismi amphibologiæ, [Et similis figura] .i. & paralogismi similis figuræ. Omnes.n. peccant pp duplex significare, aut.n. ꝓpea peccant, quia aliqua propō est duplex, aut quia medium est duplex, ꝙ aūt peccēt pp ignorantiam elenchi, manifestum est. dictum est enim elenchum esse contradictionem eiusdem & unius, nō nominis, sed rei, & nominis, paralogismi uero ex æquiuocatione, & amphibolia ex nomine fiunt & orōne, quæ non simplicia sunt, sed multiplicia. Insuper etiā paralogismi, qui peccant ex figuræ similitudine peccant pp multiplex, nam μανθάνειν .i. discere duo significat. s. actionem, & passionem. Sil'r in amphibolia hæc propō (ut dictū est) quod uidet aliquis hoc uidet, duo demonstrat. s. uidētem & uisam rem. Et qm̄ unus modus amphiboliæ est, quo cōsueti sumus sic dicere, ad-
dit. [Consuetum.n.hoc omnia significare, quatenus N
hoc aliquid.] Hoc.n.ut Alexander inquit, non ad similem figuram retulit, sed ad amphiboliam. Consuetum.n. σιγῶντα significare nō solum tacentem, sed etiā tacentia. Addit uero hoc (ut Alex. inquit) reminiscēs eius, quod antea dixit, unum modorum esse, qui circa amphiboliam, iste. uidelicet. quo consueti sumus sic dicere, qua ratione fit, ut nequaquam recte dicat Egidius Aristotelem hoc dixisse propter figuram dictionis. Nam superius hoc dixit de amphibolia, & non de figura dictionis. Modo si hoc de figura dictionis diceret nunc, non constaret sibi Aristoteles.

Compositio autem, & diuisio, & accentus, quoniam quod differens est, non est eadem est oratio, aut nomen. Oportebat autem & idem esse, quemadmodum & rem eandem, si debebat elēchus & syllogismus esse.

Reducit etiam compōnem, diuisionem, & accentū ad ignorantiam elenchi, & dicit. [Compositio aūt]
.i. paralogismi ex compōne, [& diuisio] .i. & paralo- O
gismi ex diuisione [& accentus] .i. & paralogismi ex accentu, omnes etiam reducuntur ad ignorantiam elēchi. [qm̄ quod differēs est,] & multiplex in hm̄oi paralogismis, [Non est eadem oratio aut nomen] idē. [Oportebat autem & idem esse] nomen & orōnem. [Quemadmodum] oportebat [& rem eādem] esse. [Si debeat oratio elenchus, & syll's esse.] Alex. tamē per hæc uerba [Qm̄ quod differens est.] uult Arist. dicere causam, pp quam reducuntur prædicti paralogismi ad elenchi ignorantiam. Et est hæc, qm̄ non eādem orationem significat æquiuocum, & amphibolum, & sic uult hæc uerba esse referenda ad paralogismos æquiuocationis, & amphiboliæ secundum unam expōnem, nam orō amphibola, & nomen differens, non idem significant. oportebat aūt & idem esse .i. no-
men non dr̄ia significare, & fortasse hæc uerba referē- P
da sunt ad proxime dicta. uidelicet. ad compōnem & diuisionem, & ad accentum.

Vt si tunica non uestis syllogizetur, sed tunica. Nam uerum est, & illud, sed non syllogizatum est. sed adhuc ei qui quærit propter quid, interrogatione opus est, quoniam idem significat.

Cum dixisset oportere nomen esse idem & unum, quemadmodum oportet rem esse eandem, hoc exponit per exemplum. ubi supponas hunc syll'm omne cooperimentum calefacit. omnis uestis est cooperimentum. ergo omnis tunica calefacit. In hoc itaque syllogismo est dr̄ia nominum, nam in minore sumit̄ uestis. In conclusione autē sumitur tunica, & ita uult hunc non esse syll'm, qm̄ licet tunica & uestis quo ad significatum sint idem, quia tamen non est idem no-
men, ideo syll's peccat per ignorantiam elenchi. nam Q
est elenchus contradictio eiusdem rei, & eiusdem nominis. dicit. [Vt si tunica nō uestis syllogizetur, sed tunica] hoc uerbum, sed tunica non est necessarium, ideo in codice græco antiquo non reperitur. subaudi non erit elenchus. [Nam] licet [uerum est & illud] qm̄ & uestis & tunica calefacit, [Sed non syllogizatum est] uestis, sed tunica, ꝙ sit calefaciēs [Sed adhuc ei, qui quærit pp quid, interrogatione opus est,] quæ est [Qm̄ idem significat] uestis & tunica. Facta.n. illa cōclusione. ergo omnis tunica est calefaciens, opus est interrogare, utrum idem sit uestis, & tunica, alioquin non esset syll's elēchus. ergo oportet esse eiusdem rei & nominis. Patet per exemplum assignatum, ubi ora

A tio fit non syllogistica: pp dr̃iam nominum. Simili modo si fiat iste sylľs. omne animal rationale est mortale, omnis hō est animal rationale. ergo omnis terrigena est mortalis. Peccat.n. propter ignorantiam elēchi, qm̃ contradictio est unius & eiusdem non nōis, sed rei, & nominis. Modo hic non hr̃ idem nomen in minore & in conclusione, & propterea est paralogismus, & causa est, quia adhuc indiget interrogatione. uidelicet. uerum terrigena, & homo idem significant, & si indiget interrogatione, conclusio non sequitur necessario ex his, quæ posita sunt, sed oportet adhuc interrogare, ad hoc ut illa conclusio necessario sequatur. ergo non est syllogismus.

Qui uero secundum accidens, definito syllogismo, manifesti fiunt. Nam eandem definitionem oportet syllogismi, & elenchi fieri, attamen & adiungere contradictionem. Siquidem elenchus B *syllogismus contradictionis est. Si igitur non est syllogismus accidentis, non fit elenchus.*

Reduxit paralogismos in dictione, qui superius dicti sunt, ad elenchi ignorantiam, nunc uero, eos paralogismos, qui extra dictionem sunt, ad eandem elenchi ignorantiam reducit, & primo eos, qui extra dictionem, circa accñs sunt, & ait ex definitione syllogismi hoc patere. Quod aũt ex definitione syllogismi pateat paralogismos accidentis reduci ad ignorantiam elenchi, deducitur si quis definierit ipsum syllm̃. Nam si sylľs est oratio, in qua quibusdam positis, alterum quippiam a positis contingit, in paralogismis uero accidentis, non ex positis alterum quid accidit. igitur paralogismi accidentis non sunt sylľs, quare nec elēchus dicit. [Qui uero secundum accidens] .s. paralogismi C sunt. [Definito sylľo, manifesti fiũt] subaudi, qm̃ nō sunt elenchi. Quod uero ex definitione sylľi pateat, eos non esse elenchos, probat, & dicit. [Nam eandem definitionem oportet sylľi, & elenchi fieri.] Definitio.n. generis competit speciei. [Attamen adiungere] oportet definitioni elenchi [contradictionem, siquidem] ut sæpe dictum est. [Elenchus sylľs contradictionis est.] Tunc concludit, & dicit. [Si igitur] paralogismus [accñtis non est sylľs, non fit elenchus,] ut si aliquod non est animal, non est homo, quia igit̃ paralogismi accidentis non syllogizant alterum quippiam a positis, non erunt sylľi, & ita nec elenchi. Manifestum insuper qm̃ bene tales paralogismi reducũtur ad ignorantiam elenchi. Ignorat.n. quo modo oportet syllogizare, qui sic syllogizare opinat̃. ¶ Quo uero ad uerba attinet, elenchus sylľs est cum contradictione conclusionis, nam si aliquis syllogizauerit ho- D minem de nullo lapide, per medium, quod est animal. hoc pacto. omnis homo est animal, nullus lapis est animal. igit̃ nullus lapis est homo, & instet aliquis dicens non hoc pacto esse conclusum, sed de aliquo lapide p̄dicari hominem. Si ita dicatur, sumo hanc, aliquis lapis est homo, & cum altera. uidelicet. nullus lapis est animal, inferam ergo aliquis homo non est animal in tertia figura, quod est falsum, qm̃ omnis homo est animal. Ecce quõ sylľs fit elenchus, qm̃ accipitur contradictio conclusionis cum altera propōne, & infertur contradictio alterius. De elencho sylľo secundo priorum dictum est, & sæpe in hoc libro, nō oportet ulterius de eo loqui.

Non.n. si cum hæc sint, necesse est illud esse, id aũt est album, necesse est album esse propter syllogismum.

Cum proposuisset paralogismos accidentis nō esse sylľos, hoc nunc probat ex eo, quia non ex positis necessario alterum quippiam syllogizant. quasi dicat, quia peccant, contra illam particulam, de necessitate accidere, demonstrat autem hoc per exempla, & Egidius componit primum paralogismum hoc pacto, animal est album, coruus est animal. igitur coruus est albus, & dicit. [Non.n. si cum hæc sint, necesse est illud esse, id autem] .s. animal [est album, necesse est] .s. coruum [album esse propter sylľm.] quasi dicat. non.n. quia sylľs est oratio, in qua cum hæc sint, necesse est illud esse. [id autem] .i. & animal est album, [necesse est] .s. coruum [album esse propter sylľm.] Hæc est expō Egidij, & quidē non recte assignata, quia in hoc paralogismo, non est pc̃m̃ contra accidens, sed cōtra formam sylľi. Inquantum. uidelicet. est ex particularibus, ex quibus nihil necessario sequitur propter posita, sed speciali ratione non apparet pc̃m̃ contra accidens. Alex. uero sic componit paralogismum. Socrates est albus, album color disgregatiuus uisus. ergo Socrates color disgregatiuus uisus, in hoc itaque paralogismo non necessario sequitur conclō, qm̃ non idem medium accipitur in ambabus propōnibus. in minore.n. quæ est Socrates albus est, album pro composito concretoque ex substantia, & qualitate accipitur. in maiore autem, quæ est, album color disgregatiuus uisus, accipitur pro sola qualitate, modo album pro qualitate accidit Socrati, sed ipsi albo substantia est; dicit, dico paralogismos accidentis non necessario inferre conclusionem, quia [non si hæc sint, necesse est illud esse, id aũt] .s. Socrates [album, necesse est albũ] .i. colorem esse disgregatiuum uisus, sumpsit.n. (ut Alex. inquit) albũ pro colore disgregatiuo uisus, quia igitur album, ut accipitur pro colore, accidit sibi, ut accipitur pro Socrate, fit in hoc paralogismo accidentis pc̃m̃, & ita, cum non sit idem medium, nō necessario euenit conclō. Insuper Alex. alr̃ componit paralogismum, quia putat Arist. accepisse eum a Phædrone, & est talis. Socrates albus, cygnus albus. Socrates igit̃ cygnus in secunda figura ex duabus affirmatiuis particularibus. Iuxta hanc expōnem, dicit. [Nō.n. si cum hęc sint, necesse est illud esse, id aũt] .s. cygnus [albũ] sequitur [necesse est] Socratē [album] .i. cygnũ [esse pp sylľm.] ubi patet oportere accipere pro albo cygnum. Sic enim accipiendo habebitur paralogismus Phædronis.

Neque si triãgulus duobus rectis tres angulos habet æquales, & accidit ei figuram esse, uel primum, uel principium, quoniam figura, uel primum, uel principium tale est. Nam non quatenus figura, uel primum, uel principium, sed quatenus triangulus demōstratio est, Similiter autem.

Secũdum exemplum sic componitur, oīs triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, qua triãgulus est. triãgulus est figura. igitur figura habet tres angulos duobus rectis æquales, qua figura. hic est accidentis paralogismus. differt aũt hic paralogismus a priore, qa ille syllogizat falsum simplr̃, ut uisum est. Hic uero syllogizat falsum secũdum aliquem modũ (ut Egid. inquit.) syllogizat.n. figuram hr̃e tres angulos æquales duobus rectis, quod nō est simplr̃ falsum, sed est falsum quatenus intelligitur cum reduplicatione, ut si crederetur figuram habere tres, ut habet triãgulus, nam (ut dicemus) figura non habet tres, quo si-

I gura,sed quo triangulus,nec triāgulus habet tres,quo figura,sed quo triangulus. Dicit aūt Egidius hic non absurde primum exemplum esse assignatū quatenus paralogismi uersantur circa materiam probabilem,atque dialecticam,in qua syllogismi,satis est,ut syllogizent uerum. Secundum uero exemplū, quatenus uersantur circa materiam necessariam, & demonstratiuā, in qua syllogismi syllogizant aliquod prędicatum de subiecto per se & primo,& cum reduplicatione. ppea est captio, quæ contingit circa demrōnem. dicit. [Neque si triangulus duobus rectis tres angulos hēt æquales,& accidit ei figuram esse,uel] esse [primum, uel] esse [principium] .i.& triangulus sit figura uel primum,uel principium, syllogizatur subaudi, [q̄m figura,uel primum,uel principium tale est].s.habens tres angulos æquales duobus rectis. Cuius causam assignat,& dicit. [Nam non quatenus figura,uel primū uel principium, sed quatenus triangulus demrō est,] subaudi q̄m habet tres angulos æquales duobꝰ rectis, nam(ut Alex.inquit) tunc quadrangulus (ppea qa est figura)angulos tales habebit,quod est absurdum. Nō enim est octangulus talis,aut cæteræ figuræ,aut circulus. Sed sylls,qui concludit per medium trianguli,q̄m principium,,& primum duobus rectis æquales habet angulos.in tertia reducitur figura. Oportet igitur sic dicere. [Neque si triangulus duobus rectis æquales habet,& accidat ei].s.triangulo[figuram esse,uel primum,uel principium]sequitur subaudi. [Q̄m figura uel primum,uel principium,tale est].i.hn̄s tres æquales. Ex ijs patet quo modo in hmōi est pctm̄ accidentis. Est.n.ppea,quia accidit triangulo figurā esse, quatenus habet tres ęquales duobus rectis,ppea dicit.

L [Nam non quatenus figura, uel primum, uel principium,sed quatenus triangulus demōstratio est,] q̄m habet tres æquales duobus rectis. Et propterea accidit triangulo figuram esse, quatenus triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis.[Similiter aūt & in alijs] dicendum est,ut dictum est de figura & triangulo. Similis prædictis (ut Alex.inquit) paralogismus est hic.iste est pater,iste est canis tuus. igit̃ canis tuus pater est.

Quare si elenchus est syllogismus quidam,non utique erit elēchus, qui secundum accidens.

Nunc concludit propositum in barocco secūdum Alexandrum,omnis elenchus est syllogismus,paralogismus accidentis non est syllogismus,igitur paralogismus accidentis non est elenchus. De ratione primo tangit maiorem,& dicit. [Quare si elenchus est sylls

M quidam.]Hæc est maior,dat conclusionem & dicit. [Non utique erit elenchus] paralogismus.[Qui est secundum accidens.] Tacuit aūt minorem,quia superius eam exposuit.

Cōcedētes διδόντες dantes *Verum propter hoc & artifices & omnino scientes ab inscijs redarguuntur. Nam secundum accidens syllogismos faciunt cōtra sapientes,qui si non possunt diuidere,aut interrogati concedunt. aut non concedentes.putantur concessisse.*

cōcessisse δεδόκεναι dedisse

Nunc obiter declarat uim paralogismorū,qui sunt ab accidente,& dicit. [Verum pp hoc].i.pp accidēs, [& artifices,& omnino scientes,] qui sunt circa singula scientes,[ab inscijs].i.sophistis, [redarguūtur] .i.apparent redargui (ut exponit Alexā.) scientificus enim unusquisque si inuenitur ignorans elenchum, decipietur a sophista circa ea,quæ est sciēs, ut qui scit mathematicis res, uel musicas, cum ignorauerit elenchum,qui est ab accidente,decipietur. Sophistæ.n.ab accn̄tibus contra scientes faciūt paralogismos, & hoc dicit.[Nam]subaudi[sophistæ contra sapientes syllogismos faciunt,]qui peccant [secundum accidēs.] sicuti qui probare uoluit quadraturam, hoc pacto in quibus est plus & minus est, æquale, sed aliquis quadratus est maior,& aliquis minor circulo.ergo aliquis quadratus est ęqualis circulo.sophista ergo facit hmōi paralogismos contra eos,qui ignorant locum ab accidente.[Qui].s.sapientes [si non possunt diuidere] ac separare,quales syllogismi sint ex ijs,quæ sunt per se,& quales ex ijs,quæ sunt per accidens,[interrogari concedunt] .s.interrogationes sibi propositas a sophistis,& ita redarguuntur. [Aut non concedētes,] sed silentes,[putantur]a sophistis[concessisse]interrogationes sibi propositas ex accidentibus,q̄m(ut Alexander inquit,)silentium est pacti significatiuum. O

¶Quo uero ad sensum attinet, annotatione dignum uniuersam deceptionem nostram oriri, tū contēplando,tum operādo, q̄m nescimus distinguere inter per se,& per accidens. Medicus.n.credit bene curare, & tn̄ nō bene curat,cum credit accepisse causam per se, & tn̄ accepit causam per accidens. Silr̄ in contemplatione aliquis putat bene scire, cū putat accepisse causam per se,& tn̄ accepit causam per accidens. Dicit Egidius sapientem,quatenus est sapiens nō redargui, sed quatenus uersatur circa particularia, per se enim sapiens contemplatur uniuersalia, per accidens autem particularia, & ideo in eis potest redargui a sophistis, uel dicit posse redargui quantum ad ea, in quibus non est sapiens. Alexander autem dicit, sapientem non redargui, sed apparere redargui a sophistis. P

Qui uero propter ipsum aliquo modo,& simpliciter, quoniā non de eodem negatio & affirmatio est. Nam aliquo modo albi, aliquo modo non album,& simpliciter albi, simpliciter non albū negatio est. Si igitur cum datur aliquo modo esse album, quis ut simpliciter dictum accipit,non facit elenchum. Apparet autem propter ignorantiam ipsius quid est elenchus. aliquo modo πῆ in parte secundū quid

Secundus modus est(ut didicimus) paralogismorū extra dictionem, qui est secundum quid, & simplr̄. Quod autem & iste ad ignorantiam elenchi reducat̃, omnibus manifestum est. Elenchus.n.est, ut sæpe diximus,qn̄ ex eis,quæ concedit respondens,accidit negare uel affirmare, hoc est qn̄ sumpto contradictorio conclusionis cum altera propōne infertur oppositū alterius. At in hoc modo paralogismorum non sic fit, non.n.si a respondente æthiopem in parte esse albū, qui interrogat de toto corpore nigrum esse ipsum demonstrat,ad contradictionem reduxit respondentē, Q nam quod est simpliciter nigrum non opponitur albo secundum quid. Sunt aūt hæc perspicua per ea, q̄ diximus,qn̄ modum istum in principio exposuimus, dicit.[Qui uero].s.paralogismi elenchi fiunt[pp ipsum aliquo modo,]& pp ipsum[simplr̄,] ad ignorātiam elenchi reducuntur[q̄m non de eodem negatio & affirmatio est] subaudi cum accidit ex opposito conclusionis inferre oppositum alterius propōnis. [Nam aliquo modo albi,aliquo modo non albū opponitur] qn̄.uidelicet.accipitur secundum eandem partem,album.n.secundum pedem opponitur ei,qđ est non esse album secundum pedem.] Et simplr̄ albi,

A bi, simpliciter non album nugatio est. Si igitur cũ dat aliquo modo esse album] .f. æthiopem in parte esse album [quis ut simpliciter dictum accipit.] & ex eo cum altera propõne inferat oppositum alterius, [nõ facit elenchum. Apparet autem] fecisse elenchũ [propter ignorantiam ipsius quid est elenchus.] Est enim elenchus syllogismus contradictionis, quæ est unius & eiusdem rei, & nominis, & secundum idem. modo sic non est in hmõi elencho, cum sumitur oppositum non secundum idem.

Manifestissimi autem omnium, qui prius dicti sunt, propter elenchi definitionem sunt. Et propterea sic nuncupati sunt. Nam propter orationis omissionem phantasia fit. Et diuisis hoc pacto cõmune in omnibus his ponendum est orationis omissio.

Quasi dicat, oẽs paralogismi ad elenchi ignorantiã reducuntur. [Sed manifestissimi omnium, qui prius

B dicti sunt,] ad ignorantiam elenchi reducũtur. [Qui propter elenchi definitionem sunt.] Vnde Egidius non imperite asserit ad ignorantiam elenchi reduci paralogismos, ut est cõis locus, eos, qui fiunt paralogismi ignorantiæ elenchi, ut est locus specialis. Quare idem locus, ut specialis, reducitur ad seipsum, ut cõis est. [&] quia subaudi inter cęteros paralogismos, qui reducuntur ad ignorantiam elenchi, manifestissime reducuntur illi, qui speciatim peccant secundum defectum definitionis elenchi [propterea] per excellentiam [sic nuncupati sunt.] unde recte dicit Egidius aliquid denominari posse ab aliquo, aut quia illud assequitur, ut motus ad caliditatem dicitur calefactio, quia per eum caliditas acquiritur, uel quia ab illo deficit. Quare paralogismi peccantes secundum ignorantiam elenchi, sunt per excellentiam dicti per ignoran

C tiam definitionis elenchi, non quia eam assequantur, sed quia ab ea deficiunt. Sed qõ est quõ differt hic locus, ut spãlis a seipso ut cõis, & dicit Egidius, quia hic locus ut cõis respicit sigillatim omissionem oĩm particularum positarum in definitione elenchi, ut uero specialis respicit speciatim omissionem alicuius particulæ ex quatuor, quæ sunt secundũ idẽ, & ad idẽ, silr, & in eodem tpe. Sed cum Arist. dixisset, paralogismos qui sunt speciatim secundum hunc locum, manifestissime reduci ad ignorantiã elenchi, reddit cãm, & dicit. [Nam pp orõnis] i. pp definitionis elenchi [omissionẽ phantasiam] .i. apparẽtia redarguẽdi maxime fit. Aliter secundum Alex. [orõnis] .i. sylli. nam secundum rõnem sylli fit uerus elenchus. secundum autem omissionem rõnis syllogisticæ fit apparens elenchus.

D Deinde secundum Egidiũ assignat dñiam inter hunc locũ ut cõem, & hunc locũ, ut spãlis, & dicit. [Et diuisis hoc pacto] oĩbus ignorantijs elenchi,] ut cõe in omnibus his, ponendũ est orõnis omissio,] speciatim uero ponenda est orationis omissio in aliquo illorũ quatuor. nam sic hic locus differt a se, & per orõnem definitionẽ intelligit. Velim tñ non ignores literam hanc esse mancam, quæ nisi ei aliquid addatur, nõ erit intelligibilis.

Qui uero propter id quod sumitur quod erat in principio, et non causa ut causa ponitur, manifesti sunt per definitionem. Nã portet conclusionem accidere eo ꝙ hæc sunt. Et rursum non connumerato eo, quod erat in principio, quod nõ habent ij, qui sunt propter petitionem eius, quod est in principio.

Dicit Alex. Arist. uerba hæc esse nimis manifesta, nihilque habere, quod egeat expositione. Vult tñ di

E cere ꝙ paralogismi, qui petunt qđ est in principio, & qui nõ cãm ut cãm ponunt, manifestissime reducant ad ignorantiam elenchi, & dicit. [Qui uero] .f. paralogismi [pp id, qđ sumit, qđ erat in ptincipio,] sunt [&] qui sunt pp id, qđ [nõ causa, ut causa ponit, manifestissimi sunt per definitionẽ] elẽchi .f. peccantes. & ꝙ paralogismi, q̃ sumũt nõ cãm, ut causam, peccẽt cõtra ignorantiam elẽchi, pbat, & dicit. [nam] in uero elẽcho [oportet cõclõnẽ accidere eo ꝙ hæc sunt] Est. n. una particula definitionis elenchi sylls, in syllo aũt accidit conclo eo ꝙ hæc sunt. At paralogismus. q̃ sumit per non causam, nõ syllogizat eo ꝙ hæc sunt. Quod uero paralogismi qui petunt, quod est in principio, peccẽt contra ignorantiam elenchi, patet. quia peccant cõtra illam particulam, q̃ est nõ cõnumerato

F eo, quod est in principio. Ex definitione. n. sylli est, ut cõclusio fit aliud quippiam ab eo, quod positũ est in syllo. Vbi aũt est petitio, conclusio non aliud quippiam est ab eo, quod positum atque concessum est in syllo. dicit. [Et rursum non cõnumerato eo, qđ erat in principio] ponitur in definitione elenchi, [quod non habent ij,] .f. paralogismi qui sunt propter petitionem eius, qđ est in principio.] ergo peccant cõtra ignorantiam elẽchi. Disputat hic Egid. duo, q̃ nos disputauimus superius, cũ diximus de paralogismis petitionis principij, ideo non oportet repetere. cur uero Arist. simul eodemque capite reduxit fallaciam secundũ nõ causam, ut causam, & fallaciam petitionis principij ad ignorantiam elẽchi. Egid. causam assignat, qa magnam hñt cõueniẽtiam, sed non exposuit qũo hñt conuenientiam, põt tñ dici eas hře magnam cõueniẽtiam, qa ambæ peccant contra rõnem sylli, quæ est ut

G sit oratio, in qua quibusdam positis, aliud quippiam ex necessitate sequit modo in paralogismis nõ causæ ut causa, nihil sequit necessario eo ꝙ hæc sint. & in paralogismis petitionis principij non sequit aliud quippiam a positis, ergo ambæ fallaciæ peccant contra rationem syllogismi.

Qui uero propter consequens, pars sunt accidentis. Nam consequens accidit.

Quintus uero paralogismus extra dictionem est ꝓpter consequens, quẽ reducit ad elenchi ignorantiam sic syllogizans (ut Alex. conficit) paralogismi secũdũ consequẽs partes sunt accñtis. qui ex accñti paralogismi, ad elenchi ignorantiam reducuntur. ergo paralogismi secundum consequens ad elenchi ignorantiam reducunt. Minorẽ probat, ex eo, quia consequens accidit. nam flauum ad mel consequẽs est, & humidam

Tunc concludit propositum, & dicit. [Quare erunt syllogismi falsi] hoc est sophistici [per hæc.] .s. 13. loca [aut omnia, aut quædam,] cum dixisset per quot audientibus apparet esse syllogizandum, per tot, & respondenti, assignat causam, & dicit. [Quod.n. non interrogatus] .s. interlocutor [putatur dedisse] ac concessisse in dialogis Platonis, [& interrogatus] .s. principatis respondens [ponet] uocauit autem sophistica interrogata, ut interrogata, quia non sunt interrogata, sed apparent interrogata, & dixit, aut omnia, aut q̄dam, qm̄ fieri possunt sophistici syllogismi per loca extra dictionem sine loquela, in dictione uero non nisi ab eis, qui habent loquelam. Qui.n. carent loquela sophistici syllogismi, quos faciunt, non sunt per omnia loca, quia non per loca in dictione, & propterea dicit sophisticos syllogismos fieri per ea loca, per quæ G
fiunt apparentes syllogismi, aut omnia, aut quædam. Ex ijs patet expositionem Egidij non esse ad propositum.

Verum in quibusdam simul accidit interrogare, quod deest, & apparere falsum. ut in ijs, qui sunt secundum dictionem, & solœcismum.

Cum hæc dixisset, ostendit nunc locos sophisticos non omnes esse æque idoneos ad decipiendum. Nam sunt quidam, in quibus statim interrogatione proposita, apparet defectus, & falsitas, ut interrogationibus, quæ fiunt secundum loca in dictione. Alij uero magis apti, ut loca extra dictionem, & dicit. [Verum in quibusdam simul accidit interrogare, quod deest] .s. propōnem, quæ quæritur pro syllogismo conficiendo [& apparere falsum, ut in ijs] .s. syllogismis sophisticis, [qui sunt secūdum dictionem, & solœcismum,] H
dixit & solœcismum, quia sicut non est in omnibus locis par idoneitas ad decipiendum, ita non est in omnibus metis par idoneitas ut deducatur. In locis.n. in dictione statim ex ipsa ꝓlatione apparet defectus, sic etiam in solœcismo, nam statim cum interrogat, ex ipsa prolatione apparet defectus.

Si ergo paralogismi contradictionis propter apparentem elenchum sunt. Manifestum est, quoniam propter tot erunt & falsorum syllogismi propter quot & apparens elenchus. Apparens aūt propter particulas ueri. Nam quodcunque defuerit apparebit elenchus.

Cum ostendisset apparentes syllogismos, & sophisticos syllogismos per tot & eadem loca fieri, nūc mō

I strat qm̄ & falsi syllogismi per tot fiunt modos, per quot apparentes, & sophistici, nam si falsus sylls est, secundum id, secundum quod est uerus sylls. Manifestum, qm̄ secundum quot partes est uerus sylls, secundum tot erit & falsus sylls. Sed partes secũdum quot sunt ueri syllogismi, sunt eiusdem, & unius rei esse, & ad idem & secũdum idem, & quot sæpius dictæ sunt. igitur falsus erit, qñ non ad idem, nec secundum idẽ, & similia fit, dicit. [Si ergo paralogismi contradictionis] idem apparentes syllogismi contradictionis, [pp apparentem elenchum sunt,] hoc est, quia uñr serua re particulas elenchi, & non seruant, [Manifestũ est, qm̄ per tot] .s. particulas [erunt & falsorum syllogismi, per quot & apparens elenchus, apparens aũt elenchus] est [pp particulas ueri.] .i. per tot partes, per quot est uerus elenchus. [Nam quodcunque] .i. quæ

K cunque particula [defuerit,] earum, quæ sunt in definitione ueri elenchi, & uř ad esse. [apparebit elenchus.] ergo per quot particulas est uerus elenchus, p tot erunt syllogismi falsorũ, & intelligas per tot partes esse syllos falsorum contradictoriæ sumptas. Nam si sylls elenchus uerus est ad idem, sylls falsus erit qñ non ad idem, & sic de cæteris Et per syllm falsum, uel falsi. Intelligit Egidius & Albertus, & cęteri latini syllogismum peccantem in materia, qui. uidelicet. syllogizat falsum ex falsis. Mihi aũt uř Arist. (ut Alex. exponit) intellexisse, sophisticum elẽchum, quia dicit ex tot esse partibus, ex quot est uerus sylls elenchus, ecõtrario tñ modo acceptis, ergo sylls falsus, & sophisticus elenchus idem est. Sophisticus uero sylls est uñior elẽcho sophistico, & ita uniuersalior syllo falso. Quo modo uero differant apparens, & sophisticus, superius diximus.

L *Vt qui propter non accidens, qui ad impossibile est, propter orationem. Et qui duas interrogationes, ut unam facit, propter propositionem, & propter per se, qui propter accidens. Et propter huius particulam, qui propter consequens. Insuper non in re, sed in oratione est accidere. Deinde propter uniuersale, contradictionẽ. Et secundum idem, & ad idem, & similiter. Et propter ipsum esse in aliquo, uel propter unumquodque horum peccat. Præterea propter id, quod est non connumerato eo, quod est in principio, quod est in principio sumere. Quare habemus secundum quanta fiunt paralogismi. Secundum. n. plura non erunt, secundum aũt ea, quæ dicta sunt, erunt omnes.*

Cum dixisset apparentem syllm fieri secũdum tot partes, secũdum quot fit uerus sylls, modo. uidelicet. contradictorio, quia. uidelicet. deficiente aliqua particula ueri syllogismi, sophisticus elenchus apparet utique probat hoc per inductionem, & dicit. [ut qui] .s. apparens fuerit, [pp non accñs] .i. quia non accidit conclusio, [qui ad impossibile] dicitur ducere &

M ad falsum, hic peccat [pp orationem] .i. contra definitionem syllogismi, est autem iste, qui accipit non causam pro causa, qui. n. accipit non causam pro causa, ad falsum, & ad impossibile ducit, & peccat contra rationem syllogismi, maxime contra illam particulam, quę est in qua quibusdam positis necesse est aliud euenire, eo ꝙ hæc sint. At cum accipitur non causa, non sequitur conclusio, eo ꝙ hæc sint, & quod sequitur est aliqñ falsum impossibile. Deinde tangit syllos apparentes secundum duas interrogationes pro una & dicit. [Et qui duas interrogationes, ut unam facit,] peccat subaudi [secundum propõnem] .i. contra definitionem propõnis. Quod quo nam modo sit, superius N patuit. Deinde tangit eos, qui apparent pp accidens, & dicit. [Et pp se] falsum syllogizat apparens sylls, q peccat [pp accñs.] Nam uerus sylls ex per se existentibus, & non ex ijs, quæ sunt per accidens, syllogizat, apparens uero non ex ijs, quæ sunt per se, nam syllogizat uariato medio a per se in accidens, ut superius dictum est. Deinde tangit eos, qui apparent pp consequens, & dicit. [Et pp huius particulam] concludit falsum, qui peccat [pp cõsequens,] qm̄ est pars illius, qui est per accidens, quia (ut monstratum est) ppter eandem causam fit. Deinde tangit eos, qui peccant pp amphiboliam, & dicit. [Insuper non in re, sed in oratione est accidere] pctm̄, quo peccat apparens sylls pp amphiboliam, & propter cæteras deceptiones in dictione. Deinde tangit eos, qui apparent propter secundum quid & simpliciter, & dicit. [Deinde ppter ulẽ] infert [contradictionem,] qui peccat secundum O quid & simpliciter. accipit. n. ulẽ (ut Alex. inquit.) p simpliciter, & contradictionem, pro ipso secundum quid. Deficit. n. a uero elencho, qm̄ uerus elẽchus est in contradictione quæ est [& secundum idem, & ad idem, & similiter & peccat propter ipsum esse in aliquo] horum, [uel propter unumquodque horum.] id est propter defectum alicuius horum, uel propter defectum horum omnium, nam syllogizantibus nobis, qm̄ æthiops est niger, & qm̄ albus dentes, fit simpliciter albus, erit pctm̄ a secundum quid ad simplr. Insuper syllogizantibus nobis, qm̄ nullus, qui periurium facit, simul bene iurat, si aliquis iurasset periuriũ facere, & fecisset, simul periurat, & bene iurat. Hoc autem est a secundum quid ad simpliciter. Deinde tãgit eos, qui peccant propter petitionem principij, & dicit. [Præterea [uerus sylls est. [propter id, quod est P non connumerato eo, quod est in principio, quod est in principio sumere.] ergo apparens erit, qui deficit ab hac particula. Sic igitur monstratum est per inductionem, quoniam secundum particulas ueri syllogismi falsi, & apparentes elenchi fiunt. & hoc concludit, & dicit. [Quare habemus secundum quanta] .i. secũdum quot, [fiunt paralogismi. Secundum. n. plura] q̃ sint particulæ ueri elenchi [non erunt, secundum aũt ea, quę dicta sunt, erunt omnes] sophistici, & apparentes elenchi. uel potest intelligi, [quare habemus secũdum quanta,] quia secundum. 13. modos [fiunt paralogismi, secundum. n. plura] q̃. 13. [non erunt, secundum autem ea, quæ sunt dicta] .s. 13. modos [erunt omnes] paralogismi. Ex ijs colligimus primo nullum esse sophisma, nullumque sophisticum syllm, quin Q peccet secundum aliquem. 13. modorum. Secundo patet error Iuniorum, qui scribentes libros sophismatũ & sophisticorum syllogismorum, nunquam cum illa soluerint, mentionem faciunt de aliquo modo dictorum. Nam cum omnis sophisticus syllogismus peccet secundum aliquem modum eorum, qui dicti sunt, solutio erit, cum declaratur ipsum peccare per aliquem eorum modorum. Quod cum prætermissum sit a Iunioribus, in friuolas nugas deuenerunt, quippe cũ sine arte soluant sophismata. Nos uero 2. libro, cum de responsione loquetur Arist. docebimus soluere cauillos per artem Aristotelis.

Est aũt sophisticus elenchus, non simpliciter elenchus, sed ad aliquem, & syllogismus similiter.

Sophisticos

A Sophisticos omnes, & apparentes syll'os reduxit ad elenchi ignorantiam. insuper etiam docuit, quo nã modo sophistici elenchi pp defectum proprij, & ueri elenchi fiant, & per inductionem hoc uerificauit. Nũc uero dicit. [Est autem sophisticus elenchus, non simpliciter elenchus, sed ad aliquem.] Hoc est ad respondentem uidetur esse elenchus. Nam si respõdens fuerit de numero ignorantiam, concedet quæ dñr, qualiacunque sint, & decipietur, & redargui uidebitur. Si autem fuerit intelligens, non illico cõcedet, quæ dñr, sed morabit, & sophista apparebit redarguere, & syllogizare. Addit. [& sylls silr,] subaudi non simpliciter erit sylls, sed ad aliquem. s. ad ignorantem uires dictionum, & ad concedentem simpliciter dici, quod non simpliciter dicitur.

Nam si non sumat id quidem quod est propter æquiuocum,
B *unum significare, & quod propter similitudinis figuram, solum hoc. Et in alijs similiter, neque syllogismi, neque elenchi erunt, neque simpliciter, neque ad eum, qui interrogatur. Si autẽ sumant, ad eum, qui interrogatur, erunt, simpliciter autem non erunt. Non enim unum significatum sumpserunt, sed apparẽs, & apud illum quidem.*

Quod autem sophisticus elenchus sit ad aliquem, probat ex eo, quia non potest sophista facere elẽchũ, nisi a respondẽte acceperit consensum, & dicit. [Nã si non sumat] sophista. s. a respondente [id quidem, quod est propter æquiuocum, unum significare, & quod propter similitudinis figuram solum hoc] aliquid significare, hoc est actiuum uerbum solum actionem significare, non decipiet respondentem, & ut diximus in his, & alijs [similiter] est intelligendum, nã
C si non sumetur consensus eo modo, quo diximus. [Neque syllogismi, neque elenchi erũt.] Nam si sint cogniti ab ipso respondente, & peccauerint secundũ aliquem dictorum locorum [neque syllogismi, neque elenchi erunt, neque simpliciter, neque ad eum, qui interrogatur.] Simpliciter quidem non erunt, quia peccant contra rõnem syllogismi, cũ uarietur terminus. Neque ad eum, qui interrogatur, quia ille est cognoscens deceptionem. [Si autem] sophistæ [sumant] a respondente, qui ignorat subauditu, [ad eum, qui interrogatur erunt] propter ignorantiam illius, [simpliciter autem non erunt,] quia licet ad ignorantiam respondentis uideantur, quia est deceptio, simplr nõ erunt. [Non. n.] sophistæ [unum significatum sumpserunt] reuera unum, [sed apparens unum, & apud illum quidem]. s. apud respondentem. Ideo ad eum erit elenchus, & sylls, simplr autem non erit. Vere. n.
D & proprie (ut Alexander inquit) non facit elẽchum, qm nõ unũ accipit. i. uniuocũ, sed apparẽs uniuocũ, & ab auditore ignaro, & ita sophisticus elẽchus non simplr est elẽchus, sed ad aliquẽ. Egid. mouet hic inanes dubitationes, q bona fronte possunt sub silentio prætermitti, cum non faciant ad intellectum uerborum Aristotelis.

Propter quanta uero redarguunt, qui redargutionibus utuntur, non oportet tentare sumere sine omnium entium scientia. id autem non est unius artis.

Propter quod sophistæ redarguãt, dictum est, definitique sunt apparentes elenchi, &. 13. sunt omnes. ꝓpter quod autem uere redarguantur homines, nullus enumerare aut tradere potest, nec ad aliquem determinatum numerũ modos ponere, quibus redarguant, qui uere redarguunt. nam quot sunt demrones, tot E possunt ueri elenchi fieri ad eos, qui non possunt ex datis deductam conclusionem concedere. Si. n. non possunt deductam conclusionem concedere, illius cõtradictionem cogentur dare, ex qua cum altera ꝓpositione cogentur concedere oppositum alterius. ergo quot sunt demrones, tot esse possunt elenchi ueri ꝓpterea dicit. [Propter quanta uero]. i. propter quot [redarguunt, qui redargutionibus utuntur, nõ oportet tentare sumere, sine omnium entium scientia]. i. si non aliquis fuerit omnes scientias habens, & in omnibus habens apicem. Si. n. talis non fuerit, quonã modo posset uere redarguere eum, qui decipitur in aliqua scientia, ut in geometria, uel in musica? [id autem]. s. omnia entia scire [non est unius artis,] imo impossibile. Infinita. n. sunt, quæ uere monstrantur. infiniti igitur & ueri elenchi erunt.

Infinitæ enim sunt scientiæ, quoniam & demonstrationes. F

Quod autem scire omnia entia non sit unius artis, probat, & dicit. [Infinitæ. n. sunt scientiæ] subaudi quæ sunt de omnibus entibus. quod probat, & dicit. [Qm & demrones] subaudi sunt infinitæ, quibus in nobis fiunt scientiæ. Et quia omnium entium infinitæ sunt scientiæ, ideo de omnibus entibus non põt esse una scientia, neque ars una. ¶Dubitat hic Egid. 1. dub. Egidij. utrum contra rationem unius scientiæ sit considerare infinita. tenet ipse infinita materialiter posse considerari sub una scientia, quia infinitorum una est, uel potest esse formalis ratio cõsiderandi. Infinita aũt formaliter, quæ per infinitas rationes considerandi considerantur, non possunt sub una scientia considerari. Sed hæc, quæ Egidius dicit, sunt mihi dubia, primum Refut. quidem quia dubitatio non est ad propositum. Arist. enim non dicit infinita considerari ab infinitis scientijs, sed dicit, omnium entium non esse unam artem, G sed infinitas artes & scientias. Et sic dubitatio non est ad propositum. Solutio etiam est dubia, qm Arist. secundum expositionem Alexandri uult probare apparentes elenchos esse certo numero determinabiles, quia sunt. 13. pro. 13. locis sophisticis. Elenchos autẽ ueros non esse certo numero comprehensibiles, quia sunt pro numero demrõnum, & scientiarũ, quæ sunt infinitæ. Modo dicerem formaliter (ut Egid. inquit) elenchos finitos esse, non autẽ materialiter, & sic quæcunque Egidius dicet de ueris elenchis, ego de apparẽtibus dicam, & quia dubitatio est extra propositum, ideo transeat. ¶Dubitat secundo, utrum scientiæ sint Dub. 2. infinitæ, post longa uerba, tandem asserit infinitũ ab Arist. esse sumptum magis secũdum indeterminationem, quam secundum numerum, ut sit sensus, infinitę H sunt scientiæ. i. indeterminati generis, quia non sunt omnes de consideratione unius scientiæ. ¶Sed hoc est dubitatione dignum, quia uel Egidius loquitur de scientijs secundum numerum acceptis, uel secundum genus. Si secundum numerum, sic sunt infinitæ pro numero demrõnum, ex quibus generantur. Si autem secundum genus, sic sunt finitæ, quia tres. Alexander autem dicit Arist. dixisse scientias esse infinitas, fortasse secundum suam opinionem, quæ est ꝙ mundus sit sempiternus (ut in libro de cœlo mõstratum est,) ubi dixit in infinitum augeri scientias, sed per hæc uerba Alexander demonstrat Arist. intellexisse infinitas esse scientias numero, & successione. Et sic fortasse dici

I posset de apparentibus elenchis,ꝙ .uidelicet.numero
sint infiniti, genere uero.13. ut dictum est. Tu uero
considera,satis enim nobis est monstrasse locum.

Elenchi autem sunt & ueri.Nam quanta est demonstrare, est
& redarguere eum,qui ponet contradictionem ueri. Vt si com=
mensurabilem posuerit diametrum,redarguet utique quis, quo=
niam incommensurabilis.

Alexander(ut mihi uidetur.) uult Arist.nunc pro
bare id,quod superius posuit,posuit.n.tot esse appa-
rentes syllos,quot sunt ueri, asserit ergo Aristot. hoc
nunc probare.Ego uero puto Arist.probare tot esse
elenchos, quot sunt demõnes, cum.n.accepisset tot
esse elenchos,quot sunt demõnes, nunc istud proba
re uidetur,& primo proponit,quod intẽdit,& dicit.
[Elenchi autem sunt & ueri] subaudi tot,quot de-
monstrationes.Est.n.textus mancus, nisi ei suppleat
K quot demõnes.Deinde probat hoc,quod proposuit,
& dicit.[Nam quanta] i.quot, hoc.n.pro quot ac=
cepit,[quot igitur est demonstrare] .s.secundum re-
ctam demõnem [est & redarguere] per demõnem
ad impossibile[eum,qui ponet contradictionem ue-
ri,] adest eum, qui negabit conclusionem demõnis,
& concedet oppositum illius.Nam ex opposito con
clusionis, cum altera propõne syllogizabitur opposi
tum alterius,& sic unicuique demõni poterit corre-
spondere elenchus, qui syll's est ex opposito conclu-
sionis cum altera propõne, inferens alteram. Cuius
exemplum assignat,& dicit.[ut si facta demõne,quę
probat diametrum esse costæ incõmensurabilem ali-
quis[posuerit diametrum] costæ[cõmensurabilem,
redarguet utique quis]illum per demõnem,ꝗ pbat,
[qm̃ incõmensurabilis].s.accipiendo oppositũ con-
L clusionis,quod datur a respondente,cum altera pro-
positione,ut supra.

Quare omnium oportet esse scium, quippe cum alij quidem
sequantur pp ea,quæ in geometria sunt principia,& eorum con
clusiones.Alij aũt propter ea,quæ sunt in medicinali facultate.
Alij denique propter illa,quæ sunt aliarum scientiarum.

Ex dictis concludit qualis debet esse uniuersalis re
dargutor,& dicit. [Quare omniũ oportet esse sciũ]
subaudi eum,qui debet uero redarguere eum, qui ne
gat in omni facultate facta demõne. conclusionem.
Talis.n.exñs facile utique redarguere poterit non
concedentem positionem,aut conclusionem accipiẽs
contradictionẽ cũ altera ꝓpõne(ut dictum est.) Et cũ
dixisset redargutorẽ ulẽm oportere oĩm sciũ esse, per
inductionẽ ꝓbat,& dicit. [Quippe cũ alij quidẽ] .s.
elenchi,[sequant propter ea principia,ꝗ sunt in geo
metria.] quare geometram oportet esse eũ, q debet
redarguere negantẽ cõcl'onẽ demõnis geometricæ.
M Addit[& eorũ] .s.syll'orũ[cõcl'ones] q.d.nõ modo
elẽchi sequunt ꝓpter principia geometriæ. Sed [&
eorũ cõcl'ones,]ideo redargutor debet esse geometra
[Alij aũt] .s.elẽchi,sequunt [ꝓpter ea] .s.principia
[ꝗ sunt in medicinali facultate,]& sic redargutor de
bet esse medicus.& musicus sil'r,qui redarguit musicũ
[Alij denique]elẽchi [ꝓpter illa principia] sequũ-
tur,[quæ sunt aliarũ scientiarũ,] & ideo qui omnes
redarguere debet, oportet esse omnium scium.

Insuper & falsi elenchi similiter infiniti erunt.Nam secundũ
unamquanque artem est falsus syllogismus. ut secundũ geome=
triam geometricus,& secundũ medicinalẽ facultatem, medicina
lis.Dico autem secundum artem, secundum illius principia.

Cum dixisset ueros elenchos esse infinitos,nunc di N
cit. [Insuper & falsi elenchi sil'r infiniti erunt,] & p
falsos elenchos(ut Alex.inquit) non intelligit sophi-
sticos,sed eos qui apparent ex proprijs principijs sciẽ
tiæ,in qua fit disputatio.non existunt tñ, qualis fuit
bryssonis tetragonismus. Est.n.sophisticus elenchus
alius quidem,qui supponit principia scientiæ,& pec-
cat in eis,quę sunt post principia,ut fuit cauillus Hip
pocratis Chij geometræ,quo fecit tetragonismum.
Alius autem.qui non supponit principia scientiæ,ut
fuit cauillus Antiphontis,quo fecit tetragonismum.
Nam peccauit in principijs geometriæ,dicit. [Nam
secundum unamquanque artem est falsus syll's] .s.q
supponit principia illius,& errat in eis,quę sunt post
principia. [Vt secundum geometriam geometricus
falsus.] .s.est syll's,qui in principijs bene se habet, &
peccat in eis,quæ sunt post principia. [& secundum
medicinalem facultatem est medicinalis] falsus syll's, O
qui sil'r supponit principia & peccat in ijs, quæ sunt
post illa. Et quia dixit secundum unamquanque ar-
tem esse syll'm sophisticum, exponit, quid intelligit
per artem,& dicit. [Dico autem secundum artem,]
id est [secundum illius principia,] ut sit sophisticus
secundum unamquanque artem,qui supponit princi
pia artis,in qua fit,& fallit in ijs, quæ sunt post princi
pia,ut bryssonis,& Hippocratis tetragonismus. ergo
elenchi sophistici, qui sunt secundum artem, in qua
disputatur,sunt infiniti,sicut & ueri elenchi. Vtrum
uero elenchi sophistici qui non supponunt principia
artis sint infiniti, Arist.nihil ad hoc dicit. Fortasse qa
manifestissimum est eos esse infinitos,immo lõge ma=
gis,qm̃ unumquodque rectum potest a sophista obli
quari siue artis principalia supponantur, siue non.
Quare cum demõnes sint infinitæ, & ueri elenchi in P
finiti, erunt sophistici elenchi etiam infiniti quouis
modo fiant.Qua ratione fit,ut sophistici elenchi quo
uis modo facti non sint de consideratione unius ar-
tis.ut uero reducuntur in principia cõia,& in locales
habitudines,nihil ꝓhibet cõtineri sub una arte,ut sub
dialectica, quæ sophistica est.

Manifestũ est igitur,quoniam non omniũ elenchorũ, sed eo=
rum,qui sunt secundum dialecticam sumendi sunt loci.

Cum dixisset infinitos esse ueros elenchos,fieriq́ue
ipsos posse in omnibus scientijs, in quibus demõnes
fiunt,dixisset etiam falsos syll'os,qui sunt his, contra-
rij esse infinitos, nunc concludit, quorum elenchorũ
sunt accipiendi loci,& quorum non,& dicit.[Mani-
festum est igitur.qm̃ non omnium elenchorũ sumen
di sunt loci,sed eorum,qui sunt secundũ dialecticã.]
Sunt.n.elenchi bifarij, nam alij secundum principia Q
propria artis syllogizantes, ut qui secundum princi=
pia geometriæ geometrici, & qui secũdum principia
musicæ,musici,& horum non sunt sumendi loci.Nõ
enim suorum elenchorum geometra sumit locos nec
suorum elenchorum sumit locos musicus. Alij autẽ
sunt secundum dialecticam, ut qui sunt per quædam
cõia omnibus scientijs, & horum sumendi sunt loci,
in topica quidem probabilium. in hoc aũt libro, so-
phisticorum,qui apparent probabiles,& non sunt.
Hæc est expositio Alex. quam non intellexit Egid.
Dicit tñ Egidius quædam utilia meo quidem iudicio
ualde ad ꝓpositũ,quorũ primũ est, aliquam cõcl'onẽ
hr̃e rõnẽ duplicẽ, alteram quæ pertinet ad ipsam cõ-
clusionem,

A clusionem,ut si quæratur,cur si miles potest expugnare Carthaginem,Imperator etiã potest. assignari põt ratio ex natura ipsius militiæ. Alteram,quæ pertinet ad cõem rationẽ,ut quia miles est Imperatore minor. Prima ratio pertinet ad militarem,uel politicum. Vnde si in talibus quæratur unde locus,dicendum est locum esse a militia. Secunda ratio pertinet ad dialecticum,uel rhetorem,& ideo si quæratur unde locus,dicendum locum esse a minore. Qua ratione fit,ut elenchi,quatenus considerantur a specialibus, artificibus, reducuntur in specialia principia. quatenus uero considerantur a dialectico,reducuntur in cõmunes locos, uerum quia secundum specialia principia non traditur ars constituendi elenchos. ideo secundum specialia principia non traduntur loca. quia uero secũdum cõia principia traditur ars, ideo secundum ea tradun-
B tur cõia loca. & hoc pacto a dialectica accipiuntur. specialia uero principia Egidius asserit loca dici posse & elementa, quatenus sunt principia, & elementa conclusionum. Ego uero non dicerem principium esse locum,nisi fuerit plurium contentiuum,& qm̃ nullum principium speciale potest esse plurium contentiuum.Ideo illud non dicerem locum uerum quouis modo dicatur id colligendum elenchorum esse loca assignanda secundum dialecticam, non aũt secundũ specialem artem,nam ex cõibus,de quibus dialectica considerat, pñt constitui loca, ex specialibus, de quibus considerant speciales facultates,loca nequaquam constitui possunt.

Nam ij communes sunt ad omnem artem & potentiam.

Cum conclusisset locos qui sunt elenchorum esse sumendos secundum dialecticam, assignat causam,& dicit. [Nam ij] .s.loci,qui sunt secundum dialecticã; [cões sunt ad omnem artem,&] ad omnem [poten-
C tiam] .i. & ad omnem facultatem,loci uero,qui sumũtur secundum speciales artes,nulli cões sunt nisi ei arti,in qua sumuntur.

Et eum quidem qui est secundum unamquanque scientiam elenchum,scientis est considerare,siue cum non est, apparet,siue cum est,& quare est.Eum aũt,qui ex cõibus est,& sub nulla arte cadens,dialectici.

Cum dixisset de locis, & qui pertinent ad dialecticum,& qui ad specialem artificem,nunc dicit de elenchis, nam cum elenchus sit duplex & secundum specialẽ artẽ,& secundum cõia principia,& elnta, ideo dicit. [Et eum quidẽ elenchũ,qui est secundum unamquanque scientiam,scientis] s.determinati [est considerare,] ut geometræ,si fuerit secundũ geometriã, & musici,si fuerit secundũ musicã,[siue cũ non est] elẽchus,[apparet] esse elẽchus. [siue cũ est] uere elen-
D chus. [& quare est] erit cõsiderandũ in speciali scia. Vtroque.n.modo in speciali scientia cõsiderãdus est, modo sit secundum illius principia. [Cum aũt] elenchum, [qui ex cõibus est] & per cõia loca, [& sub nulla arte] .s.determinata cadens, [dialectici] scilicet est considerare, nam dialectici est de omni proposito syllogizare, ut dictum est in topicis, per communia quædam.

Nã si habemus ex quibus probabiles syllogismi in quolibet,habebimus ex quibus elẽchi.Elẽchus.n.est syllogismus cõtradictionis. Quare aut unus aut duo syllogismi contradictionis elẽchus est.

Cum dixisset cum elenchum, qui ex cõibus quibusdam est,pertinere ad dialecticum, nũc istud ꝓbat, ex hoc,quia si ad dialecticũ pertinet sylls probabilis,q est ex cõibus, ad dialecticum pertinere debet elẽchus, qui ex cõibus est, cum elenchus sit sylls superaddens contradictionem,& dicit. [Nam si habemus] in dialectica. [Ex quibus probabiles syllogismi] sunt cões [in quolibet] .s. problemate,habebimus etiam in dialectica [ex quibus] fiunt cões [elenchi,in quolibet,& assignat causam,& dicit. [Elenchus.n. est syllogismus contradictionis] .i.qui syllogismo addit contradictionem. ergo si omnes syllogismi pertinent ad dialecticũ, cões elenchi etiam ad dialecticum pertinebunt. qñ.n. (ut Alex.inquit) dialecticus contradictionem tentat syllogizare,hoc idem elenchus est. Et qm̃ elẽchus est sylls contradictionis,ideo cõcludit. [Quare aut unus, aut duo syllogismi contradictionis elenchus est.] Vnus quidem, quando altera pars contradictionis datur a respondente,& altera syllogizatur tm̃. duo uero,cum duobus syllogismis utra pars syllogizaretur. Melius autem cum Alexandro, qui hoc declarat, per ea,quæ Arist.dicit secundo priorum.ubi docet syllogizare opposita. Ibi.n.dictum est contradictionẽ syllogizari posse uno syllogismo,qñ ea in altera propositione accipitur,hoc pacto,omnis scientia est comprę hensio,& non est compræhensio. Medicinalis facultas est scientia. igitur medicinalis facultas est compræhensio,& non compræhensio. Ecce quonam modo uno syllogismo contradictio syllogizatur. Qñ uero contradictio in nulla propõne accipitur,tunc duobus syllogismis concluditur.Et hoc fit plerũque,qm̃ nullus concederet eam propõnem, in qua contradictio accipitur,& quia ita est,oportet tentare conducere cõtradictionem duobus sylls,quorum uno probet medicinalẽ facultatem esse compræhensionẽ,altero aũt, ꝙ non sit compræhensio,remittit aũt Alex.nos ad di- G
cendum de ijs 2.libro.ubi docebit Aristoteles soluere sophismata.

Habemus igitur propter quanta omnes huiusmodi sunt.

Concludit nunc Arist.quasi epilogando & dicit. [Habemus igitur propter quanta] .i. propter quot loca, hosa.n.pro quot accepit (ut sæpe dictum est.) [Omnes hmõi] scilicet sophistici (ut exponit Alexander.) [sunt.] Nam omnes sophistici. 13. locis compræhenduntur.

Si aũt hæc habemus,& solutiones habemus.Nã illorũ instãtiæ solutiones sunt.Habemus etiam pp quot & apparentes fiunt,apparentes aũt nõ cuilibet,sed talibus.Infinita.n.sunt,siquis cõsideraueritilla, secundum quot apparent quibuslibet.

Cum declarasset ad dialecticum pertinere agere de sophisticis syllogismis per quædam cõia, nunc declarat ad dialecticum pertinere soluere ea omnia,& dicit. H
[Si autem hæc habemus] .i.quonam modo fiant, & per quot causas. [Et solões habemus.] Qđ aũt solutiones habeamus,ꝓbat,& dicit. [Nam eorũ instãtię solões sunt,] sed nos subaudi habemus instantias, cum.s. habemus quonam modo fiant,& per quot causas.igitur habemus solutiones.s.cum habuerimus quonam modo fiant,& per quot causas, quæ.n.instamus contra syllogizantes per æquiuocationem, aut amphiboliam, aut per aliquem cæterorum modorum, hæc solutiones sunt. Qñ n.respondens instaret dicendo non omnem canem currere, delatrante, sic instando respondet,ac soluit apparentem elenchum. Egidius dicit instantias esse solutiones syllogismorũ, qui

I peccant in materia,non aũt eorum,qui peccant in forma.& de his tm̃ locutum esse Arist.tradit. Non est tñ ab ratione, Arist.hic non accepisse instantiam ꝓprie pro particulari propõne, quæ est opposita uniuersali,ut in topicis,& prioribus dictum est. Sed pro omni obiectione,atque refutatione. Nam dialectici,qui respondent, obijciunt,ac refellere solẽt ex cõibus principijs quibusdam, si quid non bene dictum est. ergo cum solutiones sint per cõia quædam, attinebunt ad dialecticum ueluti ipsi elenchi,qui ex cõibus sunt. Deinde dat aliud,quod ex dictis habemus,& dicit. [Habemus etiam propter quot].s.loca[apparentes]elẽchi [fiunt.] nam si habemus pp quot fiunt sophistici elenchi, habemus etiam propter quot fiunt apparentes elenchi,ut superius est dictum. Appellat uero apparentes elenchos, non qui apparent idiotis, qui sua
K ruditate ignorant ea,ex quibus decipiuntur,sed apparentes elenchos dicit,qui apparent scientibus.ppea dicit.[Apparentes aũt non cuilibet].s.idiotis,[sed talibus].s.sciẽtia qualificatis,quales sunt dialectici. [Infinita.n.sunt, siquis considerauerit illa,secundũ quot apparẽt quibuslibet.].s.idiotis & plebeis. Illa uero, secundum quot apparent dialecticis, sunt finita, qm̃ sunt.13.loca. Hoc pacto Alexander uisus est intelligere hunc locum. Alij autem aliter intelligunt, sed non curo.

Quare manifestum est, quoniam dialectici est posse sumere per communia quædam,propter quot fit,aut qui est elenchus,aut apparens elenchus, aut dialecticus, aut apparens dialecticus,aut tentatiuus.

Nunc totius capitis finalem cõclusionem assignãs dicit. [Quare manifestum est,qm̃ dialectici est posse
L sumere per cõia quædam] .i.per cões quasdam rationes,[propter quot].s.loca, [fit aut qui est elẽchus] id est uerus elenchus, & hoc attinet ad eam dialecticæ partem,quæ dicitur topica. [Aut apparẽs elenchus] & hoc attinet ad præsentem dialecticæ partem. Est etiam posse sumere,[aut]quis est[dialecticus]& per quot loca fit,& hoc pertinet ad topicam, [aut] quis sit [apparens dialecticus] & per quot loca fit,& hoc ad præsentem librum,[aut tentatiuus.]id est quis sit tentatiuus,& per quot loca fit.Nam tentatiuus qui fit causa sciendi,ad topicum,qui uero fit gratia decipiendi,ad præsentem librum attinet, ut sæpe dictum est. Quis autem sit uerus elenchus, & quis apparens, & quis sit dialecticus & quis apparens dialecticus, & quis sit tentatiuus (ut bene Alexander inquit) dictum est pluries, & ideo superfluum esset de his
M nunc dicere.

intellectum διάνοιαν dianeam sensũ.

Non est autem differentia orationum, quam quidam dicunt esse,has quidem ad nomen,illas uero ad intellectum. Absurdũ.n. est opinari alias quidem esse ad nomen orationes,alias aũt, et nõ easdem, ad intellectum.

Diuisit superius modos,secundum quos paralogismi fiunt, in duos, nonnullos quidem eorum dicens in dictione esse, nonnullos uero extra dictionem, nunc eos uult refellere, qui omnes paralogismos reduxerunt, alios quidem ad nomen, alios autem ad intellectum,contra quos proponit monstrare paralogismos non alios esse,& alios,sed eosdem,qui sunt ad nomẽ, & qui sunt ad intellectum,eo quia qui sunt ad intellectum,sunt ad nomen, & qui sunt ad nomen & qui sunt ad intellm̃,quare non duo modi sunt, sed unus.

primo ergo proponit opinionem,& dicit. [Non est N autem dñia orationum]hoc est paralogismorum,siue sophismatum,[quam quidem dñt esse,has quidem ad nomen]hoc est ad uocẽ,uel scripturam, [illas uero ad intellm̃.]uerbum intellectum græce est διάνοιαν,dianæam,quam pro sensu accipit Alexander, & sensum Alexander non pro potentia sensitiua,sed pro conceptione accepit. Narrata autem opinione,proponit illius absurditatem,quam ostensurus est,& dicit.]Absurdum enim est, opinari alias quidem esse ad nomen orationes].i.paralogismos.[alias autem,& non easdẽ ad intellectum.] nam (ut postea dicet)qui paralogismi sunt ad nomen,sunt ad intellectum,& qui sunt ad intellectum, sunt ad nomen. Quare non duo modi sunt,sed unus.

Quid.n.est non ad intellectum, nisi quando non utitur nomine (qui putat interrogare) eo,ad quod is,qui interrogatus est,dedit: O *Idem autem.i.& ad nomen.& ad intellectum, quando ad quod dedit intelligens.*

Quod proposuit nunc probat per definitionẽ ipsius redarguere. Est.n.redarguere aliqñ quidem non ad intellectum,aliqñ uero ad intellectum. Primo ergo declarat quid sit redarguere respondentem non ad intellectum.secunda ibi. [Et ad intellectum.] declarat quid sit redarguere respondentem ad intellectum. De prima parte dicit, redarguere non ad intellectum esse,qñ opponens,& respondens non ferunt nomen, uel orationem ad idem significatum, & secũdum idẽ, ut si aliquis interrogetur,utrum canis latrat?& respõdens interrogatus putans de terrestri esse interrogatus,concederet canem latrare, interrogans uero nomen canis ad piscem referret, qui non latrat, interrogans non ad intellectum respõdentis nomine utitur. P ergo redarguere non ad intellectum est, qñ opponẽs & respondens non referunt idem nomen,uel orationem ad idem significatum, unde dicit. [Quid.n.est non ad intellectum] subaudi redarguere,ut subaudit Alexander,[nisi quando non utitur nomine(qui putat interrogare)eo] i.ad illud significatum,[ad quod is,qui inrerrogatus est,dedit] .s. responsionem, hoc [autem] quod est non ad intellectum redarguere. [idem.i.& ad nomen].s.redarguere,qui.n.redarguit respondentem non ad intellectum, redarguit eum ad nomen. Deinde exponit quid sit redarguere ad intellectum,& dicit.[Et ad intellectum].s.redarguere respondentem est.[quando]intertogans utitur nomine ad illud significatum. [ad quod dedit] rñsionem [intelligens] id respondens. Quare quemadmodum non ad intellectum syllogizans est, qui non utitur ca Q nis nomine ad terrestrem,quem & intelligens respondens latrare dixit, sic econtrario ad intellectum syllogizat,quando utitur nomine ad rem, quam interrogatus intelligit. Et per intelligentem respondentem intelligit. Quod si hæc uera sunt, absurdum est opinari alias quidem esse ad nomen orationes, alias autem ad intellectum, ubi.n.secundum intellectum est, ibi erit secundum nomen,& econtrario, ubi ad nomen,ibi ad intellectum erit redargutio.

Si autem aliquis(nomine ipso plura significante) unũ putet significare & interrogans,& interrogatus(ut forte ens, & unum plura significant.) Sed & respondens Zeno & interrogans unũ putans esse,interrogauit, & est oratio, quoniam unũ omnia,hæc ad nomen est, & ad intellectum interrogantis disputata.

Cum

A Cum dixisset atque constituerit idem esse ad nomē & non ad intellectū disserere, per exempla quasi istud exponit, & primo ostendit orationem multiplicem disputari posse ad intellectum. secunda ibi. [Si uero aliquis,] ostendit eandē disputari posse ad nomen, de prima parte dicit. [Si aūt aliquis (nomine ipso plura significante) unum] & non plura, [& interrogans & interrogatus putet significare, ut forte ens & unū plura significant.] interrogans & interrogatus subaudi disputant ad nomen, & ad intellectum, nam ad quem sensum concessit interrogationem respondēs, ad hūc interrogans usus est nomine, qm̄ ambo opinant̄ nomen de una atque eadem re dici: ergo manifestum est respondentem & ad sensum, & ad nomen esse redargutum, & dixit. [Vt forte ens & unum plura significant,] quia ens, & unum non sunt pure æquiuoca. Si

B gnificant.n. plura ad unum. Deinde assignat exēplū, & continuetur sic, licet ens & unū plura significent, [sed] pro tn̄, [& rn̄dens Zeno] imitator Parmenidis (ut Alex. inquit.) [& interrogans] s. Parmenides [unum putans esse] significatum entis, & unius, [interrogauit] subaudi utrum omnia sint unū, [& oro est] quæ probat sophistice, [qm̄ unū sunt oīa] non expressit aūt paralogismum, sed pōt esse, quia unū & ens conuertunt̄. Quare cū omnia sint ens, omnia erūt unū. Vtrum Zeno, qui (ut inquit Alex.) est imitator Parmenidis, sit ille Zeno, qui negauit motum, non est necessarium disserere. Fortasse duo fuerunt, alius qui dicebatur Parmenidis imitator, alius qui negauit motum. Sed hæc cura relinquatur Egidio, qui laborat in his, & si oratio est eo modo, quo dictum est, [hæc ad nomen est, & ad intellectum interrogātis disputata.]

Si autem aliquis plura putauerit significare, manifestum, quoniam non ad intellectum.

C Cum declarasset orationem multiplicem posse disputari ad intellectum, nunc ostendit eam posse disputari ad nomen, & [Si autem aliquis] scilicet respondens, & interrogans [plura putauerit significare,] & quia lectio est manca, supplendum est, & respondens ad aliud concessit, & interrogans ad aliud usus est nomine, ut est in canis exemplo uidere. [manifestum, quoniam non ad intellectum,] sed ad nomen, subaudi redargutus est respondens hoc pacto doctissimus Alexander uerba manca compleuit.

Primum itaque circa hmōi orationes, quæ plura significant est ad nomen & ad intellectum.

Cum hæc dixisset, ostendit falsum esse alias orationes esse ad nomen, alias esse ad intellectum, nam quod non sit ita. [Primum itaque] argumentum accipitur

D [circa huiusmodi orationes] id est accipitur ab huiusmodi orationibus, [quæ plura significant,] nam has [est ad nomen & ad intellectum,] sumere. nam multiplices orationes, (quales ut Alexander inquit) sunt æquiuocæ, & amphibologicæ, possunt referri ad idem significatum, & ad diuersa. Alex. autem subaudit falsum esse dicere paralogismos omnes ad nomen, & ad intellectum reduci. Primum quidem circa huiusmodi orationes, quæ plura significant, est ad nomen, & ad intellectum] subaudi reducere, ergo non aliæ sunt orationes, quæ sunt ad nomen, & quæ sunt ad intellectum, cum eædem esse posint, ut æquiuocæ, & amphibologicæ.

Deinde circa quemlibet est. Non enim in oratione est ad intellectum esse, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad ea, quæ dantur. E

Verbum circa quemlibet græce est, περὶ ὁντιναοῦ, & in ueteribus translationibus legitur circa quamlibet. Et tunc Egidius dicit, Arist. uelle probare eandem orationem disputari posse ad nomen & ad intellectum, non solum ex orationibus multiplicibus, sed etiā ex qualibet oratione, qm̄ non est in ipsa oratione pp ipsam orationem posse disputari ad nomen, & ad intellectum, sed in eo, quod respondens concedit. Nam si concedit orationem ad intellectum interrogantis, disputat ad intellectum, si aūt non respondet ad intellectum interrogantis, disputat ad nomen. igitur in qualibet oratione fieri potest ad nomen, & ad intellectū disputatio, & redargutio. Alexander autem intelligit περὶ ὁντιναοῦ, circa quemlibet, & per quemlibet intelligit interrogantem, & respondentem, nam fieri potest, F ut oratio non plura significet, & tn̄ respondens, & interrogans opinari possunt eam plura significare, & erit tunc nō in oratione quod circa sensum, & nomē, sed in eo quod respondens se habet aliquo modo ad concessa. Quod aūt ipsum quemlibet hoc signet, manifestū ex illo qđ dicit. Ait.n. non in orone esse circa sensum, & nomen, sed in eo qđ est rn̄dentem indocte se hr̄e ad interrogata, nam quæ uno modo dn̄r, æquiuoca putat, & q̄ multis modis, uno modo, dicit. [Deinde circa quemlibet]. s. rn̄dentem & interrogantem est, ut oratio sumatur ad nomen, & ad intellm̄. [Non enim in oratione] quatenus est oratio [est ad intellectum esse,] uel ad nomen, [sed in eo, qđ rn̄dens se habet aliquo modo]. i. indocte, [ad ea, quæ dant̄] rn̄denti, ab ipso. Nā si putat ęquiuocū dici uno modo disputat ad intellm̄, & ad nomen, & si putat dici multiplr̄, G disputat ad nomen, & non ad intellm̄, & si q̄ uno modo dn̄r, ęquiuoca putat, etiam disputat ad nomen. Cū igitur disputare ad nomen, & ad intellm̄ fiat ex parte disputantium, non uidetur hæc esse differentia paralogismorum.

Deinde ad nomen contingit oēs eos esse. Nam esse ad nomen, hoc in loco est esse non ad intellectum.

Tertio argumentatur oēs paralogismi possunt reduci ad nomen. igit̄ diuisio paralogismorum non est, quia alij sunt ad nomen, alij ad intellm̄, dicit. [Deinde] si (ut dictum est) paralogismi qui ad nomen sunt, ad intellm̄ sunt, [contingit omnes eos] .i. omnes paralogismos [esse ad nomē.] dico oēs, quia & qui sunt ex oronibus, & noībus plura significantibus, & qui sunt multiplices ex rn̄dentibus, & interrogantibus, q se hn̄t aliquo modo ad concessa. Omnes.n. ut simplr̄ H dixerim. 13. modi ad nomen reducunt̄. Si.n. (ut ipsis placet) omnes ad hæc duo reducuntur, & qui sunt ad nomen, & qui sunt ad intellm̄. Hi uero (ut dictum est) non differunt. sed in idem redeunt, manifestum, qm̄ omnes ad nomen dn̄r. Et quia posset esse contentio, quid per esse ad nomen sit intelligendū, addit [nā esse ad nomē hoc in loco est esse nō ad intellm̄.] quare cū contingat omnes esse non ad intellm̄, contingit omnes esse ad nomen.

Si.n. non oēs, erunt quædam aliæ, quæ neq; ad nomen, neque ad intellectum. Illi uero dicunt omnes, & diuidunt, uel ad nomē uel ad intellectum esse omnes, alias autem non.

Alexander secundū unā expōnē hoc dictū putat,

I esse assertiuum,& non argumentatiuum, hoc pacto si inuenirentur aliqui(ut monstrabitur)non esse ad nomen,isti nec ad sensum erũt. Erunt aũt illi,qui extra pñtem methodum cadunt. Hic.n.paralogismus,Socrates sedet,qui sedet,potest ambulare, igitur Socrates ambulat.nec ad nomen,nec ad intellectum est. Nã nulla oratio,quæ ponitur in ipso,est eorum,quæ multipliciter dñr. Aliter(ut mihi uidetur) legit Alexan.s. argumentatiue,& quod dicit Arist.tale est,si (ut monstratum est)omne quod est ad nomen,ad intellectum est. [Si non oẽs] sunt ad nomen,sed ad aliud quoddam,non erit eorum diuisio sufficiens. Nam [erunt quædam aliæ] .i. quidam alij paralogismi [erunt,qui neque ad nomen,neque ad intellectum]sunt,[illi uero dicunt omnes,& diuidunt omnes] paralogismos, [uel ad nomen,uel ad intellectum esse,alias aũt] orones
K nes paralogisticas [non] ponunt præter has. Tertio modo põt legi sic [Si.n.nõ omnes]subaudi sunt uel ad nomen,uel ad intellectum, [Erũt quædã aliæ,quæ neque ad nomẽ,neque ad intellectũ] sunt [Illi uero dñt omnes,& diuidunt omnes, uel ad nomen, uel ad intellm̃ esse,alias aũt non]dñt præter has. Et ita bene dictum est ad mentem horum, omnes uel esse ad nomen, uel ad intellectum. Dubitat autem Egidius de quadam consequentia,quam nunquam Arist.somniauit. Ideo hæc sufficiant. Non.n.quæ dicit, uidentur ad propositum.

Attamen quicunque syllogismi sunt propter id, quod est multipliciter,horum aliqui sunt,qui secundum nomen sunt.Nam absurde asseritur secundũ nomen dici omnes,qui sunt pp dictionẽ.

Cum accepisset diuisionem modorum non esse bene dictam,quia omnes paralogismi reducuntur ad no
L men,& sic illa diuisio non fuit per opposita,nũc ostẽdit nõ solũ esse absurdum asserere. 13. modos paralogismorum dici ad nomen, sed ꝙ absurdum sit ipsos sex,qui in dictione sunt,dicere esse ad nomen,qui longe magis uñr reduci ad nomen. Et continuetur sic textus, licet omnes paralogismi secundum argm̃ tactũ debeant & possent reduci ad nomen. [Attamẽ quicunque syllogismi sunt pp id,quod est multipliciter, horum aliqui sunt,qui secundum nomen sunt.]q.d. non oẽs,sed aliqui sunt secundum nomen.Cuius causam dicit. [Nam absurde asserit secundũ nomen dici oẽs,qui sunt pp dictiones.] Si ergo non oẽs,qui in dictione sunt,dñr ad nomen,de quibus magis uñ, quanto minus oẽs.13.erunt ad nomen. Quod aũt non omnes,qui in dictione sunt,dicantur ad nomen, Alex. per exemplum exponit,& dicit.Hoc esse in hmõi syl
M logismo.Socrates sedet.sedens potest ambulare. Socrates igitur ambulat. hic.n.paralogismus qui peccat per compõnem,ut superius exposuit Alex.in dictione est,qui tñ non est ad nomen. Egidius uero & alij, uerbum pp dictionem intellexerunt pp fallaciam figuræ dictionis,& tunc apud eos est sensus,non oẽs paralogismos dici ad nomẽ,quia non paralogismi, qui pp figuram dictionis fiunt. Nam in eis non est uera multiplicitas,sed phantastica. Sed errant, qm̃ secundum Alex.Arist. uult ostendere non omnes paralogismos reduci ad nomen,qm̃ si omnes reducerent̃ ad nomen, maxime reducerent̃ paralogismi, q pp dictionẽ sunt. At constat non oẽs hos dici ad nomen, quia nõ paralogismi,in quibus est deceptio secundum compõnẽ, ut p exemplum satis oñsum est. Vnde secundum hãc expõnem contra diuisionem prædictam Arist. uidetur sic argumentari,si diuisio paralogismorum esset ꝙ N
alij ad nomen,alij ad intellectũ dicantur,omnes essent ad nomen,deductum est hoc superius,sed non omnes dicuntur ad nomen, quia maxime dicerentur ad nomen paralogismi, qui sunt in dictione, qui tñ omnes non sunt ad nomen, ergo diuisio superius assignata non est bona.

Sed sunt quidam paralogismi non in eo, quod respondens ad eos se habet aliquo modo, sed quia talem interrogationem oratio ipsa habeat,quæ plura significet.

Cum dixisset superius Arist. non in oratione esse ad intellectum dici,uel ad nomen,& posset pp hoc aliquis credere omnem multiplicitatem esse in interrogatione,& in oratione ex parte utentis,nõ aũt ex parte ipsius orõnis,quasi hoc refellens inquit. [Sed sunt quidam paralogismi non in eo, quod respondens ad eos se habet aliquo modo] i.in quibus non est multi O
plex solum ex parte utentiũ, [Sed quia oratio ipsa] .i.paralogismus ipse [talem interrogationem habeat, quæ plura significet.]ut sunt orationes sophisticæ in quibus sunt interrogationes æquiuocæ & amphibologicæ. Si.n.aliquis interroget utrum canis latret aut non? Si respondens solum de terrestri dicat canem latrare,qui uero interrogat,de stella cõclusionem inducat,non fiet deceptio,quia bene responsum est, bene responsum dico,quo ad respondentis intellectum. uerum pp interrogatam orationem,est duplicitas,& deceptio. Quærit hic Egidius utrum esse ad nomen, per se competat alicui orationi,hoc quod quærit Egidius non inutile est, tñ responsio, quam assignat, friuola est,possumus igitur aliter dicere, orationem bifariam considerari posse, aut quantum ad primariam imposi P
tionem terminorum,ex quibus cõponitur, aut quãtum ad secundariam. Primo modo,aliqua orõ refert̃ ad nomen per se,aliqua aũt non, refert̃ ad nomen per se,æquiuoca,uel amphibologica(ut dixit Alex.)refert̃ ad nomen p se, & est multiplex per se, non refert̃ ad nomen per se,quæ est uniuoca, & nullo pacto multiplex,uerum(ut superius dictum est) si respondens putat orationem æquiuocam dici uno modo,non refert̃ ad nomen. Et si putat uniuocam dici multipliciter, refertur ad nomen. utroque tñ modo est ex parte utentis,& secundaria impositione.

Et omnino absurdum est de elencho disserere, sed non prius de syllogismo. Nam elẽchus syllogismus est. Quare oportet & de syllogismo prius,quam de falso elencho, quoniam hmõi elenchus apparens syllogismus contradictionis est.

Cum retulisset Arist.opinionem horum,quo ad di Q
uisionem ipsam,nunc refellit eam,quo ad ordinem doctrinalem,& dicit. [Et omnino absurdum est de elencho dicere,sed non prius de syllogismo,nam elenchus sylls̃ est] & non omnis sylls̃ est elenchus. Argumentor ergo,absurdum est de elencho dicere, & nõ prius de syllõ. [Quare oportet & de syllõ].s.falso[prius] dicere, [quam de falso elencho, qm̃ hmõi elenchus] .s.falsus[apparens sylls̃ contradictionis est] & sic falsus sylls̃ est genus ad falsum elenchum. Ergo oportuit eos prius dicere de falso syllogismo, quam de falso elencho,hoc autem cum non fecerint,uñr non bene ordinem tradidisse, oportuit igitur (ut Alexander inquit)quidnam sit syllogismus,dicere, & hoc inuẽto, inuenire quid est elenchus,inuenientes qd est elẽchus,

oportuit

A oportuit eos dicere aut .13. esse paralogismorum mo=
dos(ut dictum est),aut omnes ad elenchi ignorantiam
reducere. Quare oportuit prius de sophistico syll'o di
cere. Est .n. sophisticus elenchus apparens syll's con=
tradictionis,qui species est sophistici syllogismi. Ex-
positio uero Egidij ita conuenit uerbis Arist.ut cœlũ
cum terra, quod cum sit per se perspicuum , id quod
dicit ,omittendum est.

prece= dere προσ- κεῖσθαι adiungere adiacere.

*Quare aut in syllogismo erit causa,aut in cõtradictione.(Præ
cedere enim oportet contradictionem)quandoque autem in utro
que erit apparens elenchus.*

Cum hæc dixisset contra diuisionem paralogismo
rum,qua ueteres usi sunt,quasi obiter concludit, in q-
bus est causa deceptionis in omnibus paralogismis,&
.q.d. si debet apparens elenchus , & sophisticus syll's
fieri [aut in syll'o].i.in conclusione.ut exponit Ale=
B xander[erit causa].s.deceptionis [aut in cõtradictio
ne] .i.aut in contradictionis interrogatione. Cuius
causam dicit.[Præcedere.n.oportet cõtradictionẽ.]
Est.n. contradictio præcedens propõnem iuterroga-
tam,quasi uelit causam deceptionis esse,aut in conclu
sione ipsa,quæ syllogizatur,aut in propõne,quæ in-
terrogaẽ sub cõtradictione,per quam ipsa conclo syl-
logizaẽ.[Qñque aũt erit]causa deceptionis,&[appa
rens] ipse[elenchus in utroque].s.inconclone,& in
ꝓpõnibus, apparentẽ.n.elenchũ, & cãm deceptionis
ꝓ eodẽ accepit. Erit igitur causa deceptionis,ut Alex.
intelligit,aut in conclusione, aut in propõnibus , aut
in utroque modo.

σιγῶντα sigõta silẽtẽ silentia.

*Est autem de eo quod est σιγῶντα, sigonta dicere, in contradi=
ctione,non in syllogismo.*

Eius diuisionis,quam assignauit, nunc affert exem
pla,& primo qñ causa deceptionis est in ꝓpõne,& di
cit. [Est aũt de eo,quod est σιγῶντα,sigonta dicere] .i.
C de isto sophismate contingit sigonta dicere causa de-
ceptionis[in contradictione] .i.in ꝓpõne,quæ prius
interrogatur sub contradictione, [non in syll'o] qm̃
in hac conclusione,contingit ligna,ferrum, & lapides
dicere, non est deceptio , sed in maiore propositione
quæ est contingit sigonta dicere. Totus enim paralo-
gismus est, contingit sigonta dicere, ligna, ferrum, &
lapides dicis igitur contingit ligna, ferrum, & lapides
dicere. Deceptio itaque non est in conclusione, quia
uerum est te dicere ligna, ferrum,& lapides quæ sunt
silentia. Sed est in maiore , quoniam siogonta potest
accipi in accusatiuo singulari,& sic erit sensus,contin-
git silentem dicere. & potest accipi in accusatiuo plu
rali,& erit sensus,contingit silentia dicere. ergo causa
deceptionis, & multiplicitatis est in maiore propo-
tione,& non in conclusione . Et quoniam apud lati-
D nos non potest reperiri dictio , quæ possit accipi in
accusatiuo singulari, & plurali , quæ significare silen-
tem,& silentia,ideo siogonta diximus.

De eo aũt quod est(quod non habet aliquis,dare,)in utrisque.

Affert exemplum , quando causa deceptionis est
utrisque , & est paralogismus . quod quis non habet,
non dat. Cito aliquid quis non habet.ergo non dat ci
to.falsum uidetur,quia haberi potest aliquid & dari ci
to.In hoc ergo sophistico syll'o potest esse causa dece
ptionis in conclusione,quia non dare cito,non est nõ
dare aliquid,sed non dare cito. Et potest deceptionis
causa esse in minore , quæ potest intelligi de aliquo
non habente aliquid,& de non habente cito.Insuper
si fiat paralogismus , aliquis dat unum solum denariũ, E
non habet unum solum denarium.ergo dat,quod nõ
habet , erit defectus in conclusione , quia dare unum
solum denarium , non est dare, quod non habet , sed
modo, quo non habetur, & in minore, quia si habet
plures denarios,habet unum solum , licet non habeat
solum unum , dicit . [De eo autem] sophismate,
[quod est dare , quod non habet aliquis, causa dece=
ptionis est in utrisque] .s. in propositionibus & in
conclusione .

*De eo uero,quod est,quoniã Homeri poema est figura per cir=
culum,in syllogismo . Quæ autem in neutro est , uerus est syllo=
gismus.*

In conclusione sola habens falsum , paralogismus
est iste,Socrates sedet,sedens potest ambulare. Socra-
tes igitur ambulat,quod falsum est,quia sedebat. Hic
enim propositiones habet ueras, in conclusione autẽ
deceptionem habet , tamen Aristoteles ponit exem- F
plum aliud sic circulus est figura. Homeri poema est
circulus, est ergo figura . dicit. [De eo uero] sophis=
mate [quod est , quoniam Homeri poema est figura
per circulũ] id est quoniam est circulus, deceptio est
[in syllogismo] id est in conclusione,quoniam fal-
sa est conclusio.non autem aliqua propositio . Nam
Homeri poema ideo dici potest circulus, cum ab eo-
dem incipit & in idẽ desinit,quale illud Maronis est.
Ducite ab urbe domũ mea,carina ducite Daphnim.

*Sed reuertamur iam,unde uenit sermo. Vtrum quæ in disci=
plinis sunt orationes,ad intellectum sint? an non.*

Redit nunc ad propositum , & monstrat non alte=
rum esse quod ad nomen,& ad intellectum syllogiza-
tur.sed(ut dictum est)idem.dicit.[sed reuertamur iã
unde uenit sermo,] deinde quærit quæstionem,& di G
cit.[Vtrum quæ in disciplinis sunt orationes].s.so-
phisticæ,& deceptiuæ,[ad intellectum sint] .s.respõ
dentis,& per disciplinas(ut Alexander exponit)arith
meticam,geometriam,& quæ earum generis sunt, in=
telligit.respondet ? [an non,] ut sit sensus,aut non
sunt secundum intellectum respondentis . Vbi illud
Alexandri animaduertas per an non, responsionem
indicare ad partem negatiuam , ut sit sensus manife-
stum , quoniam non est ad intellectum respondentis
id,quod disputat,& interrogat opponens,nã ad aliud
significatum refert orationem interrogans,& ad aliud
respondens , & sic non ad intellectum , sed ad nomen
disputant.

*Et si is,cui uidetur plura significare triangulus,dederit etiam
non quasi eam figuram,de qua concludebat,quoniam duo recti,
utrum ad intellectum illius disputauit hic ? an non.* H

Soluta hac qõne,mouet aliam,& dicit . [Et si is]
.s.respondens,[cui uidetur plura significare triangu-
lus].i. plures species.s.scalenum, & isochelem,respon
dens interrogatus , utrũ anguli trianguli æquales sint
duobus rectis. [Dederit etiam non quasi eam figu-
ram] .s.isochelem, [de qua] interrogans conclude-
bat, [qm̃ duo recti] .i.qm̃ anguli trianguli sunt æ-
quales duobus rectis.[utrum hic].s.interrogans [ad
intellectum disputauit.] respondet, [an non] .i.ꝙ
non . Nam respondens , retulit triangulum ad aliam
speciem, & opponens , qui interrogat , ad aliam spe-
ciem . Ergo non disputant ad intellectum,hoc pacto
exposuit Alexander . Potest tamen aliter exponi,nã

I triangulus poteſt plura ſignificare, aut triangulũ geometricum. uidelicet. iſochele, & ſcalenum, aut arithmeticum, ut trinarium, & ſenarium, qui trianguli ſunt apud arithmeticum. Si ergo quæratur ab opponente, utrum triãgulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, & reſpondens, qui interrogatur, reſpondeat ꝙ ſic, intendens iſochelem qui eſt triangulus geometricus, interrogans autem redarguens ſyllogizet de triangulo arithmetico, utrum hi diſputent ad intellectum, reſponſio eſt ꝙ non, qm̃ non ad eundem triangulum ambo referunt nomen.

Inſuper ſi plura quidem ſignificat nomen. Ille autem non intelligit, neque putat quomodo is non ad intellectum diſputat.

Quod id quod eſt ad nomen, & id, quod eſt ad ſenſum idem ſit, monſtrat, nam ſi nomen multa ſignificauerit, & reſpondens non intellexerit illud nomen ſic

K ſe hr̃e, ſed putauerit unum tm̃ ſignificare. Deinde redarguitur a ſophiſta, hic certe non ſecundum ꝓprium ſenſum redargutus eſt, igitur quod eſt ad nomen, eſt ad opinionem, ſaltem reſpectu reſpondentis. Verum dictionẽ Alex. multipliciter intelligit, primo modo. [Inſuper ſi plura quidem ſignificat nomen, ille aũt] .ſ. reſpondens [non intelligit, neque putat quo mõ] .ſ. illud nomen multa ſignificat, [is] .i. iſte rñdens, [non ad intellectum] .i. non ad propriam opinionẽ, quam habebat de nomine, [diſputat] .i. redarguitur. Et ſic reſpectu reſpondentis idem eſt id quod eſt ad nomen, & id quod eſt ad opinionem, pro eodem. n. Alex. habet opinionem, ſenſum, & intellectum. Et ſecundum hanc expõnem ipſum qũo conſtruitur cum præcedenti. uidelicet. neque putat. Aliter legit. [Inſuper ſi plura quidem ſignificat nomen, ille aũt] .ſ. rñ-

L dens. [non intelligit, neque putat] ſubaudi illud nomen plura ſignificare. [quo modo is?] reſpondens. ſ. ſe habet, utrum ſit redargutus ſecundum opinionem, aut non eſt redargutus ad opinionem. Ecce uerbum quo modo eſt interrogatio. Ad quam reſpondet, [nõ ad intellectum diſputat] .ſ. reſpondens. i. non ad propriam opinionem eſt redargutus reſpondens, & ſic apud rñdentem idem eſt eſſe ad nomen, & ad intellectum, aut tertio poteſt conſtrui ipſum quo modo cũ ſequenti, ſic. [Inſuper ſi plura quidem ſignificat nomen, ille aũt] .ſ. reſpondens [non intelligit, neque putat] nomen illa ſignificare, & redarguitur ab interrogante, [quo modo is] .ſ. rñdens [non ad intellectum diſputat] .ſ. opponentis. q. d. immo, ergo quod eſt ad intellectum, & quod eſt ad nomen, idem eſt reſpectu rñdentis. Forte poſſet aliter exponi, ſed non curo.

M Illud tamen nolo ignores illam particulam non, cum dicitur [non ad intellectum,] non legi apud noſtrum græcum codicem, & ideo poſſet aliter exponi, ſed non curo.

Præter πεὶν ſecũdũ πλὴν

Aut quomodo oportet interrogare præter aſſignationem diuiſionis. Si & interrogauerit aliquis, ſi eſt ſigonta dicere an nõ, aut eſt quidem, ut non. Eſt autem ut ſic. Si autem aliquis dederit nullo modo. Ille autem diſputauerit, non igitur ad intellectum diſputat, neque ad nomẽ quamuis illa oratio uideatur earum eſſe, quæ ad nomen ſunt.

ſigõta σιγῶν τα ſilẽtia. quãuis κάιτοι cũ quo niam

Cum dixiſſet ob rationes, quæ dictæ ſunt, idem eſſe quod eſt ad ſenſum, & quod eſt ad nomen, & ꝙ non omnes falſi ſyllogiſmi, atque elenchi ad id reducãtur, quod eſt ad nomen, & ad ſenſum, qm̃ qui extra dictionem ſunt, ad hæc reduci nequeunt, nunc ſecundum unam expõnem, quam Herminius dare ur̃, quærit de modo interrogandi. Vbi attentione dignum fuiſſe quoſdam, qui non dant diuiſionem, ꝙ. uidelicet. nullũ uocabulum dubium, ambiguumque dicant, ut Diodorus cronus. Quoſdam autem qui dant quidẽ (ut Chryſippus, qui omne uocabulum ambiguum dicebat) diuiſionis tñ omnem partem refutabat. Ideo quærit [aut qũo oportet interrogare præter aſſignationem diuiſionis] & reliqua. Quæ expõ non ſatisfacit omnibus uerbis Ariſt. ideo dicit ſecũdum Alex. aliter, [aut qũo oportet interrogare] rñdentem in diſputationibus [ſecundum aſſignationem diuiſionis] .i. ſi prius ꝓmittatur diuiſio, ut [ſi & aliquis interrogauerit ſi] ꝓ utrum [eſt ſigonta dicere, aut non] .ſ. dicere eſt ſigõta. i. utrum hæc interrogatio quæ fit per diuiſionẽ fieri debet ſimplici probatione, [aut eſt quidem ut nõ, eſt autem ut ſic] .i. aut eſt faciẽda diuiſio, & membra illius exponenda, aſſerendo uno modo uerum eſſe ſigonta dicere, alio modo non uerum non uerum quidem ſimpl'r, quia ſimpl'r non eſt uerum, ut ſilẽs dicat, ſecundum quid autem uerum, quia lignum & lapidẽ ſilentem uerum eſt, ut aliquis dicat. Eſt ergo qõ utrũ cum interrogatio fit per diuiſionem, debet fieri per diuiſionem nudam nulla declaratione membrorũ facta, aut fieri debet membris expoſitis ac declaratis, & ſecundum hanc expõnem non πλὴν, ſed πρὶν, quod eſt ſecundum, uel prius legenda eſt græca dictio. Ad hãc .q. reſpondet Ariſ. & dicit. [Si aũt aliquis dederit nullo modo] .i. ſi aũt reſpondens nulla præmiſſa diuiſionis declaratione, dederit ſigonta nullo modo dicere, nec ſumendo ſigonta actiue nec paſſiue. i. nec, ut dicat, nec ut dicatur. [Ille aũt] .ſ. opponens diſputauerit, & redarguerit ipſum reſpondentem. [Non igit̃]

P opponens, [ad intellectũ diſputat, neque ad nomẽ,] quamuis [illa oratio,] per quam diſputat opponens, [uideatur earum eſſe, quæ ad nomen ſunt,] eo quia interrogatio de qua diſputat, eſt multiplex. ¶ Quo uero ad uerba attinet, illa uerba [neque ad nomen,] nõ in omnibus codicibus græcis reperiunt̃, ſed in illis, e q bus antiquus tranſlator, tranſtulit. Sed tunc eſt dubium, qũo neque ad intellectum, neque ad nomen diſputat opponens ſi reſpondens ſimpl'r dixerit ſigõta nullo modo dicere. Et ꝓpea aliter ex ijs, quæ Herm. dicit, exponi poteſt. [Si autem aliquis] .ſ. reſpondẽs [dederit nullo modo] ſigonta poſſe dicere, nec actiue, nec paſſiue. [Ille aũt] .ſ. interrogans [diſputauerit,] & redarguerit, [non igitur ad intellectum] reſpõdentis [diſputat] ac redarguit, quia reſpondens refert orationem ad ſimpliciter, interrogans ad ſecundum quid, [qm̃ illa oratio uidetur earum eſſe, quæ ad nomen ſunt,] non aũt ad opinionem reſpondentis. & per orationem paralogiſmum intelligit, quo interrogans redarguit reſpondentem. Et tunc uerbum [neque ad nomen,] non eſt legendum aliquo pacto. & uerbum κάιτοι, non pro quamuis, ſed pro cum, uel qm̃ eſt legendum. Nolo tñ ignores uerba huius lectionis, tam apud Herminium, quam apud Alexandrum legi obſcure, interprætarique nõn clare. Apud uero latinos nullo pacto, ut pace eorum loquar, eſſe intellecta. Placuiſſet enim mihi Egidium potius circa uerba debuiſſe elaborare, quam circa dubitationes inutiles.

N (margin) O (margin) Q (margin)

uerborũ expoſitio

Non ergo eſt genus aliquod orationum ad intellectum, ſed illæ quidem ad nomen ſunt. Et huiuſmodi non omnes, quoniam

neque

A *neque elenchi, sed neque apparentes elenchi. Sunt.n.& non propter dictionem apparentes elenchi, ut qui propter accidens, & reliqui.*

Hoc,quod Arist.infert hic, non ad proxime dictũ refert Alex.sed ad remote probatum,qm̃ demonstratum est idem esse quod ad nomen & quod ad opinionem,uel sensum,uel intellectum est,concludit.[Non ergo est genus aliquod orationum] .s.sophisticarum [ad intellectum,]quod non sit ad nomen. [Sed illæ quidem ad nomen sunt,]quæ subaudi sunt ad intellectum[& hmõi]qui ad intellectum sunt,non oẽs sunt ad nomen, [quia neque elenchi] .s.dialectici omnes reducuntur ad hæc.s.ꝙ alij ad intellectum, alij ad nomen sint, [sed neque apparentes elenchi] .s.sunt ad intellectum & ad nomen omnes. [Sunt.n.& non pp B dictionem apparentes elenchi. [sed extra dictionem [ut sunt [qui per accidens,& reliqui].s.sex,qui licet possint esse ad intellectum,non tñ sunt ad nomen. Et sic non possunt reduci ad hanc diuisionem. Quare frustra adducta diuisio est. ¶Dubitat hic Egidius,utrũ uerus elenchus possit disputari non ad intellectum, tenet ipse uerum elenchum posse disputari non ad intellectum,non tñ ad nomen. Primum probat,qñ in uero elencho aliqñ assumuntur termini,quorũ significata ignorat respondens.Nam si respondens ignorat significata terminorũ,qui in elencho assumuntur,põt disputare de significatione eorum, & sic erit disputare non ad intellectum. Quod autem hoc non sit disputare ad nomen,probat. qm̃ illa diuersitas non accidit C ex multiplicitate nominis,sed ex ignotantia rñdẽtis, qui ignorat quid est,quod dicitur per nomen. Sed pace tanti uiri dixerim, si ignarus respondens disputat non ad intellectum.ergo ad nomen.Omnis.n.disputatio,ut Arist.superius diuisit, aut est ad intellectum, aut ad nomen.nisi detur aliquod tertium, de quo disputatio fieri possit,quod neque sit nomen,neque intellectus,quod nec Arist.nec aduersarij concedunt,ꝓpterea cum licentia dicendi aliter,si aliter occurret,tenerem elenchum disputari posse non ad intellectum, & ita ad nomen.uerum disputare ad nomen est bifariam,aut pp ignorantiam respondentis,qui ignorat significationes terminorum,qui assumuntur in elẽcho, aut pp multiplicitatem terminorum,qui accipiuntur in elencho. Erit igitur non ad intellectum,& ad nomen pp ignorantiam respondentis, & non pp multiplicitatem terminorum. Alioquin non esset uerus elẽ D chus. Quod uero dicit Egidius Arist. dixisse idem esse non ad intellectum,& ad nomen,non ad mentem ꝓpriam,sed secundum opinionem aliorum, falsum est, qm̃ non datur tertium inter nomen & intellectum. Verum esse ad nomen hoc est pp esse ad multiplex, hoc non est idem cum eo,quod est esse non ad intellectum.sed esse non ad intellectum est esse ad nomen communiter sumendo esse ad nomen, aut ex parte ignorantiæ respondentis,aut ex parte multiplicitatis nominis.

Dubit. Egidij.

Refut.

Disputare ad nomẽ ẽ dupliciter.

Si autem aliquis postulat diuidere, quoniam dico quidem silentia dicere,hæc quidem sic, illa autem sic, postulatum hoc erit primum absurdum. Nam quandoque non uidetur interrogatum multipliciter se habere. Sed impossibile est diuidere, qui non putat.

Cum fecisset.q.utrum qui interrogat, debet præmittere prius diuisionem,& membrorum illius expo E sitionem,& argumentatus esset contra eos,qui dicunt diuisionem non præmittendam, nunc argumentatur contra aliud membrum, & probat non esse diuisionẽ præmittendam contra eos,qui uolunt diuisionem esse prætermittendam,& dicit.[Si autem aliquis postulat diuidere].i.si aliquis uoluerit diuisionem esse prætermittendam cum expõne membrorum illius [qm̃ dico quidem silentia dicere,hæc quidẽ sic].i uno modo.[illa autem sic].i.alio modo,ita ut membra exponantur, & diuisio & expositio præmittantur ab opponente,[postulatum hoc erit primum absurdum,] & ꝙ sit primum absurdum, probat, & dicit. [Nam qñque]ipsi interroganti[non uĩ] ipsum interrogatum [multipliciter se hr̃e,] quod tñ multipliciter se habet. Potest.n.interrogans existimare uniuocum, quod est æquiuocum,& econtrario.[sed impossibile est diuidere]multiplex,ei [qui non putat] illud esse diuisibile & multiplex, ꝙ igitur non sit diuisio præ- F mittenda,& membra illius exponenda,patet qm̃ non semper uidetur opponenti interrogatum esse multiplex,licet sit multiplex, & si non uidetur multiplex, non erit diuisio præmittenda. ¶Quo uero ad uerba attinet,cum dicit.[Hæc quidem]sic intelligit ut non apta loqui,ut lignum & lapides. [illa uero sic] .s.ut apta loqui, ut homines.

Deinde docere quid aliud erit? Manifestũ.n. faciet,quonã pacto se habet ei,qui neq; cõsiderat,neq; scit,neq; opinatur, quoniã liud aliter dicitur.

Deinde adducit secundum absurdum contra eos, qui uolunt præmittendam esse diuisionem, & membrorum illius expõnem. Nam si opponens sic præmitteret diuisionem, hoc non esset syllogizare sophistice,sed docere ipsum respondentem,& dicit [Deinde] subaudi si opponens præmitteret diuisionem,& G eius membra præexponeret, [docere] respondẽtem [quid aliud erit?] q.d.nihil aliud.ergo sophistice syllogizare esset docere respondentem. Cuius rationem dicit.[Manifestum.n.faciet,qm̃]pacto ipsum multiplex[se habet ei].s.respondenti[qui neque considerat] multiplex illud esse multiplex, [neque scit.].s. membra illius multiplicis,quo modo se hñt. [neque opinatur qm̃ aliud] s.oratio alia[aliter dr̃.] Qui ergo sic interrogat contra dialecticam dignitatẽ facit, docet.n.diuidere id,quod multipliciter dr̃,ut acutum qm̃ dicitur de uoce,& de pondere.Præterea.ut Alex. argumentatur, qui sic diuidit, aut hoc facit ad uictoriam,aut ad deceptionem respondentis. Constat nec ad uictoriam,nec ad deceptionem id fieri posse. Nam sic diuidens, & sic exponens notum facit responden- H ti,quod multipliciter dicitur.dico respondẽti,qui nescit,& non considerat quot modis multiplex dicitur. Postquam uero notum erit respondenti quot modis silentia dñr,rñdente negãte silentia dicere ad sensum falsum,si opponens ad aliũ sensum syllogizaret,derisibilis uideretur.

Et quoniam in non duplicibus quid prohibet hoc facere? ut putas æquales sunt unitates binarijs in quaternarijs. Sunt aũt binarij hi quidem sic inexistentes,illi uero sic.

Binarijs δυάσιν dualitatibu

Cum adduxisset secundum absurdum contra eos, qui in multipliciter dictis uolunt esse præmittendam diuisionem,& membrorum illius expõnem. Nũc adducit tertium,ꝙ. uidelicet. non solum in duplicibus, sed in uno modo dictis aliquando præmittitur diui-

I sio,& membrorum illius expositio. igitur non tm̃ in æquiuocis,sed in uniuocis illud fieri potest, cuius contrarium asserebant aduersarij,qui solum in ipsis æquiuocis diuisionem uoluerunt esse præmittendam cum expositione membrorum illius.dicit[&] subaudi absurdum est solum in duplicibus.i.æquiuocis diuisionē præmittere cum membrorum expōne, [qm̄ in non duplicibus] .i.in non æquiuocis, sed uniuocis [quid prohibet hoc facere] .i.diuisionem præmittere cum expōne membrorum,uel [hoc facere] .i.per diuisionem præmissam interrogare,& ꝙ per diuisionem interrogatio fieri possit, ostendit per exempla,quorum primum est in arithmetica,ut si interrogatio fiat talis utrum unitates,quæ sunt in quaternarijs sint æquales & tot,quot sunt binarij in eisdem. Hæc interrogatio fit ab arithmeticis & est non in æquiuocis, nam bina-
K rij non sunt multipliciter dicti,sed uniuoce, & tñ qñ fit hæc interrogatio ab arithmeticis, præmittitur diuisio.ꝙ.uidelicet.binarij alij sint incōmunicantes, ut a, b.& c.d. Alij aūt cōicantes.s.a,c.& b,d.& respondent arithmetici binarios esse tot,quot unitates in quaternarijs,loquendo indifferenter de binarijs cōicantibus, & incōicantibus,nam sic loquendo indifferenter, quatuor sunt binarij.s.a,b,c,d.a,c,b,d. Ergo non solū in duplicibus,sed in uniuocis, præmittitur diuisio cum expōne membrorum,dicit.[Vt putas] ne [æquales sunt unitates binarijs in quaternarijs?]exponunt autem arithmetici diuisionem hanc.quam affert, & dicit. [Sunt autem binarij,hi quidem sic inexistentes] inuicem,& cōicantes,ut a,c.& b,d.nam a,c. cōicat in b.& b,d.in c. [Illi uero sic] .i.alij uero non cōicātes, ut a,b.& c,d.enumerando itaque hos indifferenter.sic binarij sunt æquales unitatibus in quaternarijs,qm̄ bi-
L narij sunt quatuor,& unitates sunt quatuor. Alex.uero dicit,ꝙ referendo singulas unitates singulis dualitatibus,unitates non sunt æquales dualitatibus.sed referendo unitates dualitatibus indifferenter, sic quatuor sunt unitates,& quatuor sunt dualitates in quaternarijs,& hoc dicit,cum inquit.[Sunt autem binarij hi quidem sic inexistentes] .s.existentes sic quidem æquales,[illi uero sic].s.non æquales. Nam enumerando simul omnes dualitates æquales sunt quatuor unitatibus, referendo autem singulis dualitatibus singulas unitates non sunt æquales. Si ergo aliquis interrogationem proposuerit hoc pacto exponendo membra, interrogationē faciet diuisione p̄missa,& tñ nō interrogauit in duplicibus,quia nec dualitates,nec unitates sunt multiplices. Hæc Alex.de expōne huius loci,& de primo exemplo.

M *Et putas contrariorum una est disciplina,aut non? Sunt aūt cōtraria hæc quidem nota,illa uero ignota. Quare uidetur ignorare,qui hoc postulat,quoniam aliud est docere quàm disputare. Et quoniam oportet quidem docentem non interrogare,sed eum manifesta facere,illum autem interrogare.*

Nunc assignat secundum exemplum, per qđ uult habere, quod proposuit.s.ꝙ fieri possit interrogatio cum expōne membrorum etiam in non æquiuocis, & dicit.[Et putas contrariorum una est disciplina?] constat aūt eum,qui hanc interrogat, præmittere diuisionem,quam scribit,& dicit.[Sunt autem contraria, hæc quidem nota,]ut calidum.& frigidum,& cætera, quæ opponuntur contrariæ.[Illa uero ignota, [ut q̄ opponuntur relatiue,uel priuatiue. ergo non solum in æquiuocis præmittitur diuisio,sed in uniuocis. Nā N contraria,& disciplina non ęquiuoca sunt,& tñ in eis fit interrogatio. Ex ijs concludit ignorantiam aduersarij,qui asserit præferendam esse diuisionem,& dicit. [Quare,qui hoc postulat] .i.aduersarius,qui uult diuisionem cum expōne esse præponendam, [uidetur ignorare,qm̄ aliud est docere q̄ disputare,&]etiam uidetur ignorare, [qm̄ oportet quidem docentem non interrogare,sed eum] .s.qui docet,oportet [manifesta facere]discipulo,ea quæ interrogat,& præmittere diuisionem, & membrorum expositionem, & omnia exponere,ut discipulus discat. [Illum autem] .s.dialecticum sophistam oportet [interrogare] respondētem sine diuisione,& expōne,qm̄ disputat, & nō docet,sed(ut Alex.inqt.)ad uictoriā& ad deceptionē agit. At q ad uictoriā,& ad deceptionē agit,nō de- O
bet manifesta facere.

Insuper ut affirmet,uel neget,postulare,nō mōstrantis est, sed experimentum sumentis. Nam tentatiua dialectica quædam est, quapropter & de omnibus inspicit,& speculatur non scientem. sed ignorantem,atque simulantem.

postulare ἀξιοῦν τὸ interrogantis interrogare

Egidius putat Arist. uelle ostendere opponentem non oportere distinguere in doctrinalibus. Quæ expositio stare non potest,quia superius distinguere, & membra diuisionis exponere nihil aliud esse q̄ docere. ergo distinguere tum expōne membrorū attinet ad doctrinalia. Alexander asserit Arist. uelle distinguere eos,qui interrogant per diuisionē.& tu intellige Aristotelem uelle destruere eum, qui per diuisionem interrogat,absque membrorum expōne. Nam duplici-
P ter potest opponens interrogare per diuisionem,uno modo compellendo respondentem,ut affirmet uel neget,nulla membrorum expōne præmissa. Alio modo præmissa expōne membrorum, primum attinet ad dialecticum, qui tentat. secundum autē attinet ad doctrinam,& ad eum,qui docet,dicit ergo.[Insuper postulare] .i.interrogare propōnem per diuisionem & sine expōne & cogere respondentem, [ut affirmet, uel neget].i.ut simpl'r dicat ita,aut non.[Non monstrantis] .i.docentis [est,sed experimentum sumentis].i.sed tentantis,& periculum accipientis de respōdente. Quod autem sit hoc tētantis, probat, quia hoc est dialectici. Tētans autem est dialecticus. igitur hoc est tentans,assignat minorem,uel propōnem. quæ æqualis est minori,& dicit. [Nam tentatiua dialectica quædam est,] hoc autem æquale est huic, tentans est dialecticus,quæ fuit minor.[Quapp] .i.(ut exponit Q
Alex.)tentatiua est dialectica,quapp.i. [ut & de omnibus] experimentum sumendo,[&] ut speculetur [non scientem,sed ignorantem atque].i. [qui] non scit, sed simulat scire.

Qui igitur secundum rem considerat communia, dialecticus est. Qui uero id apparenter facit,sophisticus.

Cum accepisset tentatiuam esset dialecticam quandam,qm̄ non est idem dialectica,& tentatiua,sed differunt, hic (ut Alex.exponit) earum differentiam assignat. Et secundum Alexandrum dictio Aristotelis est diminuta,& debet legi secundum Alexandrum sic. [Qui igitur secundum rem] .i.in rei ueritate [cōia considerat,dialecticus est,] & per cōia intelligit,quæ omnibus,uel pluribus,uel sapienribus apparent. Qui uero subaudi tu,considerat probabilia,quæ apparent respondenti, est tentatiuus,hoc (ut Alexan.inquit.) deficit,

A Deficit. [Qui uero id apparẽter facit] .i. qui ex apparenter probabilibus non existentibus tñ considerat cõia, [sophisticus est,] hæc est expõ Alex. secundum quam illa particula οὖν, non illatiue pro igitur, legenda est, sed aduersatiue pro sed, uel aũt. Egid. uero nõ ab rõne legit aliter, nam cum dixisset dialecticam esse de omnibus, ne credat aliquis eam esse de omnibus, ut est sophistica, ostẽdit per uiam corollarij aliter esse de omnibus dialecticũ, & aliter sophistam, & q̃ dicit, non displicent.

litigiosus ἐριστικὸς contentiosus B deceptorius ἀπατητικὸς allucinatorius sediciosus Expositio Alex.

Et syllogismus litigiosus, & sophisticus, unus quidem est apparens syllogismus circa ea, de quibus dialectica tantatiua est, quamuis uera sit conclusio. Nam eius, quod est propter quid, deceptorius est.

Egidius uno modo exponit ꝙ Arist. uelit determinare de syllogismis apparentibus, atque sophisticis ꝑ comparationem ad syllogismos tentatiuos. & hoc facit, ut dicit. ne quis credat eundem esse syllm̃ apparentem, & tentatiuum. Alio modo exponit, cum in hoc libro tradatur notitia de syllogismis litigiosis, & sophisticis, cum tentatiuus sit sylls litigiosus atque sophisticus, ad doctrinę complementum Arist. asserit agere hic de tentatiuis syllogismis, per quæ patet, quouis modo exponatur Arist. agere de tentatiuis syllogismis secundum Egidium. secundum uero Alex. Arist. in proximo textu assignauit dr̃iam inter dialecticũ, & tentatiuum, & sophisticum. nunc uult ut dr̃iam assignet inter sophistam, seu sophisticum & litigiosum. Et quia dr̃ia hæc hr̃ ab his, de quibus considerat. Ideo primo exponit litigiosum syllm̃, & sophisticum, ut accipiuntur pro uno eodemque postea tradet dr̃iam inter syllm̃ litigiosum, & sophisticum, ut hñr dr̃ia inter

C eum, qui litigiose syllogizat, & eum, qui sophistice argumentatur. supponens ergo litigiosum syllm̃, & sophisticum esse unum atque eũdem, diuidit litigiosum & sophisticum, qui pro eodem accipitur, in duos, & dicit. [Et sylls litigiosus,] quem græci ἐριστικὸν uocant, ꝙ sit contentiosus, [& sophisticus,] qui pro eodem nunc accipitur, [unus quidem est apparens] .s. sylls, quia non est sylls, sed oratio a syllogistica, [circa ea,] & ex eis probabilibus syllogizans apparenter, [de q̃bus dialectica] tentat, siue [tentatiua est.] ut sunt ꝓbabilia, quæ apparent respondenti,]quamuis uera sit conclusio,] uel quolibet aliter, non. n. refert, modo sit a syllogisticus ex ijs probabilibus, quæ apparent rñdenti. Est aũt hmõi sylls, qui ex duabus affirmatiuis aliquid syllogizat in secunda figura, aut ex duabus par-

1. post. D ticularibus in quauis figura, aut quolibet aliter syllogizat, quemadmodum. Ceneus ex duabus affirmatiuis syllogizabat in secunda figura, qm̃ ignis est in multiplici analogia, quod est in multiplicata analogia cito crescit. Ignis cito crescit. igitur ignis est in multiplicata analogia. sylls ergo, qui figuram non sanam habet, litigiosus, & sophisticus est. Hos. n. Arist. ex æquo ꝑ uno accepit, licet electione differant, ut postea dicet. Deinde assignat causam, cur hmõi apparens sylls, sit a syllogisticus, & dicit. [Nã est deceptorius eius, quod est pp quid] .i. medij termini, quem pp quid uocat, qa est causa conclusionis. nam licet uere medius terminus de ambobus extremis prædicetur in secunda figura, quia tñ ambæ propõnes affirmatiuæ accipiunt, ideo deceptorius est medij termini. Non. n. ambas sic oportet accipere, sed alteram affirmatiuam, alteram

E negatiuam. Quare deceptorius est eius, quod est pp quid. Insuper si duas particulares accipiet, ut in hoc, pittacus sapiens pittacus studiosus. sapiẽtes igitur studiosi, hoc etiam deceptorius est, medij termini, licet illius conclusio uera sit. Non. n. est necessarium si pittacus studiosus sit, & sapiens, & sapientes studiosos esse pp syllm̃. Dicit hic, Arist. apparentem syllm̃ esse circa ea, de quibus dialectica tentatiua est, per quod indicat circa quæ dialectica tentatiua est, esse sophisticam deceptiuam licet sit dr̃ia. Nam tentatiuus quidem ad utilitatem (ut dictum est,) illius qui simulat rem scire nõ ex simpliciter probabilibus id facit, sed ex his, quæ apparent simulanti scire rem. Sophista uero tam ex simpliciter probabilibus, quam ex apparentibus ei, qui scire rem simulat, ad decipiendum syllogizat, ut ex q̃busdam æquiuocis, aut amphibolis, aut ex alijs id genus, sunt harum orationum species plures apud Platonem in dialogis, de quibus nunc hactenus. F

Et quicunque (cum non sit secundum cuiusque disciplinam) paralogismi uidentur esse secundum artem.

Egidius hic obdormiuit, non. n. pace tanti uiri dixerim, hunc locum intellexit, ideo habeat. Quare dicamus duos esse litigiosos esse sylls, alterum (ut dictũ est) qui a syllogisticam habet figuram, alterum uero, q̃ licet figuram habeat syllogisticam, tñ non ex proprijs principijs est, quæ sunt secũdum artem propositam, neque est utens propõnibus proprijs rei, uidetur tñ esse secundum artem, hoc est ex proprijs propositæ artis, dicit. [Et quicunque] .s. syllogismi [cũ nõ sint secundum cuiusque disciplinam] .i. secundum principia artis cuiusque propositæ, [paralogismi uidentur esse secundum artem] id est secundum principia artis, etiam syllogismi sunt litigiosi, & sic non solum, qui peccant in figura, sed qui peccant in principijs, litigiosi sunt syllogismi. G

Pseudographemata. n. non litigiosa sunt quippe cum sint secũdum ea, quæ sunt sub arte paralogismi.


Alexander legit uerbum enim quod græce est γὰρ, pp hoc, ut sit sensus, & pp hoc, quod dictum est [pseudographemata] .i. syllogismi falsigraphi, [non litigiosi sunt,] sed (ut Alex. inquit) dialectici. [quippe cum sint paralogismi secundum ea] .s. principia, [q̃ sunt sub arte,] ex proprijs. n. principijs geometriæ fiunt nonnulli falsigraphi syllogismi, qm̃ non fiunt, ut decet, cum non ex ueris, nam (ut primo topicorũ dicit) aut quia semicirculos describit, non ut oportet, aut quia lineas aliquas ducit, non ut ducendæ sunt, paralogismũ facit falsum scribens. Quare pseudographemata id est sylli pseudographi, qui etiam falsigraphi dñr, non litigiosi sunt, nam sunt paralogismi ex proprijs principijs. H

Neque si aliquod est pseudographema circa uerum, ut Antiphontis, & Hippocratis quadratura per lunulas.

Cum dixisset pseudographemata nõ esse litigiosa, dicit. [Neque si aliquod est pseudographema circa uerum.] .i. neque si aliquis erit sylls falsigraphus, laborans ad probandum uel syllogizandum aliquid uerũ subaudi est litigiosus sylls, [ut Antiphontis & Hippocratis quadratura per lunulas.] Syllogismi. n. horum, quibus syllogizant tetragonismum per lunulas, non sunt litigiosi, qm̃ seruant propria principia geometriæ, sed sophistici. Hippocrates uero & Antiphõ quadrabant circulum scribendo quadratum intra cir-

I culum, & pro hmõi descriptione lunulæ in circulo apparebant. Portiones.n.circuli, quibus circulus quadratum excedit, similitudinem habent lunæ. Tūc syllogizabant, omnes lineæ ductæ de puncto ad punctū sunt æquales. chordæ & arcus ducuntur de pūcto ad punctum. ergo sunt æquales. Hinc concludebant portiones, siue arcus circuli æquales esse lateribus quadrati. Quare concludebant totum circulum esse æqualē toti quadrato, syllogizabant ergo ex proprijs principijs geometriæ, non tñ intellectis, ut decet, quia cum acceperunt omnes lineas ductas de puncto ad punctū esse æquales, non est uerum, nisi de rectis lineis, & non de arcu & chorda. ¶ Quo uero ad uerba attinet, in co-


K



dicibus græcis nostris, non hr̃ uerbum Antiphontis, bene tñ Alex. uerbum illud legit. Nam secūdū Alex. Hippocrates, & Antiphon eodem modo quadrabāt circulum.

Sed, ut brysson quadrauit circulum, nam & si quadretur circulus, quia tamen non secundum rem, ideo sophisticus.

L Nunc per exemplum exponit quis syll's sit litigiosus & sophisticus, & dicit. Sed ut brysson quadrauit circulum] .i. sed syll's, quo brysson utebatur ad quadrandum circulum est litigiosus, & sophisticus. [Nā & si quadretur circulus] .i. nā & si syllogizetur quadratura circuli per syll'm bryssonis, [quia tñ non secū dum rem] .i. quia tñ non est ex principijs proprijs geometriæ, sed ex quibusdam cōibus. [Ideo] syllo-



M *De quadratura bryssonis. uide 1 pos. te. com. 5*

gismus, quo utebatur, erat [sophisticus,] & litigiosus. Brysson describebat quadratum intra circulum, & extra circulum, postea syllogizabat, in quibuscūque reperitur maius & minus, reperitur æquale. Sed reperit̄ quadratus maior circulo, utpote qui extra scribitur, & quadratus minor, utputa, qui intra scribitur. ergo reperitur quadratus æqualis circulo. Hic est syll's bryssonis, qui licet uerum concluderet, tamē ex quibusdam cōibus est, & falsis. Ex cōibus quidem, qm̃ in numeris & tp̄ibus, & locis, & alijs cōiter competunt propōnes ex quibus constat. Ex falsis uero, qm̃ octo & nouem decem & septem minora & maiora sunt, & tamen nō sunt æqualia. Insuper syllogismus inducens, qm̃ uirtutes sunt doctrinæ, eo quia doctrinæ prius non existentes postea nobis insunt uirtutes prius non existē tes, postea insunt. igitur uirtutes sunt doctrinæ, litigiosus, & sophisticus est. Non.n.ex proprijs rei syllogizat propositum. nam in alijs quamplurimis accommodari potest. N

O *Quare & qui ex his apparens syllogismus est, litigiosa oratio est, & qui secundum rem apparens. Nam qui secundum rem apparens syllogismus est, quamuis sit syllogismus, litigiosa tamen oratio est. Apparens enim est secundum rem, quare fallax, & iniustus.* *nam οὐ γὰρ ut ὥσπερ quan*

Cum exposuisset litigiosos syll'os, & eum, qui peccat secundum figuram, & eum, qui nō est ex proprijs principijs propositę methodi, apparet tamen esse, nūc conglutinat eos in unum, aut nunc (ut magis uidetur) imponit eis unum nomen, & dicit. [Quare & qui ex his apparens syll's est, litigiosa oratio est, & qui secundum rem apparet] est, etiam litigiosa oīo est, & per syll'm, qui apparet ex his, intelligit eum, qui non habet sanam figuram, & per eum, qui secundum rem apparet, intelligit eum, qui apparet esse ex proprijs principijs methodi, & non sunt. Ambo.n. uno nomine dicuntur. s. litigiosa oratio. Deinde assignat causam, quare syll's. qui apparet esse ex proprijs principijs, sit litigiosa oratio, & dicit. [Nam qui secundum rem apparens syll's est] .i. nam syll's, qui apparet esse ex proprijs principijs, & non est, [quamuis sit syll's] .s. seruans figuram, [litigiosa tamen oratio est.] Cuius causam assignat, & dicit. [Apparens.n. est secundum rem] .i. quia apparet esse ex proprijs principijs, & non est, & ppea concludit, [quare fallax] .i. deceptiuus, [& iniustus] .i. sophisticus est. ¶ Quo uero ad dictionem attinet, uerba textus in codicibus græcis omnibus non leguntur eodem modo. In nostris uero ita leguntur, ut trāslata uidere potes. Ex his patet quadraturam bryssonis falsum syllogizare, est.n. falsum quadratum esse circulo æqualem, & concesso eo, quod syllogizauit, p uero, eius syll's litigiosus erat cum non ex proprijs esset. Insuper quod accepit, non est in omnibus uerum, nam in eis, quæ non sunt eiusdem rationis, non oporret, si maius detur & minus, ut detur æquale. Sed illud solum uerum putant in ijs, quæ sunt eiusdem rōnis. Patet insuper demonstratiuum syll'm contrarium esse & falsigrapho, & tentatiuo, tentatiuo quidem, quatenus demonstratiuus est ex proprijs disciplinæ. Tentatiuus uero non ex proprijs. nam qui tentat, non ex proprijs syllogizat. Sed simulat syllogizare ex pprijs, falsigrapho aūt, quatenus demōstratiuus est ex ueris, falsigraphus autem, ex falsis. P Q

Quemadmodum enim ea (quæ in certamine est iniustitia, quādam speciem habet, & est quædam iniusta pugna, sic in contradictione) iniusta pugna contentiosa est. Nam & illic, qui omnino uincere uolunt, omnia tentant. & hic, qui contentiosi sunt. *iniustitia ἀδικία iniuria*

Cum

A Cum Arist. declarasset syll'm tentatiuum non esse ex proprijs, sed apparere esse ex proprijs, nunc probat eum syll'm, qui sic syllogizat, esse contentiosum similitudine (ut Alex. exponit) sumpta a cursorijs prælijs. Nam quemadmodum in cursorijs certaminibus, quædam iniustitia est, cum cursores simul currere cœperint, ut mutuo se impediant, sic & in disputatione iniustitia quædam litigiosa est, ut disputantes ita se impediant, ut aliter inducere non possit illud, quod præcogitauit. Aut alter secundum Alex. sicuti in certamine cursorio iniustitia fit, ut ante currens, impediat posterius currentem, sic contentiosa iniustitia est, quũ alter disputantium impediret alterum illum decipiendo. Hæ sunt duæ Alex. expositiones, quæ pace tanti uiri dixerim, non possunt uerbis Arist. applicari, propterea annotatione dignum, ut ex secundo rhetoricorum libro colligitur, rhetor in causis persuadet iudici suam causam, multipliciter & quantum spectat ad ꝓpositum, aut per ea, quæ sunt præter rem, ut cum mouet iudicem ad odium, uel cõmiseratione, uel ad qualemuis affectum, aut per ea, quæ sunt ad rem, ut cum persuadet oratione, quæ fit a locis, & proprijs considerationibus rhetoricis. Prima persuadẽdi species est iniusta, quia non fit per ea, quæ sunt propria rei. Secunda autem iusta, quia fit per propria rei. Dicit igit Arist. [quemadmodum.n.ea iniustitia.] .i.ea oratio, [quæ est] ex ijs, quæ sunt præter rem [in certaminibus] .f. forensibus, atque iudiciarijs coram iudicibus, [quandam speciem] atque similitudinem [habet] iustæ orationis, quæ fit ex ijs, quæ sunt ad rem, [&] tñ non est iusta, sed [quædam pugna] .i. sed quædam oratio litigiosa [iniusta, sic & in contradictione] disputatoria [iniusta pugna] .i. tentatiuus syll's, qui fit non ex ijs, quæ propria sunt disciplinæ, sed ex ijs, quæ apparent respondenti, [contentiosa est] .i. syll's litigiosus est. Cuius causam assignat, & dicit. [Nam & illic] .f. in certamine forensi causidici, [qui omnino uincere uolunt] .f. per fas & nefas, [omnia tentant] & ad rem, & præter rem, ut uincãt, atque consensum iudicis lucrentur, [& hic] .i. ita quoque in disputatorio certamine sophistæ, [qui contentiosi sunt,] oĩa tentant & cõia, & propria, modo appareant respondenti. Patet igitur ex hac similitudine tentatiuum syllogismum esse litigiosum. Litigiosum uero, qui non ex ijs, quæ sunt propria disciplinæ, sed quæ apparent respondenti.

D *Qui igitur uictoriæ ipsius gratia tales sunt, contentiosi homines, litiumq; amatores uidentur esse. Qui autẽ gloriæ gratia, quæ in diuitijs est, sophistici sunt. Nam sophistica est (ut diximus) pecuniarum quædam aucupatiua ab apparente sapientia. quapp demonstrationem apparentem appetunt.*

Ex dictis concludit dñam inter litigiosos, & sophistas, qui sunt in rhetoricis causis, non per se, sed quasi obiter ex dictis. In forensibus.n. causis (ut secũdo rhetoricorum hr̃.) Aliqui dñr contentiosi, aliqui uero sophistæ, ideo horum dñam assignans, dicit. [Qui igit uictoriæ ipsius gratia tales sunt] .f. syllogizantes non ex proprijs rhetoricæ, sed ex ijs, quæ sunt præter rẽ, [contentiosi homines,] atque litigiosi, [litiumque amatores, unr̃ esse, qui autem gloriæ gratia, quæ in diuitijs est] .i. qui autem syllogizant ex ijs, quæ sunt. ꝑter rem, ut luctentur. [sophistici sunt.] Cuius rõnem assignat, & dicit. [Nam sophistica est (ut diximus) pecuniarum quædam aucupatiua ab apparente sapiã.] E Hanc.n. rhetoricæ partẽ Plato, & Arist. appellant sophisticam. Docet.n. simulare sapĩam pp lucrum. Hinc concludit, [quapp demõnem apparentẽ appetũt,] ut per illam uideantur sapientes.

Et in eisdem orationibus quidem sunt litium amatores, & sophistæ, sed non propter eadem, & eadem oratio quidem erit sophistica, & contentiosa, sed non propter idem. Sed quatenus quidem est ob uictoriam apparentem, contentiosa. Quatenus uero ob sapientiam, sophistica. Sophistica nanque est quædam apparens sapientia. non autem existens.

Cum obiter deduxisset in eisdem causis, quis rhetor est litigiosus, quis uero sophista, nunc exponit in eisdem syllogismis, atque disputationibus quis sit logicus litigiosus, quisue sophista, & dicit. [Et in eisdẽ orationibus quidem] .f. syllogismis, & disputationibus, [sunt litium amatores] .f. litigiosi, [& sophistæ, sed non pp eadem,] hoc est, sed non pp eundem finẽ. F [&] non solum in eisdem orationibus, sed [eadem oratio quidem erit sophistica & contentiosa, sed non pp idem,] & eundem finem [sed quatenus quidẽ est ob uictoriam apparentem] oratio .i. syll's erit [contentiosa, quatenus uero ob sapientiam] .i. ut ille, qui eã introducit, uult uideri sapiẽs, oratio erit [sophistica.] Cuius rationem assignat, & dicit. [Sophistica nãque est quædam apparens sapientia, non autem existẽs.] Sed nõ eodem modo in causis, & in disputationibus. Nam in causis sophistica est apparens sapientia propter gloriam, quæ est in diuitijs. In orationibus uero, ut uideatur sapiens sophista, & propter gloriam in sapientia.

Contentiosus uero est quodammodo sic se habens ad dialecticum, ut pseudographus ad geometricum. Nam ex eisdem dialectice paralogizat, ut pseudographus geometrice. G

Qm̃ in græco legitur ἐριστικὸς, quod est masculini generis, & λογὸς, etiam masculini generis in græco, ideo nonnulli referentes uerbum ἐριστικὸς ad λογόν. transtulerunt, contentiosa uero .f. oratio, & ψευδογράφος .i. pseudographa oratio, Alex. autem retulit non ad orõnem, sed ad ipsos artifices. Dicit.n. Arist. quatuor hic accipere litigiosum, & dialecticum. tentatiuum (qui græce dr̃ pseudographus, barbarice falsigraphus) & geometricum. & hos comparat inter se, & asserit ut se habet pseudographus ad geometricũ (subintrat.n. ipm. & ex proprijs illius principijs syllogizat.) sic litigiosum se habere ad dialecticum, & hoc dicit. [Contentiosus uero est quodam modo sic se hñs ad dialecticũ, ut pseudographus ad geometricum] & declarat qũo, & dicit. [Nam eisdem] .f. litigiosus [dialectice] .i. ex H probabilibus [paralogizat, ut pseudographus geometrice.] Recte Alex. asserit dictionem esse defectiuam, quia non eodem modo dialecticus & litigiosus ex ꝓbabilibus sunt. nam dialecticus est, tum ex probabilibus, tum ex existẽtibus. At litigiosus ex probabilibus quidem est, non tñ exñtibus, sed apparẽtibus, silr̃ ex eisdẽ artib⁹ syllogizat pseudograph⁹, & geometra, nõ tñ eodẽ modo. nã pseudographus ex eisdẽ falso mõ acceptis. geometra autem uere acceptis.

Sed hic quidem non est contentiosus, quia ex principijs, & cõclusionibus, quæ sub arte sunt, pseudographiam facit. Qui autem ex ijs, quæ sub dialectica, circa alia, ꝙ sit contentiosus, manifestũ est. Vt quadratura quidem, quæ per lunulas, non contentiosa. Illa uero bryssonis, contentiosa.

I Cum comparasset artifices inter se, dr̄iamque inter eos demonstrasset, nunc exponit hmōi dr̄iam, & dicit. [Sed hic quidem] .s. pseudographus [non est contentiosus quia] nō est extraneus, sed [ex principijs & cōclusionibus] subaudi falso acceptis, [q̄ sub arte sunt, pseudographiam] .i. sylľm pseudographum [facit.] ut postea per exempla patebit. [Qui autem ex ijs,] scilicet principijs & conclusionibus, quæ falso accipiūtur [sub dialectica, circa alia.] .s. applicata, ut uel circa geometrica, uel naturalia, uel cætera talia subaudi syllogizat. [Quod sit contentiosus, manifestum est.] Hæc est declaratio dr̄iæ. Deinde per exempla ostēdit hanc dr̄iam, & dicit. [Vt quadratura quidem] subaudi Hippocratis. [quæ per lunulas,] ut superius est expositum, [non contentiosa] oratio uel sylľs est, nec Hippocrates, qui per eam syllogizat, est contentiosus,
K qm̄ ex principijs geometriæ, falso tn̄ acceptis, sylľm facit. [Illa uero] subaudi quadratura [bryssonis, contentiosa,] & bryssōn contentiosus est, non.n. ex principijs proprijs tetragonizare tentat, sed ex quibusdā cōibus falso acceptis ad geometriam applicatis, syllogizat, ut superius est expositum.

Et illam quidem non est transferre nisi ad geometriam solū, quoniam ex proprijs est principijs. Hanc autem ad plures (quicunque nesciunt quid est possibile in unoquoque, & quid impossibile. Nam accōmodabitur,) quam ut Antiphō quadrauit. uel si quis non dicat melius esse post cœnam deambulare per Zenonis rationem, non medicinalis, Communis enim est.

Secundum Alex. Arist. quasi concludit aliam differentiam, & dicit. [Et] subaudi pp hoc [illam quidē] rationem Hippocratis, qua quadrauit circulum, [non est transferre, nisi ad geometriam solum, qm̄ ex proprijs] subaudi geometriæ [principijs est] falso tamē
L acceptis, per quæ uult habere pseudographum sylľm non esse nisi unius disciplinæ [Hanc autem] quadraturam bryssonis, est transferre [ad plures,] & subaudi ad eos, [quicunque nesciunt quid est possibile.] id ad tot quot [nesciunt quid est possibile] hoc est quid est uerum [in unoquoque] genere disciplinæ, [quid impossibile] .i. & quid falsum. Hanc dico bryssonis ad plures applicari, [quam ut Antiphon quadrauit] & Hippocrates, cum.n. sylľs Hipp. & Antiphon. fit ex principijs proprijs geometrist, non potest nisi geometricis applicari. Quod uero sylľs bryssonis ex prīcipijs cōibus est, potest in multis applicari. Sic.n. syllogizare possumus ex sylľo bryssonis, cerusa & ouum niue quidem nigriora sunt, melle uero albora. At ouis albiora & nigriora similiter sunt alba. Ouum igitur &
M cerusa similiter sunt alba. insuper piper & aleum igne quidem frigidiora, oleo calidiora. At quæ eisdem calidiora & frigidiora similiter sunt calida. Piper igitur & aleum similiter sunt calida. quare bryssonis sylľm possumus transferre & ad alia. Sylľm uero Antiphontis. uidelicet. qui est per lunulas nō possumus ad alia trāsferre per quæ uult habere litigiosum sylľm compluribus posse transferri, & sic hr̄ quasi secunda differētia. Assignat alium syllogismum, qui potest transferri ad multa, & dicit. [Vel si quis non dicat] .i. uel si quis syllogizet non [esse melius post cœnam deambulare, per Zenonis rationem,] qua probauit motum non esse, ea subaudi ratio [non medicinalis,] non.n ex principiis proprijs medicinæ est. [Cōis.n. est,] & ex cōibus quibusdam. & pp hoc etiam syllogismum Zenonis est transferre ad alia, ut qm̄ nec ad plateam, nec N
ad theatrum ambulare, non enim est motus. Qui uero dicit non oportere deambulare post cœnam ne indigesta cibaria in uenis, & stomacho corrumpātur, medicinalis est, & non est ad alia transferre.

Si ergo omnino similiter se habebat contentiosa ad dialecticam, ut pseudographa ad geometricam, non ex illis utique erit contentiosa.

Concludit nunc conclusionem intentam, & dicit. [Si ergo omnino similiter contentiosa] oratio ac syllogismus [similiter se habebat ad dialecticam] orationem, ac syllogismum, [ut] ratio [pseudographa ad] rationem [geometricam,] litigiosa atque [contentiosa] ratio [non ex illis] .s. proprijs alicui disciplinæ [erit.] Sed ex quibusdam cōibus, falso tn̄ sumptis, q̄ pluribus applicari possunt (ut dictum est.) Vt enim O
ex dialecticis ad dialectica, sic pseudographus ex proprijs ad propria. Est.n. ex geometricis principijs, falso tn̄ sumptis, ad geometricas conclusiones. Alexander uero legit hunc textum, cum particula, quæ est nota causæ, & uult ut Aristoteles assignet causam, quare litigiosus locum habet ad disciplinas. Et licet ipse habeat dictionem negatiuam, tn̄ affirmatiue legi pōt. [Si.n. omnino similiter se habeat contentiosa] .s. ratio [ad dialecticam] .s. rationem [ut pseudographa ad geometram.] geometra nanque, & pseudographa ex eisdem geometræ principijs syllogizant, non tamē eodem modo, quia pseudographus syllogizat ex eis quæ uīr geometræ, geometra ex eis, quæ sunt uera: P
sic & litigiosus. Etenim litigiosus & dialecticus ex eisdem, licet non eodem modo, nam litigiosus ex ptobabilibus, quæ apparent; dialecticus ex probabilibus, q̄ sunt probabilia. Et quia ita est, [non ex illis] .s. proprijs [utique erit contentiosa] ratio, sed ex cōibus. quare litigiosus locum habet in omnibus disciplinis, & non pseudographus. Hæc est expositio Alex. quæ potest uerbis bene conuenire. De tentatiua uero dialecticæ parte multa scribit Egidius, quæ ad textus expositionem licet sint inutilia, tamen ad doctrinam nō sunt uana. Quia uero has nugas græci expositores prætermittunt. nihil enim de eis Alexander nihilque Herminius dicit. Quare & nos bona fronte prætermittimus.

Nunc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus ullius, neque talis, qualis uniuersalis. Q

Si ea, quæ Herminius inquit, recte intellexi, hic textus est complementum rationis, quæ sic componitur, si eodem modo se habet litigiosus syllogismus ad dialecticum, ut pseudographus ad geometram, litigiosus syllogismus non erit ex proprijs. Sed dialecticus non est circa aliquod genus determinatū. ergo nec litigiosus erit circa genus determinatum. Quare erit non ex proprijs, sed ex cōibus, de ratione tetigit in textu pręcedenti maiorem, nunc tangit minorē, & dicit. [Nūc autem non est dialecticus circa genus aliquod determinatum, neque demonstratiuus ullius] conclusionis. non.n. texit demonstrationem. nam demr̄o scientiæ est. omnis autem scientia (ut primo posteriorum hr̄) t.c.43.
determinati generis est. [Neq; est talis, qualis est uniuersalis] .s. artifex, ut metaphysicus, supranaturalisq; Philosophus. Si.n. (ut Alex. inquit) circa eadem dialecticus, & metaphysicus uersarentur, utputa circa oia entia,

A entia,non tñ eodem modo. Nam metaphysicus circa cõia ex ijs,q̃ sunt p se, & inquantũ ipsa in rebus sunt, speculat̃,dialecticus uero non ex ijs,q̃ sunt p se,sed ex probabilibus orationem efficit.

Nam neque omnia sunt in uno aliquo genere, neque si sint, possibile est sub eisdem principijs esse ea,quæ sunt.

Quod autem non sit dialecticus alicuius determinati generis,& pp hoc,nec ea,q̃ ipsam ęmulat̃.s.litigiosa. dictum est 1.top.monstrat etiam hic, & dicit. [Nam neque omnia sunt in uno aliquo genere] Si.n.cõe omnium genus est, unũ erit fortasse dicere genus circa quod dialectica, & litigiosa est, qm̃ uero genera sunt decem,non erit dicere omnia entia esse sub una determinata natura. Addit [neque si sint] subaudi oĩa entia sub uno cõi genere utputa sub ente. [possibile est ea,quæ sunt,sub eisdem principijs esse.] Nã alia prin

B cipia aliorum sunt,& alia sub alijs continent̃. naturaliũ quidẽ principia sunt forma, priuatio, & materia. geometricorũ aũt lineæ,puncta circuli. Medicinæ uero ignis terra,& qua in eorum medio & aliorum alia. Quare si etsi unũ fuerit omnibus cõe genus,ipsum.uidelicet.ens,qm̃ quæ sub ente circa q̃ dialectica uersat̃, differunt natura(qm̃ & eorum principia differũt)nullo pacto erit dialectica unius determinatæ naturæ. ergo nec litigiosa, quæ dialecticam ęmulatur.

Quare & nulla ars earum,quæ aliquam naturam monstrãt, interrogatiua est. Non.n.possibile est utrãuis partiũ dare. Syllogismus.n.non fit ex utrisque. Dialectica autem interrogatiua est.

Alex.uult Arist.aliter monstrare,quod proposuit, & potentia sic syllogizat, quæ unius alicuius naturæ, & unius subiecti sunt,non interrogant dialectica & tẽtatiua,siue litigiosa interrogant. dialectica igitur & tẽtatiua,siue litigiosa non sunt unius alicuius naturæ,at

C que subiecti. Maior probatur quia non licet quamlibet partem concedere, pp hoc maiorẽ prius cõstruit, sed primo sumit maiorem,& dicit. [Quare] hoc est, qm̃ (sic enim oportet exponere secundum Alexandrum.) [& nulla ats,earum.] uidelicet. [quæ aliquã naturã monstrãt] .i.earũ.uidelicet.q̃ sunt determinati gñis, [interrogatiua est,] hæc est maior,quã ꝓbat, & dicit. [Non.n.est possibile] artem, quæ est determinati gñis [utramuis partium dare] .i.syllogizare quamlibet partẽ contradictionis. Cuius causam assignat,& dicit. [Sylls.n.] .s.quo utitur, [nõ fit ex utrisque] .i.non syllogizat utrunque. ergo nec ars, quæ utit̃ tali syllo, interrogat utrunque, & per syllm̃, demonstrationem intelligit.modo nulla ars, quæ utitur demr̃one,syllogizat utrunque. non.n.est poſe alicui demonstranti demonstrare triangulum hr̃e tres angu

D los æquales duobus rectis, & non hr̃e tres angulos æquales duobus rectis, diametrum esse costæ cõmensurabilem,& non cõmensurabilem. Deinde assignat minorem,& dicit. [Dialectica aũt] & tentatiua seu litigiosa, [interrogatiua est.] deficit conclusio.uidelicet. igitur dialectica, & tentatiua non sunt unius alicuius naturæ. Et tunc secundum hanc expõnem, accepit dare pro syllogizare, nam qui interrogat, sic interrogat, ut præparet contrarium propositi syllogizare. Et fortasse accepit dare pro concedere, & quia in demonstratiuis non licet quamlibet contradictionis partem concedere,sed alteram tm̃. ergo in demonstratiuis non licebit quamlibet partem interrogare, quæ

enim interrogantur, conceduntur,& quę concedunt̃. E prius interrogantur,& utroque modo bene exponit Alexander.

Si aũt monstraret,quid illud,nisi omnia. ueruntamen prima, propriaq; principia non interrogat. Nam si non daret,nõ iam haberet ex quibus amplius disputaret ad instantiam.

Cum in minore accepisset dialecticam esse interrogatiuam,& non demonstratiuam, nunc probat dialecticam nõ esse demonstratiuam,& dicit. [Si aũt] dialectica subaudi [demonstraret,qd illud] est subaudi,qđ demõstraret, [nisi omnia?] Cũ.n.sit de oĩbus,si monstraret ea,de quibus est,omnia monstraret. Hoc autẽ falsum esse supponit. Deinde ostendit dialecticam nõ esse omnium interrogatiuam,& q.d.licet dialectica sit oĩum interrogatiua. [ueruntamen prima propriaque principia,] q̃ cõium locorum elementa sunt, [non interrogat,] nec ex probabilibus syllogizat. Cuius causam assignat,& dicit. [Nam si non daret] .i.suppo- F neret prima propriaque principia, [non hr̃et] propositiones subaudi, [ex quibus amplius disputaret ad instantiam,] quam subaudi rñdens induceret cõtra opponentem. Vt.n.Alex.inquit. nulla scientia de proprijs primisque principijs disputat. Sed,ut concessis utens,quod sequit̃,concludit. Si.n.demonstrans non ut ueris exñtibus utitur principijs, sed interrogat, ut si interrogaret.utrũ quæ a centro æquales sunt adinuicem,& rñdens neget, non habebit utique opponẽs ex quibus monstrabit,qm̃ sunt æquales. Si enim demonstrationes ex prioribus,& causis sunt, & principijs nihil est prius,nullo pacto monstrare poterit, qm̃ æquales sunt. Quare propter hæc non interrogant, qui demonstrant. quoniam igitur demonstrans quidem non interrogat. At dialecticus interrogat. igitur dialecticus non demonstrat. Syllogismus itaque est in G secunda figura,& hoc pacto Alex. composuit.

Est autem & hæc tentatiua,nam tentatiua non talis est,qualis est geometria,sed qualem utique haberet & nesciens aliquis.

hæc αὕτη talis qualẽ ἥν quam nescius μὴ εἰδὼς non sciens.

Egidius dicit exponendo hunc locum postquam Arist.ostendit dialecticam non esse generis determinati,nũc talẽ esse tentatiuã demonstrat.& uult ut primo ꝓponat,qđ intẽdit,postea ibi. [Fieri.n.põt.] ꝓbet,qđ ꝓposuerat,quę expõ uerbis Arist.dissonat.nã non talis,sed hoc in græca dictione hr̃, & ppea Alex. qui omnibus expositoribus est anteponendus. inqt. cum dixisset dialecticam circa plura uersari,nunc dicit tentatiuam eandem esse cum dialectica, nam & ipsa tentatiua circa plura uersatur. & dicit hic, non quæ in mathematicis sit,ipsa enim in solis his est, quæ spe- H ctant ad mathematicam, sed quandam aliam uniuersalem induens,quæ in memorationibus,& in aliis artibus inuentum & considerationem habet,& quæ de omni proposito, quemadmodum & dialectica differit, non tñ scienter & ipsa differit ut tentatiua quæ est in disciplinis,sed apparenter,& omnino,ut contingit,ut tentatiua,quæ est in topicis, uel sophisticis,tentatiua enim quæ est in topicis syllogizat per probabilia, quæ uidentur probabilia respondenti. tentatiua autem, quæ est in sophisticis syllogizat non per ea,quæ sunt probabilia, sed per ea, quæ uidentur respondenti probabilia. At tentatiua,quæ fit in disciplinis,syllogizat per ea,quæ sunt necessaria,& per se,dicit. [Est autem & tentatiua hæc, sed dialectica uel

I eadem cum dialectica. tentatiua.n.quæ est in sophisti cis est eadem cum ea dialecticæ parte,quæ est sophisti ca.tentatiua uero, quæ est in probabilibus est eadem cum dialectica,quæ est in topicis. ergo tẽtatiua est dia lectica,uel eadem cum dialectica.Deinde reddit rationem, & dicit. [Nam tentatiua,] de qua nunc loquimur. [non talis est,qualis est geometria.] non enim est tentatiua,quæ est in disciplinis, & scientijs, [sed] qualis est in dialecticis, [quam utique haberet & nescius aliquis,]& per nescium aliquem, Egidius intelligit non eum, qui est per omnem modum nescium, nam hic non posset habere scientiam tentandi. sed per nescium aliquem,intelligit eum,qui ignorat propria,ac particularia,sed cõmunia nouit,ut dialecticus, qui ignorat particularia atque propria artibus, communia tamen nouit, per quæ potest in omnibus ten-
K tare,uel intelligit secundum alios per nescium aliquẽ eum,qui nullam habet scientiam quales sunt dialecticus,& tentatiuus,dialecticus.n.& tentatiuus,ut hmõi, scientes non sunt, quippe cum scientia circa propria sit,non tamen sunt rerum ignari, sed disciplinam habent cõmunem,a qua dialectici, tentatiuique dicunt, perinde ac intelligentes scientes non sunt, non tamẽ omnino ignorantes,sed intellectum tenent,cognoscẽ dique principia atque habitum,a quo intelligentes dicuntur. Sed hæc expositio non differt ab illa Egidij, idem.n.clarioribus uerbis asserit. Alex.autem per nescium aliquem intelligit eum qui tentando interrogat,ignarus tñ eorum,quæ tentat. Nam per sæpe quędam ad inuicem tentantes interrogant, quæ ignorãt, tentator.n.eum, qui iniuriam passus est, interrogat, quisnam fecit tibi iniuriam,dedit ne tibi hoc, aut non
L fecisti hoc aut non,ecce tentator aliquis nesciens, contradictionem eorũ tentat, q̃ ignorat. Et hæc est uera expositio huius loci.

Fieri.n.potest,ut periculum sumat & is,qui nescit rem,de eo, qui nescit.Si quidẽ & dat non ex quibus scit, neque ex proprijs, sed ex consequentibus,quæcunque talia sunt,quæ scientẽ quidem nihil prohibet nescire artem,nescientem aũt,necesse est ignorare.

Cum accepisset ꝙ aliquis nesciens sit tentatiuus,& ꝙ tentatiuus aliquis est nescius eorum, de quibus tentat,hoc probat experimẽto sumpto ab ijs,qui sine arte dicendi,atque sine legum cognitione periculum accipiunt adinuicẽ de eo,de quo iudicant,& orõnes ꝓferunt. Quare sicut in causis,litibusque nesciens tentat nescientem,sic,aliquis tentans syllogizat nesciens, etenim nesciens nesciẽtem interrogat, & ab eo accipiẽs syllogizat,quamuis ignorauerit quid sit sylls. Syllogi
M zat igitur & experientiam accipit nesciens de nesciente sibi similí. Illo.n.nesciente,qui interrogatur,dante, iste qui interrogat, colligit aliquid ex datis, & hoc est aliquo modo syllogizare. Sunt.n.aliquę satis manifestę consequentię quædam, quibus datis quidem a respondẽte ẽt nesciente,& acceptis,ab ipso interrogãte inducit aliquid alterũ tanquã conclusio. Est ergo(ut Alex.inqt)tota intentio talis,qm̃ licet nescienti cõtra dictionẽ, de illa periculũ accipere a nesciente ipsam, qm̃ dat nõ ea, ex quibus ipse interrogans scit sed q̃dã cõia,& assueta omnibus,quæ sciens aliquis, põt artem dicendi, & leges nescire.q.d.nihil prohibet scientem consequentia rem,de qua experientiam accipit,artem ignorare,quemadmodum medicorum empirici. nihil igitur prohibet artem ignorarę, & quædam cõmunia cognoscere. At nesciens consequentia ex necessitate ignorat artem. Sed qui consequentia speculatur,& artem scit,est dialecticus,quoniam (ut Alexãder inquit) qui cum arte tentat, dialecticus est, qui autem artem ignorat,& consequentia scit,est litigiosus. Hoc pacto exponit Alexander hunc locum. unde dicit Aristot. [Fieri.n.potest, ut periculum sumat & is, qui nescit rem].i.contradictionem,per rem.n.contradictionem intelligit,dico,ut periculum sumat[de eo,qui nescit] etiam rem,hoc est contradictionem, cuius causam assignat,& dicit.[Siquidem &]subaudi nesciens,qui interrogatur[dat]atque concedit ea,[non ex quibus] interrogans ipse[scit,neque ex proprijs].i.tanquam ex proprijs respondens.n.non dat propria,ex quibus interrogans potest scire aliquid,[sed]dat.sup.quędã ex quibus tanquam [ex consequentibus] & cõibus, aliquid colligere potest. Sed quia cõia,atque cõseque O
tia bifariam accipiunt,aliq̃n pro eis,q̃ a nobis cognoscuntur ꝑ assuetudinẽ.aliq̃n pro eis,quæ a nobis non cognoscunt,nisi per artẽ,ideo dicit. [Quæcunq; talia sunt,quæ scientẽ quidẽ, nihil prohibet nescire artẽ.] ut sunt cõia,quæ sciuntur per assuetudinẽ. Hæc.n.scire possumus,& ignorare artẽ dicendi,& leges[nesciẽtem aũt] subaudi hæc cõia, [necesse est ignorare artem.] Non.n.prohibet aliquem artem ignorare, & quædam cõia cognoscere,ut sunt cõia,quæ cognoscũtur ab hominibus assuetudinẽ. At nesciens hæc cõia, necessario ignorat artem,appellauit autem cõia consequentia,quia primo priorum cõe consequens, & minus cõe añs dicitur. Ad propositum sicuti ergo in forensibus põt nesciens periculũ sumere de nesciẽte, ut ab eo sumat cõia quædam, ex quibus ulterius aliquid colligat,sic in orõnibus fieri põt ut nesciens tentet ne P
scientem ut ab eo sumat quædam cõia, ex quibus aliquid colligat ad modum syllogizantis, licet nesciat syllogizare.

Quare manifestum, quoniam nullius determinati tentatiua disciplina est.De omnibus.n.est.siquidem artes omnes & quibusdam communibus utuntur.

De dialectico & tentatiuo finiens sermonem (ut Alex.inquit.)dicit.[Quare manifestum,qm̃] subaudi ut dialectica nullius determinati est subiecti. [sic tentatiua disciplina,] quæ sub dialectica continetur, [nullius].s.subiecti [determinati est,de omnibus.n. est,] ut dialectica. Deinde & causam reddit,propter quam de omnibus speculetur tentatiua,& dicit. [Siquidem artes omnes & quibusdam cõmunibus utuntur.] Sunt enim quædam cõmunia, ut omnibus nota, quæ non unius determinatæ scientiæ sunt. ut est Q
hoc.uidelicet.iniuria prosecutus es talem aut non?& hoc.uidelicet,unisti cum eius amata aut non?& siquidem,adulteraueris,sequitur hoc.Si autem non,sequitur illud, quia igitur omnes artem cõmunia quædam participant,tentatiua,quæ est de illis cõmunibus,uidetur esse de omnibus,de quibus sunt artes omnes,& sic erit de omnibus.

Et ideo omnes illiterati quodam modo utuntur dialectica & tentatiua.Nam omnes usque ad aliquid conantur dijudicare eos, qui prouuntiant. Hæc aũt sunt cõmunia, nam illa nihil minus sciunt ipsi,quamuis uideantur longe extra dicere. Redarguũt igitur oẽs,nam sine arte quidem eo participãt, cuius artificialiter est dialectica, & arte syllogistica tentatiuus dialecticus. illiterati i. ἰδιῶται idiotæ.

Cum

A Cum assignasset causam cur tentatiua est de omnibus, nunc assignat signum, & dicit. [Et ideo omnes illiterati quodamodo utuntur dialectica, & tentatiua,] quod non esset, nisi dialectica & tentatiua essent de omnibus, de quibus literati, & illiterati disserere pñt. Quod aũt oẽs illiterati quodam modo utant̃ dialectica, & tentatiua, probat, & dicit. [Nam omnes usque ad aliquid conant̃ dijudicare eos, q ꝓnuntiant] .i. eos, qui sustinent orõnẽ, & rñdent, qđ non facerent, nisi dialecticã, & tentatiuã oẽs participarent. Alex. autem uelle uĩ Arist. assignare causam, cur artes oẽs cõibus quibusdam utunt̃, & sic retulit uerba hæc non ad proxime dicta, sed ad ea, quæ accepit .n fine proximi textus, dixit .n. siquidem artes omnes, & quibusdam cõibus utuntur. Huius igitur assignat causam secundum Alex. ex eo, quia oẽs usque ad certum terminũ participant dialectica & tentatiua, qđ non esset nisi artes omnes quibusdam cõibus uterentur. Deinde exponit illa quibus artes oẽs utuntur, & dicit. [Hæc autẽ sunt cõia, nam illa nihil minus sciunt ipsi] .s. illiterati, & artifices, [quamuis uideantur longe extra] .i. ualde differenter [dicere.] Illiterati enim & dialectici cõmunia illa sciunt, sed ualde dissimiliter. Dialecticus .n. scit ꝙ interrogatio sit contradictio, & quod necessarium sit alteram contradictionis partem esse ueram. Illiteratus uero sine arte sustinet responsionem, ex ijs concludit [redarguũt igitur omnes] .s. illiterati, cuius rationem affert, & dicit. [Nam] illiterati .s. oẽs [sine arte eo participãt, cuius artificialr̃] particeps [est dialectica,] & cuius particeps [est tentatiuus dialecticus arte syllogistica] .i. propter artem syllogisticam. illiterati .n. omnes sine arte participant ipsa syllogizãdi ratione, cuius est particeps dialecticus artificialis, & tentatiuus dialecticus propter artem syllogizandi, quam habent. & quia illiterati participant ipsa syllogizandi ratione, fit, ut omnes redarguere possint, & sustinere. Quo uero ad uerba attinet, cum Arist. dicit. [Nam omnes usque ad aliquid conãtur dijudicare eos,] uerbum usque tenetur exclusiue usque ad propria. Nitũtur .n. usque ad ꝓpria ac specialia iudicare rñdentes, sed non possunt, pp imperitiam artis. Sed quæres pp quid omnes homines participant dialectica, dicendum hoc esse ppea, quia participant intellectu, qui per naturam, & essentiam est ratio, quæ est aliquo modo dialectica, & tentatiua.

Quoniam autem sunt multa quidem hæc, & in omnibus, non talia uero, ut natura quædam sint, & genus. Alia autem non talia, sed propria sunt, ex illis de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem esse quandã, & non talem esse, quales, quæ demonstrant.

D Cum demonstrasset dialecticam & tentatiuam esse de cõibus quibusdam, nunc distinguit cõia, ut pateat de quibus & qualibus cõibus sunt dialectica, & tentatiua. & uult bifariam esse cõia. alia quæ sunt cõia, & indeterminata, alia cõia & propria. Cõia & indeterminata sunt, quæ nullius generis subiecti sunt, nulliusque artis specialis, ut ea cuncta, quæ dialecticus considerat. Cõia autem, quæ sunt propria, ea sunt, quę cõia sunt omnibus partibus alicuius disciplinæ, propria tñ illi disciplinæ, ceu determinata in libro physicæ auscultationis. Sunt .n. propria naturali philosophiæ, cõia uero omnibus partibus naturalis philosophiæ. Duo ergo facit Arist. in præsenti textu, quia primo præmittit distõnem, secunda ibi. (Ex illis experimentum,) infert conclusionem, ideo dictio suspensiua est usque ad secundam partem, & dicit. [Qm̃ aũt hæc] .s. cõia [sunt multa quidem, & omnibus] subaudi sciẽtijs, & artibus inuenta, [non talia uero, ut natura quędam sint, & genus] quoddam. q. d. qm̃ uno modo cõia quidem sunt, quæ in omnibus sciẽtijs, & artibus inueniuntur, & tñ nõ determinata genere, & natura sunt, ut negationes .i. indeterminata. Nam & negationes indeterminatæ sunt, negatio .n. quæ dicit, hoc non album est, indeterminata est. Est igitur primum membrum ꝙ quædam cõia sint indeterminata. Deinde assignat aliud membrum, & dicit. [Alia autem non talia] .s. indeterminata, [sed propria sunt,] nã sunt cõia omnibus partibus disciplinæ, determinata & propria generi illius disciplinæ. Tunc terminando suspẽsionem dicit. [Ex illis] .s. cõibus primo modo. [de omnibus experimentum possibile est sumere, & artem esse quandam, & non talem esse, quales sunt] sciẽtiæ, s. speciales, [quæ demonstrant,] ut mathematicæ, & naturales, hæc autem scientia est dialectica, & quæ ipsam æmulatur tentatiua. Nam dialectica est de locis, & considerationibus, quæ cõmunes sunt omnibus artibus, & scientijs per indeterminationem naturæ, atque generis. Ex his enim locis & considerationibus fieri potest periculum, & tentatio in omnibus artibus, atque scientijs. ergo sunt cõmunes per indeterminationem.

Quandoquidem litigiosus nõ est omnino sic se habens, ut pseudographus. Paralogismus .n. non erit ex determinati cuiusdam generis principijs. Sed erit circa omne genus ut is, qui est litigiosus.

Egidius refert hoc, quod dicit in proximo textu ad proxime dictum. Dixit .n. tentatiuam non esse talem, quales sunt scientię speciales, nunc (ut Egidius putat) assignat causam, ex eo, quia tentatiuus sylls, quem Arist. hic uocat litigiosum, & paralogismum, non est determinati generis. ergo nec tentatiua, quæ est de illo. Quod autem tentatiuus sylls non sit determinati generis, patet. quia tentatiuus per hoc differt ab pseudographo, ꝙ uidelicet pseudographus sit circa determinatum genus, tentatiuus uero nequaquam. Alex. uero refert hoc ad id, quod superius dixit. Dixit enim superius ꝙ litigiosus circa plura uersetur sicuti dialecticus, pseudographus uero non. Vult igitur ut Arist. huius reddat causam, & dicit. [Qñquidem litigiosus non est omnino sic se habens, ut pseudographus,] cuius rationem dicit, quia si erit omnino ut pseudographus, paralogismus] .i. pseudographus [non erit ex determinati cuiusdam generis principijs, sed erit circa omne genus, ueluti est is syllogismus, qui est litigiosus.] & sic nulla differentia erit inter pseudographũ, & litigiosum, cuius oppositum superius est determinatum. Hæc est expositio Alexan. quæ uerbis ualde conuenit.

Loci igitur sophisticorum elenchorum hi sunt. Et quod dialectici sit considerare de his, & hæc posse facere, non difficile est uidere. Nam quæ circa propositiones est disciplina, omnem habet hanc speculationem, & de elenchis quidem apparentibus dictum est.

Cum dixisset quot sunt sophistici elenchi, & reduxisset eos omnes ad elenchi ignorantiam, & alia multa, quæ Alexander enumerat, pertractasset, nunc uolens dicere quonã modo sophistæ reducant aliquem

I respondentem, uel ad falsum, uel ad inopinabile, uel ad nugationem, uel ad soloecismum. primum dicit. [Loci igitur sophisticorum elenchorum hi sunt] .s. tredecim de quibus dictum est [&] dictum est. [quod dialectici est considerare de his] .s. locis, [& hæc] .s. sophismata [posse facere] per illa loca, [non difficile est uidere,] cuius causam repetit, & dicit. [Nam disciplina, quæ est circa propositiones] & maximas omnibus cõmunes. [habet hanc speculationem] talis est ipsa dialectica. Tunc epilogat, & dicit. [Et de elenchis quidem apparentibus dictum est.] Dixit enim in principio præsentis operis quinque sophistas intẽdere, quorum unum est ducere respondentem ad elẽchum hoc est ad redargutionem, aliud est ducere ad falsum, tertium uero ducere ad nugationem, quartum ad inopinabile, quintum ad soloecismum, cum itaque

K docuisset opponentem ducere respondentem ad redargutionem, nunc uult docere quo modo reducitur respondens ad alias metas. Hæc est introductio Alexandri, & annotatione dignum in codice Alexandri legi. [modi sophisticorum elenchorum.] sed non refert. Egidius mouet hic multas dubitationes, quas cũ græci prætereant, bona fronte nos prætermittimus. Est enim nostra intentio exponere uerba Aristotelis. non autem superuacanea colligere. uerum non erit inutile examinare nonnulla eorum, quæ ipse tangit. Dicit ergo primo per utraque cõmunia fieri posse tentationem. Cuius causam affert ex eo, quia per utraque cõmunia contingit fieri experimentum de respondente. Sed hoc uidetur dubium, quoniam tunc tentatiua, quæ est ęmula dialecticæ esset de cõmunibus, quæ sunt propria. oppositum uero dixit Aristoteles superius, dixit.n. artem esse quandam ex illis .s.

L cõibus, [& non talem, quales, quæ demonstrant.] per quæ dedit intelligere tentatiuam non esse scientiã specialem. ergo non põt esse ex ijs cõibus, quæ sunt propria alicui disciplinæ, ratio uero sua non cogit, qm̃ per cõia negatiue contingit sumere experimentum de respondente dialectice, per cõia uero, quæ sunt propria contingit accipere experimentum scientifice, & non dialectice. modo Arist. ubique locutus est de tentatione dialectica, cum uero asserit tentationem fieri posse per cõia, & per propria, non intelligas secundum eandem rationem. Nam tentatio, quæ fit per cõia, dialectica est, quæ uero fit per propria, est doctrinalis, qualis inter doctorem fit, & discipulũ. Quod si aliter intelligat, non recte exponit. at cũ postea de syllogismis loquens asserit tentatiuum syll'm non esse eum, qui pec

M cat in forma, recte sentit. Cum uero dicit tentatiuum non esse eum, qui peccat in materia, si intelligit nõ esse eum, qui est ex falsis, non recte dicit. Oportet.n. tẽtatiuum syll'm in eo quod est tentatiuus, esse ex falsis. Verum inquantum falsa (ex quibus est) apparent probabilia respondenti, dicitur tentatiuus. Inquantum autem sunt simpliciter falsa, erit syllogismus peccans in materia. De alijs uero, quæ ipse dicit, nõ est ulterius differendum.

De eo, quod est falsum aliquid ostendere, & de eo, quod est orationem ad inopinabile inducere, hoc nimirum erat secundum sophisticæ intentionis.

nimi = rum

Cum docuisset Arist. modos, quibus opponens du- γὰρ enim
cit respondentem ad eam metam, quæ dicit elenchos, hoc est redargutio, nũc (ut Alexãdro placet) assignat modos, quibus opponens poterit ducere respondentem ad alias quatuor metas, nec expositio Egidij, quę dicit Arist. nunc tradere idoneitates, siue cautelas, quibus aptius metæ huiusmodi concludi possunt, conuenit ijs, quæ Alexander dicit nec uerbis Aristotelis, ut procedentibus erit perspicuum. proponit ergo intentionem, ubi dat intelligere falsum ostendere, & orationem ad imposibile ducere idem esse, & dicit. [De eo, quod est falsum aliquid ostendere, & de eo, qđ est orõnem] .i. syll'm [ad inopinabile ducere, hoc nimirum erat secundum sophisticæ intẽtionis] .i. hoc erat secunda pars propositi sophistici. Et quia hæc duo posuit pro una propositi parte, dedit intelligere illa duo esse quasi unum, & idem. ¶ Quo uero ad uerba attinet, uerbum γὰρ, non reddit causam, sed assertionis uerbum est hic. Insuper falsum, & inopinabile differunt,

O quia tamen, ut considerantur a dialectico, concedunt cum ipso improbabili, ideo Atistoteles quasi pro eodem accepit.

Primum quidem ex eo, quia interrogat quodam modo. Et per hanc interrogationem accidit maxime.

Nunc assignat loca, quibus accidit ostẽdere falsum, & ducere ad inopinabile, & dicit. [Primum quidem] elementum, siue locus, [ex eo] ostenditur falsum, & ducitur ad inopinabile, [quia] opponens [interrogat quodã modo] .i. occulte, non.n. simpliciter aliquis producens in aperto interrogationem ducet respondentem ad falsum, & inopinabile, [&] pro sed, [per hãc] .s. occultam [interrogationem, accidit maxime] .s. falsum ostendere, & ad inopinabile ducere. ergo primus locus, quo opponens ducit ad falsum, & inopinabile est interrogare cum occultatione, ut Alex. exposuit.

P *Nam id, ad nullum determinatum propositum interrogare, uenatiuum est illorum, temere nanque dicentes peccant magis, temere autem dicunt, quando nullum habent propositum.*

Quod per interrogationem occultam accidat maxime .s. falsum, & inopinabile, probat, & dicit. [Nam id] .s. problema [ad nullum determinatum propositum interrogare, uenatiuum est illorum] .s. falsi, & inopinabilis. ut si aliquis uolens construere bonum esse in platea coire, non simpliciter determinate dicet, sed aliquo pacto occulte, uerum quod simpliciter bonũ, & in aliqua parte non erit bonum. Deinde cum respondens id dederit, construet quod uult interrogãs. & q̃ ad nullũ propositum interrogare uenatiuũ sit falsi atque inopinabilis, probat argumẽto sumpto ab ipso respondente, qui in respondendo uidetur magis

Q peccare, quum non respondet ad determinatum quæsitum. & dicit. [Temere nanque dicemus,] qui respõdent [peccant magis, temere autem dñt, qñ nullum habent propositum,] ad quod respondeant. Si ergo respondens maxime peccant, cum non rñdet ad propositum determinatum. igitur interrogans tũc ducet rñdentem maxime ad falsum, atque inopinabile, cum occulte interrogat, nullam faciendo interrogationem determinatam. Coget.n. tunc rñdentem temere, & ad nihil determinatum rñdere, ut si interrogatio fieret, utrum animalia sint lõgęua, & non utrũ sit longęuus elephantus, rñdens nesciens de quo aiali sit interrogatio, temere rñdebit. Ignorabit.n. suum sermonem dirigere, & ppea talis interrogatio erit uenatiua falsi atque inopinabilis.

Et

A *Et id interrogare multa,quamuis determinatū id sit, ad quod disputant.*

Secundum locum assignat a multitudine interrogatorum,& dicit.[Et id]subaudi est uenatiuum falsi,atq; inopinabilis,quod est[interrogare multa,quāuis] unum & [determinatum sit id,ad quod disputant.]Nam ut octauo topicorum dicitur,quæcunque interrogationes ualde manifestæ sunt,illas quoque oportet protendere, nam immanifestius est semper in elongatione,& inductione,quod sequuturum est. Et ita dato q unum determinatumque sit,id quod disputatur,opponēs tñ debet multa interrogare,ut confundat rñdentem,ipsumque inuoluat. De hoc loco satis diximus 8.topicorum.

postulare ἀξιόνυ *Et id,ea,quæ uidetur, dicere se postulare, facit quandam idoneitatem,ut ad inopinabile ducat, aut falsum.*

B probare Tertium locum assignat ex parte respondentis ab ijs,quæ respondens dicit,& ait.[Et id]subaudi quod est opponentem [dicere se postulare] .i.se habere ꝓ postulatis, [quæ uñr] respondenti, [facit quandam idoneitatem] in opponente, [ut ad inopinabile aut falsum ducat] scilicet respondentem. Ex eo enim quia opponens probat, quæ uidentur respondenti, respondens se minus obseruat, & liberius loquitur more docentium,& opponens ex attentione ad uerba respondentis plerunque aucupatur argumentandi facultatem.

affirmet φῆ dicit *Et si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid, ducere ad ea, ad quæ promptus est argumentari. potest tamen per hæc nunc minus nocere quam prius. Nam repetunt quid ad id,quod in principio.*

repetunt ἀπαι= Quartum locum, quem ex parte respondentis affert,sumit ab ijs,quæ respondens respondet,postquam uidelicet. opponens multa interrogauerit, & dicit.

C τοῦι exigūt petūt. [Et si interrogatus affirmet,aut neget illorum aliqd] quæ opponens proposuit, quartus locus est [ducere ad ea, ad quæ promptus est aagumentari,] etiam si fuerint extra propositum. uerum translationem hanc opponens latenter debet facere,& non in aperto. Cōparat tamē hunc locum ad priorem,& dicit. [Potest tñ]opponens[per hæc,] ad quæ diuertitur,& cōtra quæ argumentatur] minus nocere] respondenti [q̄ prius] .i. quam per priorem locum, ubi multa dixit esse interroganda,& fuit secundus locus. Et assignat causam,& dicit [Nam] respondentes,cum nouerint translationem, [repetunt] ab opponente, [quid ad id,quod] fuit propositum[in principio]quasi dicat, nihil. nam quæ opponens dicit, sunt extra primum propositum.

D *Elementum autem contingendi falsum aliquod,aut inopinabile,nullam statim interrogare positionem. Sed affirmare ob id se interrogare q discere uelit.Nam locum argumentationis consideratio hæc facit.*

Errauit Egidius,qui asserit Aristotelem hic ponere cautelam,quæ sumitur ex præambulis pręcedentibus interrogationem,& responsionem.Nam hæc expositio non potest uerbis applicari,ut consideranti patet. Ideo melius cum Alexandro & Herminio dicendum Aristotelem repetere hic primum locum,sed clarius. Nam superius obscure assignauit locum, hic uero eū explicat,& dicit.[Elementum autem] hoc est principium [contingendi falsum aliquod,aut inopinabile] id est arguendi aliquem falsum,aut inopinabile dicentem,subaudi est,[nullam statim].i.manifeste [interrogare positionem,] accepit.n.εὐθὺς,pro manifeste. [Sed affirmare ob id]non tentatiue differere,sed [se interrogare q discere uelit.]Dicere.n.se gratia discendi differere,cælat suam interrogationem,& afferet magnum momentum,ut decipiatur respondens. Cuius rationem assignat,& dicit.[Nam consideratio hæc locum argumentationis facit.] Qui enim respondet,se minus obseruat,& more docentium liberius loquitur sophista uero, qui interrogat,ex attentione ad uerba respondentis plerunque aucupatur argumentandi locum.

Ad falsum aūt ostēdendū proprius locus sophisticus est ducere ad talia,ad quæ abūdet orationibus.Verū hoc facere(quēadmodū prius dictum est)est & bene,& non bene.

Errauit etiam hic Egidius asserens Arist.postquam posuerit cōmunia documenta ad falsum,& inopinabile,nunc ponere propria,uerum cum Alexandro, & Herminio dicendum Arist. hic repetere quartum locum, sed clarius, atque manifestius quam prius, non cōmuniter de utroque,sed de falso tantum,& quantū ad hoc bene dicit Egidius, & dicit. [Ad falsum autē ostendendum,proprius locus]in opponente[sophisticus est,] dixit proprius non simpliciter,sed ꝓprius sophisticus,hoc est qui inter cæteros magis attinet ad sophisticam considerationem. Cæteri.n.possunt attinere ad dialecticam considerationem.[ducere] respōdentem[ad talia]subaudi extra propositum, [ad q̄] ipse opponens[abundet orationibus].i.syllogismis, repetit tñ id,quod superius dixit de hmōi loco,& dicit.[Verum hoc facere]& extra propositum respōdentem transferre[quemadmodum prius dictum est, est & bene, & non bene,] .s.facere, bene quidem, si translatio fiat ita occulta,ut respondens illam non cognoscat[non bene] uero si fiat ita aperte,ut respondens eam cognoscat.Alexander uero aliter exponit. dicit.n. opponentem bene facere, cum ad necessaria problemati orationem fert. Cum uero orationem nō ducit ad necessaria problemati,non bene facit. Nam ut octauo topicorum dictum est gratia quatuor aliquis recedit a problemate, aut gratia inductionis, ut detur uniuersale, aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut ut dilucidior sit oratio. Vbi autem nullum horum fieret, non bene sunt huiusmodi acceptiones, & sophistica est disputatio. F G

Rursum ut ad inopinabilia ducat, considerare ex quo genere est,qui disputat.Deinde interrogare,quod pluribus illi dicunt inopinabile.Est enim singulis quibusque aliquid tale. Elementum autem horum, sumere singulorum quocunque positiones in propositionibus. H

Cum dixisset quo modo respondens potest reduci ad falsum,nunc dicit,quo modo potest reduci ad inopinabile (ut Alexander exponit) & assignat primum locum,& dicit.[Rursus,ut]opponens[ducat]respōdentem [ad inopinabilia,] locus subandi est,[considerare ex quo genere] scilicet sectæ, siue hæreseos [est]respondens,[qui disputat.]utrum(ut Alexan. exponit)peripateticus,aut stoicus.Philosophantium enim Athenis sectæ erant Academici,Stoici, Peripatetici. Speciales autem quam plurimæ, nam alij Zenonij, alij Cynici, alij Platonici, alij Pithagorei, alij Epicurei, alij Democriti, & complures

I alij. [Deinde] si respondens erit uerbi causa peripateticus, locus ulterius erit [interrogare,] & quærere [quod inopinabile pluribus, illi] .s. peripatetici [dnt inopinabile. est.n. singulis quibusque] .s. sectis semper [ad aliquid tale.] In omni.n. secta est aliquid, qd' uidetur pluribus inopinabile. ut in secta peripatetica præter opinionem multorum est cœlum esse quintũ corpus (ut Alex. inquit.) Deinde Arist. docet sumere locum, & dicit. [Elementum autem] .i. locus uero & principium [horum] .i. ducendi ad inopinabilia est subaudi [sumere] ab ipsis respondentibus [positiones] .s. quæ uñr pluribus inopinabiles [singulorum quorumcunque,] id singularum quarumcunque sectarum] in propõnibus] .i. inter propõnes, quæ interrogantur. Nam sic occulte ducetur respondens ad aliquid pręter opinionem, argumentando .s. ab illis posi K tionibus inopinabilibus ad suum propositum. uerbi causa, debemus accipere inter interrogationes est ne cœlum quintum corpus? an non? respondentem peripateticus dicet, erit. Tunc opponens ducet rñdens contra opinionem multorũ, ꝙ erit aliquod corpus neque mixtum, neque elementum. Hoc aũt est contra opinionem multorum.

Solutio uero & horum competens fertur, ostenditur, quoniam non propter orationem accidit inopinabile, quod quidem, & semper uult, qui contendit.

Quod quidẽ δὲ τοῦ το hoc ãt. Qm̃ non est peripateticus solum sapiens in tradenda methodo decipiendi (ut Alex. inquit) sed etiam soluendi. ideo Arist. docet soluere, & dicit. [Solutio uero, & horum] .s. sophisticorum argumentorum [cõpetens fertur,] si subaudi aliquis duxerit peripateticũ ad dicendum cœlum esse quintum corpus, quod nec L est elementum, nec mixtum, [ostendere, qm̃ non pp orationem] .i. syllm̃ suum [accidit inopinabile] id est quod cœlum sit quintum corpus, neque elementum, neque mixtum, [quod quidem & semper uult] opponent, [qui contendit.] Sempar.n. opponens uult inopinabile, ad quod ducit, esse ductum ui syllogismi sui, & non pp opinionem, non.n. opponens uincit respondentem, nisi cogat ui sui argumenti dicere illud inopinabile. Nam si concedat respondens aliquod cõtra opinionem multorum, quia illud est secundum suam sectam, non uincitur ab opponẽte. ergo idonea solutio erit ostendere, qm̃ quod respondens concedit, dicere se id concedere non ui sylli opponentis, sed qa id sua opinio est.

Insuper autem & ex uolũtatibus, & manifestis opinionibus. Nam non & eadem uolunt, & dicunt. Sed dicunt quidem deco-
M *ratissimas orationes. Volunt aũt ea, quæ uidentur prodesse. ut bene mori magis quam uoluptuose uiuere dicunt oportere. & agere iuste magis quam praue diuitijs affluere. uolunt autem contraria. Eum igitur, qui dicit secundum uoluntates, ad has manifestas opiniones ducendum. eum uero, qui dicit secundum has, ad absconsas. Vtrouis.n. modo necessarium est inopinabilia dicere. Nam aut ad manifestas, aut ad immanifestas opiniones dicũt cõtraria.*

agere πενέσθαι paupũ esse

Hic est secundus locus, quo opponens ducere poterit respondentem ad inopinabilia. & accipitur a uoluntatibus & manifestis opinionibus, & duo facit, qa primo constituit suppositionem. secunda ibi. (Cum igitur) docet locum ex alia suppositione, & ponendo suppositionem primo accipit terminos, ex quibus intendit sumere locum, & dicit. [Insuper autem & ex uoluntatibus, & manifestis opinionibus,] accipitur subaudi alius locus, quo respondens reducitur ad inopinabile. Deinde assignat suppositionem, quæ est causa, per quam accipitur hic locus, & dicit. [Nam nõ & eadem homines uolunt] .s. appetitu sensuali, [& dicunt] esse uolenda .s. recta ratione. [Sed dicunt] .i. opinantur recta ratione [quidem] esse uolendas [decoratissimas orones] .i. moralissimas opiniones, [uolunt autem sensuali appetitu [ea, quæ uñr pdesse.] Et assignat exempla, & dicit. [Vt bene mori dicunt oportere,] hoc est opus esse, [magis quam uoluptuose uiuere,] hoc.n. dicit uir fortis, tñ appetitu sensuali uult uoluptuose uiuere magis quam bene mori. [Et egere iuste,] pauperumque esse cum iustitia dicunt opus esse magis [quam praue] .s. ex rapina uel fœnore [diuitijs affluere] atque diuitem esse. [Volunt aũt contraria] ut uoluptuose uiuere, esse diuites, uolumus etiam bene nos hr̃e, & honorari, opinamur autem pp uirtutem melius esse ęgrotare, atq; pati iniurias. Hac O suppositione assignata constituit locum, & dicit. [Eũ igitur] .s. respondentem [qui dicit] & defendit positiones, quæ sunt [Secundum uoluntates ad has manifestas opiniones] est [ducendum.] contra.n. eum qui defendit magis esse ditandum, quam egere, debet opponens argumentari per ea probabilia, quæ accipiuntur a manifestis opinionibus sapientum, ut quoniam melius est iustum esse quam diuitem, & per alia id genus. [Eum autem] .s. respondentem, [qui dicit secũdum has] .i. qui sustinet positionem, quæ est secundũ manifestas opiniones, ducendum est [ad absconsas] id est contra opiniones, quæ sunt secundum absconsa probabilia. ut si aliquis defenderit melius esse mori q̃ uoluptuose uiuere, contra eum argumentetur opponens ex ijs, quæ uolunt omnes homines .s. quia naturale est uiuere. Et assignat causam, & dicit.] Vtrouis P enim modo necessarium est inopinabilia dicere,] & dum dñr, uñr absurda. [Nam aut ad manifestas, aut ad immanifestas opiniones] subaudi si dicantur, semp [dicunt contraria] aliquo modo, licet nõ formaliter. Non enim formaliter sunt contraria uelle uoluptuose uiuere, & dicere melius esse mori quam turpiter uiuere. Sunt aliquo tñ modo contraria saltem quo ad consensum.

Plurimus autem est locus faciendi dicere inopinabilia, quemadmodum Callicles in Gorgia scriptus est, dicens & ueteres omnes arbitrati sunt accidere, propterea quia id quod est secundum naturam, & id quod est secundum legem sunt contraria. (Contraria.n. esse naturam & legem dicunt) & iustitiam secundum legẽ quidem esse bonum, secundum naturam autem non bonum. Oportet igitur ad eum quidem, qui dicit secundum naturam, se- Q *cundum legem obuiare. Ad eum uero qui secundum legem, ad naturam ducere. Nam utroque modo contingit dicere inopinabilia. Erat autem quod secundum naturam quidem ipsis uerum. quod autem secundum legem est, multitudini uidetur, Quare manifestum quoniam & illi, quemadmodum & qui nunc aut redarguere, aut inopinabilia dicere respondentem, conabantur efficere.*

Hic assignat tertium locum, & quatuor facit, quia primo assignat terminos, e quibus locus accipitur. secunda ibi. (Oportet igitur) constituit locum. tertia ibi. (Erat autem) Assignat differentiam eorum, quæ accepit pro constitutione loci. quarta ibi. (Quare) oñdit, hunc locum fuisse notum ueteribus, & in usu eorum. Quantum ad primam partem uult locum hunc tertium accipi ab ijs, quæ sunt secundum naturam & legem.

A legem. Causa autem,quia id quod est secundum legē, & id,quod est secundum naturam,contraria sunt. Et quia sunt contraria,ideo iustitia,'quæ est secundum legem,est bonum,Secundum naturam uero,nō bonū. dicit.[Plurimus autem locus] .i.pollentissimus autē locus & fortissimus(ut Alexander exponit) uel plurimus.i.qui plurimum est in usu [faciendi]rñdentem [dicere inopinabilia est, quemadmodum Callicles in Gorgia scriptus est,dicens.]& legantur uerba suspensiue usque ibi [& iustitiam secundum legem & ueteres omnes arbitrati sunt accidere,& iustitiam secundū legem quidem esse bonum,secundum naturam autem non bonum.] Cuius causam assignat,& dicit. [ppea quia id,quod est secundum naturem,& id quod est secundum legem,sunt contraria.Contraria.n.esse naturam & legem dicunt.]

B Modo contrariorum si alterū est bonum,alterum est non bonum. quare cū iustitia secundum legem sit bonum,secundum naturam nō erit bonum,usque ad hoc sunt uerba Calliclis. Inducit.n.Plato in dialogo,qui inscribitur Gorgia. Calliclem dicentem iustitiam non esse bonum, quia nō est secundum naturam,sed est bonum secundum legem. Auaritiam uero esse magis bonum, qm̄ est secundum naturam. Et causam assignat ex feris. Nam ferarū natura quasdam fortes atque audaces, quasdam uero timidas,atque imbecilles efficit, & in his quæ fortiores sunt,fecit ut raperent,ederentque eas,quæ imbecilliores unr. At legum latores opinati iustitiam utilē esse, & bonam timidis, & imbecillibus, leges inuenerunt, ne imbecilles opprimerentur a potentioribus.¶Ideo

C (ut Alexander concludit) legem dixerunt inuentum esse hominum timidorum,atque imbecillium.Deinde ex his constituit locum,& dicit. [Oportet igitur ad eum quidem]respondentem[qui dicit secundum naturam,obuiare] per ea,quæ sunt [secundum legem, ad eum uero] respondentem,[qui]dicit[secundum legem] oportet [ducere ad naturam].i ad ea,q̄ sunt secundum naturam.[Nam utroque modo contingit dicere inopinabilia].i nam utroque modo si dicant, possunt esse inopinabilia,quæ dn̄r. Quare si rñdentis positio, quam sustinet, est ex ijs, quæ sunt secundum naturam,obijcere debes ex ijs,quæ sunt secundum legem,si uero positio fuerit ex eis, quæ sunt secundum legem,obijcere debes ab ijs, quæ sunt secundum naturam. Deinde assignat dr̄iam eorum, quæ accepit pro constitutione loci,& dicit.[Erat autem ipsis].i.Calli

D cli(ut Alexander exponit)& alijs sophistis, [quod natura quidem est,uerum,] & bonum. Quod autem est secundum legem,uidetur bonum multitudini] id est uulgo. Vltimo ostendit hunc locum fuisse in usu ueterum,& Platonicorum,& dicit.[Quare manifestum qm̄ & illi] .s. sophistæ antiqui conabantur efficere [quemadmodum &]Platonici,[qui nunc] Philosophantur,conantur[redarguere]respondentem.[aut inopinabilia dicere] .i. aut cogere ut respondens dicat inopinabilia per hunc locum.ergo locus hic recte assignatus est,qm̄ fuit in usu ueterum. Quęrit hic Egidius quid Arist. intelligat per esse secundum naturā, & quid per esse secundum leges,& asserit Arist.intellexisse per esse secundum naturam esse secundum ius naturale, & per esse secundum leges esse secūdum ius positiuum. Sed hæc responsio uidetur diminuta,qm̄ tam id quod est secundum rectam rationem, quam id

De inuētiōe legum.

quod est secundum impetum naturalem, dicitur esse E secundum ius naturale,& cum id, quod est secundum rectam rationem,sit etiam iustum legale quinto ethic. sit ut non omnibus modis id quod est secundum naturam,& id quod est secundum leges sint contraria. Propterea uidetur melius esse dicendum Arist.intellexisse per id,quod est secundum naturam, id quod est secundum impetum naturalem,& id, quod est secundum rectam rationem indifferenter,per id uero,quod est secundum leges, intellexisse id, quod est mere de cōi uoluntate ciuium uel principis, siue sit secundum rectam rationem,siue nulla prorsus ratione habeatur. Et hoc pacto diluitur alia.q.Egidij, cum quærit utrū hæc sint contraria. Non.n.in omnibus sunt cōtraria, sed plerunque. Pro maiore.n.parre iusta legalia sunt pro uoluntate principis, uel ciuium, & non secundū rationem. At iusta naturalia sunt secundum rationē, quia uel sequuntur naturam primęuam,uel rectam ra- F tionem,quæ est natura secundaria.Cum uero Egidius quærit, quare iustum secundum naturam est iustum secundum sapientes, iustum nero secundum leges est iustum uulgare,uidetur frustra quærere. qm̄ cum dixit.Arist. [erat autem quod secundum naturam quidem ipsis, uerum] per ipsos,non sapientes exponit Alexander, sed Calliclem, & sophistas. ideo quæstio est extra propositum. Verum quia postea dicet sapientes dicere secundum naturam,& secundum ueritatem, potest dici Egidium recte quæsiuisse, & optime soluisse, qa & si nō hic,tn̄ alibi dicit de quo q̄rit.

Quædam autem interrogationes id habent,',quod secundum responsionem utrinque inopinabile est. Vt utrum sapientibus an patri oporteat obedire,& expedientia facere an iusta? & an iniuriam pati eligibilius quam nocere?

Hic assignat quartum locum,qui accipitur ab ipsis G interrogationibus, quæ utrinque sunt ambiguæ. Et tria facit.quia primo exponit q̄uo sunt nonnullæ interrogationes hincinde ambiguę,secundo docet locū. ibi [Oportet autem] Tertio reducit hunc quartum locum ad tertium.ibi [Est autem ad ea.] De prima parte dicit, [quædam autem interrogationes id h̄nt, quod secundum responsionem utrinque inopinabile est.]hoc est,sunt autem nonnullæ interrogationes, q̄ hincinde sunt ambiguæ. Et has Alexander uocat inrogationes secundum contradictionem,quatenus altera pars uidetur sapiētibus,altera uero sophistis,& uulgaribus,de quibus Arist. assignat exempla, & dicit. [Vt utrum sapientibus an patri oporteat obedire.] Quod quidem sapientibus obediendum, uidetur sapientibus,quod uero patri,uidetur sophistis & plebi. H [&]utrum oporteat[expedientia].i utilia [facere, an iusta?] Quod quidem oporteat utilia facere,ur̄ sophistis & plebi,ꝙ uero iusta,uidetur sapientibus [Et an iniuriam pati eligibilius quā nocere?] quod enim iniuriam pati sit eligibilius quam nocere, uidetur sapientibus. ꝙ autem nocere uideatur eligibilius quam iniuriam pati,uidetur sophistis,& uulgo. Sunt & aliæ interrogationes quam plurimæ huius generis,de quibus in moralibus dictum est satis.

Oportet autem ducere ad ea,quæ multitudini,& sapientibus sunt contraria. Nam si dicat aliquis,ut ij, qui circa orationes, ad ea,quæ multitudini. Si autem,ut multi ad ea,quæ sapientibus. Dicunt.n.hi quidem ex necessitate beatum iustum esse,multitudini autem inopinabile est regem infœlicem esse.

Sapiētibus σοφοῖς ijs qui in oratione

I Nunc docet locum,& dicit. [Oportet autem] .f. opponentem [ducere] f. respondentem [ad ea,quæ multitudini, & sapientibus sunt contraria.] Nam si reducatur respondens ad interrogationes hmõi, quæ in contradictione consistunt, respondens nesciet respondere,quia quicquid respondebit, incidet in contradictionem [nam] ut inquit [Si dicat aliquis] f. respondens, [ut ij,qui circa orationes] .i.ut sapientes, ducendus est [ad ea,quæ uñr multitudini.] Si autem dicat,[ut multi,] ducendus est [ad ea,quæ uñr sapientibus.] Deinde exponit quonam modo sapientes,& uulgus in opinionibus sunt contrarij, & dicit. [Dñt enim hi quidem] .f. sapientes [iustum] hominem [ex necessitate esse beatum] atque fœlicem,& accepit iustum pro homine, qui omni uirtutum genere clarus est. Nam (ut dicitur quinto ethicorum.) Iustitia omnes

K uirtutes complectitur, [multitudini autem inopinabile est regem,] etiam si fuerit iniustus,[infœlicem esse,] nam uulgus non arbitratur iustum beatum esse,sed diuitem,quia ei uidetur improbabile regem nõ esse fœlicem.

Est autem sic ad inopinabilia ducere idem ei,quod est ad eam, quæ est secundum naturam,& secundum legem contrarietatem ducere. Nam lex opinio multitudinis. Sapientes autem secundum naturam,& ueritatem dicunt,& inopinabilia quidem ex his oportet quærere locis.

Nunc reducit hunc locum ad tertium uia similitudinis (ut Alexander exponit)& dicit. [Est autem ad inopinabilia ducere sic] .i. secundum multitudinem, & secundum sapientes [idem ei,] .i. simile ei, [quod est ducere ad eam,quæ est secundum naturam,& secũ dum legem contrarietatem.] Cuius causam assignat, & dicit.[Nam lex opinio multitudinis] est,quod .n.

L uulgus opinatur, hoc uidetur lex,cum nihil aliud sit lex quam opinio multorum [Sapientes autem secundum naturam, & ueritatem dñt,] quod .n. sapientes honorant,hoc & natura ipsa dicit, & ueritas. [Quo uero ad uerba attinet,cum dicit, legem esse multitudinis opinionem,id intelligendum est de lege populari, tunc uidelicet cum populus dominatur. nã in regno lex est regis institutum. In tyrannide,tyranni,in optimorum statu,scita prudentum. In potestate paucorũ lex est institutum diuitum. In repu.mediocriter coniectantium lex institutio est. In populari uero,populi. tunc epilogat, & dicit. [Et inopinabilia quidem ex his oportet quærere locis,] quæ (ut uisum est,)

M quatuor sunt.

quid õ quod *De eo uero quod est facere nugari, quid quidẽ dicimus nugari, iam monstrauimus.*

Cum dixisset quõ opponens potest reducere respondentem ad redargutionem,& ad falsum,& ad inopinabile,nunc docet loca per quæ opponens potest reducere respondentem ad nugationem. Et primo ꝓponit intẽtionẽ cũ excusatione,& dicit. De eo uero, quod est facere nugari] subaudi nunc dicendum,qm̃ subaudi [quid quidem dicimus nugari,iam monstrauimus [Dixit .n. in principio huius libri quid sit ipm̃ nugari ¶ Quo uero ad uerba attinet,nugari,qđ græci dñt ἀδολεσχεῖν, latini uana uerba agere interprætãtur, nugæ .n. sermones leuium rerum, nulliusque ponderis,plerũque scurriles,ioculatorijque,ꝙ uidelicet sint de inanibus uel rebus,uel uerbis. Aristot.tñ superius definiens dixit. [Hoc autem est frequenter cogere idem dicere.] & tu addas in eadem orationis parte N & inutiliter, ut si dixeris leo leo est animalium fortissimum, non enim si dixeris leo est leo,erit nugari. Diximus inutiliter,quia si ornatus causa,aut maioris expressionis,aut ob aliquid aliud non erit nugari. ut si dixeris o mi Cæsar mi Cæsar,faueas mihi.

Omnes autem tales orationes id uolunt efficere,si nihil referat nomen & orationem dicere,duplum autem, & duplum dimidij idem est. Si igitur duplum est dimidij duplum, erit dimidij dimidij duplũ. Et rursum si pro duplo, dimidij dimidij duplũ ponatur, ter erit dictum dimidij dimidij dimidij duplum.

Proposita intentione,nunc assignat loca, quorum primus accipitur ab identitate nominis & orationis, & dicit.[Omnes autem tales orationes] .f. sophisticæ a nobis dicendæ,quæ uidelicet ducunt ad nugationẽ, [id uolunt efficere] .i. ad nugationem ducunt.[Si nihil referat nomen & orationem dicere] .i. si non plus O importetur per orationem,quæ explicat nomen, quã per nomen,quod per eam explicatur orationem.[duplum autem] .i. sed qm̃ duplum,quod est nomen,[& duplum dimidij,] quod est oratio explicans nomen dupli, [idem est] .i. idem importat. [Si igitur duplũ est dimidij duplum] .i. si igitur respondens dixerit duplum esse dimidij duplum. [erit dimidij dimidij duplum] .i. cogetur nugari, quia explicatur his ille terminus dimidij.[Et rursum si ꝓ duplo] nomine [ponatur dimidij dimidij duplum] hoc est oratio, quæ est duplum dimidij,dimidij duplum, [ter erit dictum dimidij dimidij dimidij duplum] immo erit dictum in P finities, qm̃ non potest in duplo semel explicari ipm̃ dimidium, quin subintelligatur bis, nec bis explicari, quin subintelligatur ter, & sic in infinitum, eo quia semper duplum importat idem, quod hæc oratio dimidij duplum. Et ita non potest ipsum dimidium explicari semel, quin intelligatur bis,nec bis,quin intelligatr̃ ter,& sic in infinitum. Et ut recte dicit Egid. hoc exemplum est in relatiuis secundum se.

Et putas est concupiscentia delectationis, hæc autem est appetitus delectationis. Est igitur concupiscentia appetitus delectationis delectationis.

Cum assignasset exemplum in relatiuis secundum se, nunc assignat exemplum in ijs, quæ sunt relatiua secundum genus. Nam si concupiscentia iuncta delectationi, quæ est suum correlatiuum, idem importat quod per se sumpta. Cum concupiscentia per se sum Q pta idem sit,quod appetitus delectationis, si ponatur cum illo genitiuo delectationis erit nugatio, ut appetitus delectationis delectationis,unde dicit. [Et putas] subaudi an bene dictum sit [concupiscentia delectationis] .i. utrum possit dici concupiscentia delectationis. Et uĩ ꝙ non,quia esset nugatio. & hoc subdit. [Hæc autem est appetitus delectationis.] hæc .f. concupiscentia est appetitus delectationis. [Est igitur concupiscentia] delectationis [appetitus delectationis.] ergo appetitus delectationis delectationis. Intelligetur .n. ille genitiuus delectationis semel in ipsa cõcupiscentia,& semel in ipso appetitu. Quare si concupiscentia & concupiscentia delectationis est idem, cũ concupiscentia sit appetitus delectationis,erit concupiscentia delectationis appetitus delectationis, & qm̃ nõia trãsposita idẽ signãnt. Si cõcupiscentia delectationis est appetitus delectationis,erit cõcupiscẽtia appetitus delectationis delectationis,& ita erit nugatio.

Sunt

A *Sunt autem omnes hmõi orationes in ijs, quæ sunt ad aliquid, quæcunque non solum genera, sed & ipsa ad aliquid dicuntur, & ad idem, & unum assignantur, ut appetitus alicuius appetitus, & concupiscentia alicuius concupiscentia, & duplum alicuius duplum, & duplum dimidij.*

Qm̃ aliquis posset credere solum orationes, q̃ sunt in relatiuis secundum genus esse nugatorias, uel solũ orationes, quæ sunt in relatiuis secundum se esse nugatorias, ostendit utrasque orationes esse nugatorias, & dicit. [Sunt autem omnes hmõi orationes] .s. nugatoriæ [in ijs, quæ sunt ad aliquid] dico ad aliquid, [quæcunque non solum genera, sed & ipsa ad aliqd dñr, & ad idem, & ad unum] .s. correlatiuũ [assignantur.] Addit & ad idem, & ad unum, pro maiore expressione, ut. uidelicet. intelligatur correlatiuum esse
B aliquid idem, & unum, ad quod relatiuum refertur. Vel fortasse addit hæc, quia in relatiuis non cõmittit nugatio quouis modo acceptis, sed ut assignantur ad unum, & idem, hoc est, sed ut assignantur ad aliquid determinatum, quia relatiua sic accepta dant intelligere seipsa, & ita cõmittitur nugatio. hac ratione si dicit auis, ala non est nugatio, quia licet idem significat nomen & oratio, quia tñ ala non determinate dr̃ relatiue ad auem, ideo non erit ibi nugatio. Hæc est expõ Egidij, q̃ placet. [Vt appetitus alicuius appetitus,] quod est genus concupiscentiæ. [Et concupiscentia alicuius] .s. delectationis [concupiscentia, & duplum alicuius duplum,] quia subdupli [&] non solũ subdupli, sed [dimidij duplũ.] Quare orationes nugatoriæ sunt in relatiuis quouis modo dictis, tam secundũ se,
C quam secundum genus ad aliquid dicta.

Et in quibuscunque, quæ (cum substantia non sint) ad aliquid eorum omnino sunt, quorum habitus sunt, aut affectus, aut aliquid hmõi. in oratione ipsorum de illis prædicatorum declaratur. ut impar numerus est medium habens. Est autem numerus impar. Est igitur numerus numerus medium habens. Et si symum est cauitas naris. Est autem & naris symũ. Est ergo naris naris cauitas.

Cum declarasset orationes nugatorias esse in relatiuis, tam quæ secundum se, quam quæ secundum genus referuntur ad aliquid, nunc declarat orationes nugatorias fieri etiam in ijs accidentibus, in quorum definitione ponitur subiectum suum. Sunt. n. duplicia accidentia, quædam per se, in quorum definitione subiectum ponitur, quædam per accidens, in quorum definitione non ponitur subiectum. ostendit ergo Aris. fieri nugationem in accidentibus per se, in quorum definitione ponitur proprium subiectum. Et duo facit
D quia primo exponit, quod intendit. secunda ibi. [Vt impar,] assignat exempla, de prima parte dicit. [Et in quibuscunque in oratione] .i. definitione [ipsorum.] .s. accidentium [prædicatorum, de illis.] .s. proprijs subiectis [declaratur] & intelligitur subiectũ subaudi fieri solet nugatio. quasi dicat non solum nugatio fit in relatiuis, sed etiam in accidentibus. In quorum definitionibus ponuntur propria subiecta, & assignat quasi causam, & dicit. [Quę cum substantia nõ sint,] sed accidentia, [ad aliquid eorum oratio sunt, quorum habitus sunt, aut affectus, aut aliquid hmõi.] Est igitur causa, qm̃ hæc accidentia per se referunt ad subiecta, quorum sunt habitus, aut passiones, aut dispositiones. ergo hæc accidentia dant intelligere propria subiecta, cum sumuntur sine illis, & ita cum in oratione sumuntur cum proprijs subiectis, cõmittitur nugatio. Deinde assignat exempla, & dicit. [Vt impar] subaudi accidens est numero proprium, quod nõ potest intelligi sine numero. [Est. n. impar numerus medium habens.] .i. abundans medietate, [est autem impar numerus] .q. d. sed impar non potest intelligi sine numero, tunc concludit, [igitur impar est numerus numerus medium habens.] ponitur numerus bis, semel cum dicitur impar. & semel cum exprimit. ergo est nugatio. Assignat secũdum exemplũ, & dicit. [Et si symum est naris cauitas] erit. nugatio dicere symũ est naris cauitatẽ. [Est aũt & syma] uel symitas ipsa [naris. ergo symitas est naris naris cauitas,] quia bis explicatur naris semel in ipsa symitate, & semel in ipsa expressa oratione.

Apparent autem facere non facientes quandoque. eo ꝙ non interrogant, si significet aliquid per se dictum duplum, an non? Et si aliquid significat, utrum idem, an diuersum. Sed conclusionẽ dicunt statim, & apparet propter nomen idem, esse idem & significare. F

Cum docuisset quonam modo aliquis uere ducit ad nugationem, nunc docet qũo apparenter ducit ad nugationem, & uult tunc concludi apparenter nugationem, cum non conceditur suppositio prius facta. uidelicet. ꝙ nomen per se, & alteri coniunctum idem significet. Cum. n. hæc suppositio non conceditur nugatio non poterit concludi, nisi apparenter. dicit. [Apparent autem] .s. sophistæ [facere] .s. nugationem, [non facientes qñque, eo ꝙ non interrogant, si significet aliquid per se dictum] nomen ut [duplum, an non] significat nomen aliquid per se dictum, [& si aliquid significat] nomen per se dictum [ut: ũ idẽ] cum eo, quod significat coniunctum alteri, [an diuersũ?] Si. n. hæc suppositio non supponitur, [sed cõclusionem dicunt statim,] tunc [& pp nomen idem, G apparet esse idem & significare,] & ita cõmittetur nugatio apparens, non autem uera. Quare uera nugatio cõmittitur quoties supponitur idem significare nomen per se sumptum, & alteri coniunctum, ut duplũ, & dimidij duplum. At si non supponitur hæc suppositio. s. ꝙ nomen per se sumptum, & alteri coniunctũ idem significent, tunc qui concludit nugationem sine tali suppositione, apparentem cõmittit nugationem. dicit Alexander hic, esse redargutum manifeste eum, qui asserit idem significare nomen per se sumptum, & alteri coniunctum, ut qui dicit duplum esse idem cum duplo dimidij. Qui uero hoc non præconcedit, est apparenter redargutus, non tñ manifeste. Egidius uero non ab ratione Aristotelem, ut ostenderet nugationẽ esse de considera.ione sophistæ, demõstrasse nugationem aliqñ fieri, aliqñ autem uideri fieri, non aũt fieri. H Ex ijs apparet non esse absurdum in aliquibus definitionibus cõmitti nugationem, modo non cõmittat manifesta. Qui. n. definit symum, & dicit symum esse nasum cauum, licet cõmittat nugationem latenter, nõ autem manifeste, quia nõ supponit symum & symũ naris esse idem, quia tñ sunt idẽ, cõmittit nugationẽ in definitione illa, quia uero nõ supponit illa esse idẽ, ideo non cõmittit nugationẽ manifestam. Hęc sunt q̃ Alex. induit.

Solœcismus autem quale quid est, dictum est prius.

Cum dixisset modum, quo opponens ducere põt respondentem ad nugationem, nunc docet modum, quo opponens poterit ducere respondentem ad so-

I loecismum, & primo accipit, quid est supponendum pro declaratione præsentis propositi, & dicit. [Soloecismus autem quale quid est, dictum est prius.] & hoc nunc supponatur. dictum est enim soloecizare esse ui syllogismi secundum locutionem facere respondentem barbarizare, ut quod dicis esse, est hoc. Socratem dicis esse. ergo Socrates est hoc. De ijs uero superius.

Est autem & hoc facere, & non facientem uideri, & facientẽ non uideri.

Cum accepisset quid est supponendum, nunc exequitur, & asserit soloecismum fieri secundum tres modos, primus quidem modus est, cum uere quis soloecizat. & uidetur, facere dicens λαχῆς λαχοῦ. & hoc dicit. [Est autem & hoc facere] .i. primus modus est uere soloecismum [facere] & uideri facere. Secundus uero

K modus est, non facere, & uideri facere, & hoc sophistæ argumentantur. utrum quod tu dicis esse, est, sed dicis lapidem esse. Deinde concludunt, est igitur lapis, hoc uidetur soloecismum esse, proprie uero nõ est. Oportebat. n. sophistas sic inducere. est igitur lapidem esse, dicit. [Et non facientem uideri] .s. facere. Tertius est qñ quis facit soloecismum, & non uidetur facere, & dicit. [Et facientem] .s. soloecismum [non uideri] facere, ut cum quis dixerit, solum est grauissima. hoc. n. est soloecismus, quia est pctm̃ in grãmatica, nam solũ est generis neutrius, grauissima autem generis foeminini. non uidetur autem soloecismus, quia significatio soli est terra, quæ est foem. gen. Er sic uř bona grãmatica, quatenus grauis sima concordat nõ cum uoce, sed cũ sigñatione soli. Aris. tñ aliud assignat exẽplum, ut

L patebit statim.

μηνὶς menis iracundia pelex πήληξ galea .i. cassis pro rhete

Quemadmodum Protagoras dixit, si menis, & pelex masculinum est. Nam qui dicit pernitiosam, soloecizat secundum illum. non apparet autem alijs. Qui autem pernitiosum. uidetur quidẽ, sed non soloecizat. Manifestum igitur, quoniam & ars potest hoc facere. Propterea quia plures orationes, quæ non syllogizant, soloecismum uidentur syllogizare, ut in elenchis.

Assignat exemplum eius, quod est facere soloecismum. & non uideri facere, & eius, quod uř soloecismum facere, & non facit, & dicit. [Quemadmodum Protagoras dixit, si menis, & pelex masculinum est,] m enis. i. iracundia, pelex. i. galea, quæ & cassis, hoc est rhete dicitur, & dixit. [Si masculinum est] quia secũdum cõiter loquentes in græco sunt foeminini gñis, supponendo ergo secundum Protagoram illa esse ma

M sculina, uerificat exempla, & dicit. [Nam qui dicit] menim [perniciosam soloecizat secundum illum] .i. secundum Protagoram, [non apparet autem alijs] .s. soloecismus. Protagoras. n. respiciendo ad uocem, q̃ est masculini generis, asserit soloecismum esse, cum dř pernitiosam. Alij autem respicientes ad sigñationem, quæ est foeminini generis, dicerent non esse soloecismum. [Qui autem dicit pernitiosum, uidetur quidẽ] soloecizare qui sic dicit, nam significatio est foem. gen. [Sed non soloecizat,] quia reuera est ad uocis genus respiciendum, & non ad significationem. ¶ Quo uero ad uerba attinet, qui accepit exemplum ex lenino de uenere, non loquutus est ad propositum, quia uenus in foeminino genere, & in masculino non idem significat. nam uenus pro masculino genere, significat libidinem cum pueris. pro foeminino genere, significat libidinem cum puellis. Similiter qui accepit exemplum de ficu, etiam non loquitur ad propositum, quia ficus N secundum diuersa genera, & diuersas declinationes non idem significat. & ideo solum exemplum Protagoræ est ad propositum. Nam menis, & pelex semper idem significant. possunt accipi etiam alia exempla innumera, ut de ense, nam qui dicit, ensem acutam soloecizat, non uidetur autem soloecizare. Soloecizat quidem, quia ensis est masculini generis, non uidetur aũt, quia significatio ensis est spata, quæ est foeminini gen. etiam de solo, nam qui dicit solum esse grauissimam, soloecizat, non uidetur autem pp eãdem causam. sunt & alia exempla sexcenta. Patet igitur tres modos esse, quibus soloecizant homines. nunc concludit propositum, & dicit. [Manifestũ igitur, qm̃ & ars] .i. syll's, artem. n. (ut Alex. inquit) syll'm nuncupauit, [potest hoc facere] .s. (ut exponit Alex.) aut apparenter, aut O uere. Cuius causam assignat, & dicit. [Propterea quia plures orationes, quæ non syllogizant,] quia sunt a syllogisticæ, [uñr soloecismum syllogizare,] ut quod tu dicis esse, est. sed dicis lapidem esse. ergo lapis est. Hæc oratio uidetur syllogizare soloecismum, & tñ non syllogizat. [ut in elenchis] etiam dictum est, aliquos esse, qui uere redarguunt, aliqui qui uñr redarguere. ¶ Quo uero ad uerba attinet ars græce est, τεχνίτης, uerum si technites pro artifice accipitur (ut Herminius exponit) tunc pro sophista intelligendum est, nam si in soloecismo inueniuntur apparentia, & defectus, quia aliquis fit, & non uidetur, aliquis autem uř, & non fit, erit manifestum hæc facere posse artificem P quendam .s. sophistam, quia multæ orationes a syllogisticæ soloecismum uñr syllogizare, quare sophista est, qui potest hmõi apparentes syllogismos facere. Ex ijs patet de soloecismo considerare grãmaticum, & sophistam grãmaticum quidem, inquantum est uitium in contextu orationis contra regulas artis grammaticæ. Sophistam uero quatenus apparenter syllogizatur, & ut uidetur fieri, & non fit, & quoniam sophista dialecticus est, ideo si consideratur a sophista, etiam a dialectico consideratur, ueluti quod consideratur a physico, etiam consideratur a Philosopho.

Sunt autem omnes pene apparentes soloecismi propter ipsum hoc, & quando casus neque masculinum, neque foemininum sed neutrum significat.

Cum dixisset qũo aliquis soloecizat, nunc (ut Alex. exponit) assignat causam, ex qua soloecismus fit, quæ Q est ipsum hoc, & est etiam ipsum id, qñ casus interpretatiuus nec masculinum nec foemininum, sed neutrũ significat, ut cum dicitur. i. Hæc est expositio Alexã. Fortasse melius dicendum cum Herminio, quem sequitur Egidius, q̧ Arist. uelit ostendere, quonam modo facilius fit soloecismus, etiam primo proponit qđ intendit, & dicit. [Sunt autem omnes pene apparentes soloecismi pp ipsum hoc,] quod est pronomẽ neutri generis, [Et qñ] .i. & non semper, sed [quando casus] in quo accipitur, [neque masculinum, neque foemininum, sed neutrum significat.] quasi uelit dicere tunc esse potissimum soloecismum, cum contingit in casibus, qui significant neutrum genus. Aut fortasse Arist. dicit. [Sunt autem omnes pene apparentes soloecismi pp ipsum hoc, &] scilicet in alijs [quando casus] .i. nominatiuus [neque masculinum, neque foemininum, sed neutrum significat.] Vt sunt ens, aliqd, id, & in cæteris similiter. In omnibus. n. his, fiunt oẽs

quasi

A quasi apparentes solœcismi. dixit autem [apparentes] ad differentiam solœcismorum, qui fiunt, & apparent fieri, de quibus non agit sophista, sed grammaticus.

mediū μεταξὺ neutrū *Nam ipsum hic quidem masculinum significat, ipsum uero hæc, fœmininum, & ipsum hoc medium quidem uult significare, & sæpe significat illa utraque, ut quid hoc est, Caliope, lignū, coriscus.*

Cum proposuisset solœcismos potissimum contingere in ipso pronomine hoc, & in alijs, in quibus nominatiuus significat omnia genera, nunc assignat causam, & dicit. [Nam ipsum hic quidem masculinum significat, ipsum uero hæc, fœmininum, & ipsum hoc medium] .i. neutrum [uult significare, & sępe] ipsum hoc, [significat] neutrum, [& illa utraque] .s. fœmininum & masculinum [ut] si aliquis interrogauerit B [quid hoc est,] potest dici [Caliope,] quæ est fœminini generis, [lignum,] quod est generis neutri, [coriscus.] qui est generis masculini. Et erit bona responsio. igitur ipsum hoc potest significare ea omnia, & ita propter ipsum hoc fieri possunt solœcismi plerunq;, sic paralogizando permutationem generis. Socrates uidet hoc lapis est, quem Socrates uidet. igitur lapis est hoc. Mutatur enim hoc in hunc, & ita est solœcismus.

Masculini igitur & fœminini differunt casus omnes. Neutri uero hi quidem. Illi autem non.

Herminius (ut mihi uidetur) non legit igitur, sed legit etiam, & tunc uult Arist. hic dare secundam cām, quare propter ipsum hoc fiunt plerunque solœcismi C & dicit. [Masculini etiam & fœminini differunt casus omnes] .i. habent casus pro maiore parte dissimiles. [neutri uero] .s. casus [hi quidem differunt] .s. datiuus, genitiuus, & ablatiuus. [Illi autem non] differunt .s. nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus. ergo potissimum fieri possunt solœcismi pp ipsum neutrū. Tum primo quia masculinum & fœmininū sunt magis distincta quam neutrum, ut patet ex prima rōne, quia uidelicet neutrum est magis confusum, quia pōt continere omnia genera, ut patet per responsionē ad interrogationem factam per quid est hoc, Tum quia masculinum & fœmininum habent plures casus dissimiles quam neutrum. Quare per neutrum facilius cōmittitur solœcismus. Nam si respondens responderit per nominatiuum casum, tunc opponens poterit cōcludere, ac si esset responsum per accusatiuū, uel econuerso sic paralogizando, hoc est coriscus, sed ille uidet D hoc. igitur ille uidet coriscum. & ita in alijs. Possunt igitur fieri paralogismi ducentes ad solœcismū. Vno modo mutando genus ut de neutro in masculinū, uel fœmininum, uel econuerso. Alio modo mutando casum, & qm̄ hoc duo potissimum fieri possunt per ipsum hoc & similia. Ideo patet quod Aris. dixit. Egid. uero legit. [Masculini igitur] per notā illationis, qđ mihi non placet, tu uero quæ ipse dicit, diligenter cōsidera. Nam Alexander uidetur potius legere, ut Herminius.

Cum datur igitur hoc, sæpe syllogizant, quasi dictū sit hunc. Similiter autem & alium casum pro alio. Paralogismus itaque fit, quoniam cōe est ipsum hoc pluribus casibus. Nam ipsum hoc quandoque quidem significat ipsum hic, quandoque aūt hunc.

Ex ijs assignat locum, & est, si opponens uelit ducere respondentem ad solœcismum, debet conuertere locutionem ad neutrum genus, dicit. [Cum datur E igitur hoc, sæpe syllogizant quasi dictum sit hunc] .i. cum respondens cōcesserit aliquid esse hoc in neutro genere, sophiste sæpe mutando genus syllogizāt hūc, id est masculinum. [Similiter autem] syllogizant [& alium casum pro alio,] qn̄ mutatur locutio ad neutrum genus. ergo mutanda est locutio ad neutrum, qm̄ opponens potest ducere respondentem ad solœcismum mutando in aliud genus, & in alium casum, tunc concludit, [paralogismus itaque fit] pp ipsum hoc [qm̄ cōe est ipsum hoc pluribus casibus,] subaudi & pluribus generibus. [Nam ipsum hoc qn̄que quidem, significat ipsum hic] .i. nominatiuum, [qn̄que autem ipsum hunc] .i. accusatiuum. similiter significat quandoque Caliopem fœminini generis, quādoque coriscum masculini generis. ergo propter ipsum hoc aptissime fiunt solœcismi. Quare mutanda est locutio ad neutrum genus, quia sic facile opponens poterit ducere respondentem ad solœcismum. F Hæc de loco.

Oportet autem uicissim significare cum ipso est quidem, hic, cum ipso uero esse, hunc. Vt est hipponicus, esse hipponicum, & in fœmininis nominibus eodem modo, & in ijs, quæ suppellectilia nuncupantur, habentia quidem fœminæ, aut maris uocationem. (Quæcunque.n. in o & in n desinunt, hæc sola suppellectilis habent uocationem, ut ξύλον, xilon .i. lignum, σχοινίον, scænion .i. funis. Alia autem) non sic maris aut fœminæ (quorum aliqua referrimus ad suppellectilia, ut ἀσκὸς, ascos quidem .i. uter masculinū nomen. κλίνη, clina .i. lectica autem, fœmininum.) Quare & in talibus & ipsum est, & ipsum esse similiter facient differentiam. suppel lectilis σκεύων uasa.

Cum assignasset locum, quo opponens facile pōt ducere respondentem ad solœcismum, nunc assignat unam, qua respondens facile potest euitare deceptionem, & dicit. [Oportet autem uicissim] .i. permutanter [significare cum ipso est, hic.] .i. nominatiuum. G [Cum ipso uero esse, hunc] .i. accusatiuum. Quare si uis dicere ipsum hoc in nominatiuo. adde ipsum est, & dic est hoc. Et si uis dicere ipsum hoc in accusatiuo, adde ipsum esse, & dic Socrates asserit esse hoc. Et cum dixisset hic & hunc, usus est pronomine masculino pro neutro, quia accipitur hoc, ut significat masculinum, [ut est hipponicus, esse hipponicum.] Et cum dixisset qūo ipsum hoc discernitur significare masculinum in nominatiuo, & qūo in accusatiuo per uariam acceptionem uerbi personalis, nunc addit similiter esse faciendum in fœmininis, & dicit. [Et in fœmininis nominibus eodem modo,] hoc est in neutris significantibus fœmininum genus eodem modo. nam cum ipsum hoc accipitur pro aliquo nomine fœminini ge H neris, si uis scire ꝙ in nominatiuo accipiatur, dic est hoc .s. Caliope. In accusatiuo autem, dic esse hoc .s. Caliopem. & discernetur id, quod significat esse intelligendum in nominatiuo, uel in accusatiuo. addit. [& in ijs, quæ suppellectilia nuncupantur, habentia quidem maris, aut fœminæ uocationem] subaudi etiam potest sciri qn̄ ipsum hoc accipitur in nominatiuo, & qn̄ in accusatiuo, & quia dixit, [habentia quidem maris aut fœminæ uocationem,] declarat hoc esse additum rationabiliter, qm̄ nomina suppellectilium non omnia sunt neutri generis, nonnulla uero alterius generis .s. fœminini uel masculini. Quando ergo uolumus scire utrum ipsum hoc, quod accipitur pro fœminino uel masculino noīe suppellectilis, accipiatur

K in nominatiuo,uel in accusatiuo, discernatur per ipsum uerbum personale differenter acceptum. Tunc declarat quæ nomina suppellectilium sint neutri generis,& quæ alterius generis,& hoc in sua lingua, nō autem in nostra. Non.n.quæ dicit hic,respondenti in latino,dicit.[Quæcunque.n.] .s.nomina suppellectilium in o,& in n,desinunt.[Hæc sola suppellectilis] & subaudi in neutro.s.genere[habent uocationem] & assignat solum exemplum eorum,quæ desinunt in n,in sua lingua,& dicit:ut ξύλον, xilon quod in græco significat lignum,& σχοίνιον,scęnion quod significat funem.[Alia autem non sic].s.desinentia in o,uel in n [quorum aliqua referimus ad] significandum, [suppellectilia, maris, aut fœminæ] subaudi uocationem habent.& assignat exempla,& dicit,ut ἀσκὸς,ascos[quidem].i.uter [masculinum nomē,κλίνη].i.lectica[aūt I fœmininum,] quorum alterum in σ, & alterum in η, desinit. Est ergo regula,in nominibus, quæ significāt suppellectilia quæcunque in o,uel in n,desinunt,sunt neutri generis. Quæcunque uero desinunt aliter,non sunt neutri generis, sed masculini uel fœminini. Hæc uero regula non habet locum in nostra grāmatica. Et ppea in translationibus antiquis uerba hæc non inueniuntur,nisi usque [& in fœmininis nominibus eodem modo. [Sed prætermissis his,quæ dicit de suppellectilibus, inuenitur conclusio, quam assignat his uerbis,[quare & in talibus & ipsum est,& ipsum esse similiter facient drīam.]Nam ipsum est dat intelligere ipsum hoc accipi in nominatiuo, ipsum uero esse accipi in accusatiuo. Alexander uero exposuit hæc uerba,quia sunt de textu Arist.& notat illam regulā, L quia est utilis græcis grāmaticis. Ex ijs patet,quonam modo potest respondens cauere solœcismum,qui nascitur ex ipso hoc,quo ad casum nominatiuum,& accusatiuum. Sed quonam modo respondens potest cauere solœcismum, qui nascitur ex ipso hoc, quo ad masculinum & fœmininum,Arist.non exposuit. Alexander tñ suppleuit dicens similiter fac in masculinis & fęmininis nominibus. Si enim uis manifestare quādo hoc significat masculinum aut fęmininum in accusatiuo,dic esse hoc coriscum, esse hoc Caliopem. In nominatiuo autem, dic est hoc coriscus, est hoc Caliope.

Et quodāmodo similis est solœcismus ijs elenchis,qui pp non similia,aut ijs,qui propter figuram similiter dicuntur. Nam quemadmodum illic in rebus, ita hic in nominibus accidit solœcismum M *facere.Homo.n.& album & res & nomē sunt.Manifestū igitur, quoniam solœcismum tentandum ex dictis casibus syllogizare. Species igitur sunt hæ contentiosarum rationum, & partes specierum, & modi,qui dicti sunt.*

Cum hæc dixisset de solęcismis, nunc ostendit solęcismum esse similem elenchis, qui fiunt secundum figuram dictionis,similem dico non simpliciter,sed quodam modo,nam quemadmodum in elenchis, qui fiūt secūdum figuram dictionis,in rebus aliquis decipitur, ita in solęcismis in nominibus accidit aliquem solęcizare. Ibi enim sophista interrogat utrum non similiter secundum figuram dictionis proferatur ipsum uidere,& ipsum secare?ita dicit respondens. Deinde cōcludet,sed secare est agere,uel facere,igitur uidere etiā erit facere. Hoc autem absurdum est, nam alterū.s.secare actionem,alterum.s.uidere passionem significat. At in solęcismis scdm̄ noīa fit deceptio,nam ipso hoc in nominatiuo dato a respondente, in accusatiuum a N sophista ducetur, & erit factus solęcismus propter nomen,dicit. [Et quodammodo similis est solęcismus ijs elenchis,qui propter non similia, aut ijs, qui propter figuram similiter dñr.]Et fortasse per solęcismum,intelligit paralogismos solęcismi,ut sit sensus paralogismos solęcismi esse quodam modo similes paralogismis figuræ dictionis, appellauit autem paralogismos figuræ dictionis per disiunctionem,dicens qui dñr pp non similia,uel qui pp figuram similiter dñr, qm̄ res circa quas fiunt tales paralogismi, non sunt similes, dictionis uero figura est similis. De ijs satis dictum est superius. Quod autem elenchus figuræ dictionis uideatur similis esse secundum quid solęcismo,uel paralogismo solęcismi probat,& dicit. [Nam quemadmodum illic]in elenchis figuræ dictionis]in rebus]subaudi ac- O cidit facere deceptionem, [ita hic] s.in paralogismis solęcismi [in nominibus accidit solęcismum facere.] ergo est similitudo non simpliciter,sed quædam. Nā licet res aliquo modo nomini sit similis, nō tñ est simpliciter similis. deinde hoc idem demonstrat in exemplo,& dicit. [Homo.n.& albū,& res sunt & nomē] ac si dicat hoc & hoc,& res sunt,& nomina. Quare si ipsa acceperit,ut res,faciet elenchum figuræ dictionis. Si autem ut nomina,faciet paralogismum solęcismi. Si.n.homo & album indebite rebus coniungantur,dicendo album est abstractum, homo est indiuiduum, erit ibi figura dictionis. Si autem incongrue nominibus coniungantur,dicendo homo pulchrum, album P domus,erit solęcismus. Deīde epilogat,& primo quo ad solęcismos,& dicit.[Manifestum igitur, qm̄ tentādum syllogizare solęcismū ex casibus dictis] .s.ipsius pronominis hoc,quod significat nominatiuum, & accusatiuum,& masculinum,& fęmininum, ut Alexan. suppleuit. Quo uero ad epilogum,cæterorum,quæ p̄cesserunt,dicit.[Species igitur] i.(ut Alex.exponit) modi redarguendi,quos a principio dedit. [Contentiosarum rationum].i.sophisticorum syllogismorum sunt [hæ] .s.duæ,nam alij modi sunt in dictione, alij extra dictionem. [Et partes specierum]sunt[& modi,qui dicti]sunt.uidelicet in dictione, ut æquiuocatio,amphibolia,compositio,diuisio,accentus,& figura dictionis,extra dictionem uero,ut accidentis, secundū quid & simpliciter,ignorantiæ elenchi, consequentis, petitionis principij,non causæ,ut causæ, secundū plu Q res interrogationes ut unam. Herminius uero per species contentiosarum rationū,intelligit metas, ad quas ducit sophista,quam expositionem uult Egidius,& p partes specierum,intelligit partes metarum, hoc est. 13.fallacias,& per modos,genera duo.s.in dictione, & extra dictionem, quam expositionem Alexander refert,sed eam nō confutat,ideō de his hactenus. ¶Quæ Q° ritur hic utrum per eosdem syllogismos concludatur elenchus,& cæteræ metæ, an sicuti meta differt a meta,sic syllogismus differat a syllō. Recte dicit Egidius Resp. Egidij. unam tantum esse metam primo, & principaliter.s. redargutionem,quæ dicitur græce elenchos. Nam omnes syllogismi sophistici per se primo ordinantur ad redargutionem, ex consequenti uero ad alias metas. ergo quia unus est terminus primus,& principalis,syllogismorum omnium,qui ad metas ducunt, nulla erit alia drīa syllogismorum,quo ad formam,quatenus ducunt ad diuersas metas, quippe cum una omnium sit

prima

A prima meta, & sic sicuti accidit ducere respondentem ad redargutionem per syllogismos primæ figuræ, ita per eosdem accidit ducere respondentem ad cæteras metas,& sicuti accidit ducere respondentem ad redargutionem per syllogismos,qui apparent esse syllogismi in prima figura,& non sunt,sic accidit per eos ducere ad cœteras metas. Sed quoniam de falso,& inopinabili non est dubium quomodo per eosdem sophisticos syllogismos syllogizari possint, dubitaret aliqs de nugatione,& solœcismo, tamen Egidius recte hoc exposuit, & primo de nugatione,nam nugatio paralogizari potest per locum ab accidente sic,quicunque dicit duplum,dicit dimidij. Qui dicit duplum dimidij, dicit duplum.igitur qui dicit duplum dimidij,dicit dimidij,& sic qui dicit duplum dimidij, dicit duplū dimidij dimidij, quæ est nugatio. Hic deceptio est,
B quæ accipitur ab accidente,nam duplum ut duplum, extraneum est a seipso ut est ipsi dimidio coniunctū, & quoniam medium uariatur penes accidens,ideo nugatio paralogizari potest per paralogismos, qui peccant per locum accidentis. At solœcismus per paralogismos plurium fallaciarum paralogizari potest. & primo per locum ab æquiuocatione, nam omnis canis est iracundus. Sydus cœleste est canis.ergo sydus cœleste est iracundus.ab amphibolia uero, quoniam quod tu uides,hoc existens tu uides,uides alba. Ergo tu alba existens uides, aut tu uides columnam. igitur columnam tu existens uides,ab accidente autem,quia omnis Pompeianus est Romanus, Drusilla est Pompeianus,ergo Drusilla est Romanus. Quod autem fieri possit solœcismus per compositionem,diuisionem, & figuram dictionis, & ita per omnes fallacias in di-
C ctione,nemo dubitare debet. Sed quod fieri possit per fallacias extra dictionem,non est exploratū. hactenus de metis.

¶De locis latendi.

Differt autem non parum ad latendum, si ordinentur quodā modo ea,quæ ad interrogationem sunt,quemadmodum in dialecticis dictum est.Igitur post ea,quæ dicta sunt, hæc primum deinceps dicenda.

Cum dixisset de syllogismis sophisticis, nunc uult dicere quonam modo sophista ordinare debet suas interrogationes, asserens non parum prodesse interrogantibus conuenienter ordinare interrogationes, ut in dialectica demonstratum est.s.8.top.sic & in contētiosis orationibus non parum prodesse uī. Quia igiī prodest litiganti sic aut sic ordinare suas interrogationes,ideo & de hoc proponit dicere.[Differt aūt non
D parum ad latendū,si ordinentur quodāmodo ea, quæ ad interrogationem sunt, quemadmodū in dialecticis dictum est].s.8.top. Tunc proponit intentionē suā, & dicit.[Igitur post ea,quæ dicta sunt]de sophisticis syllogismis.[Hæc primum].s.de ordinandis interrogationibus[deinceps dicenda,] & quia interrogationes possunt ordinari, aut ex modo interrogandi, aut ex datis a respondente, ideo primo assignat loca latendi ex modo interrogandi, deinde ex datis a respondente.

¶Primus locus.

Est aūt ad redarguendum,unum quidē prolixitas. Nā difficile simul multa cōspicere. Ad prolixitatem uero elementis utendum, quæ dicta sunt.

Primum itaque locum assignat a prolixitate eorū quæ interrogantur,& dicit.[Est aūt ad redarguendū unum quidem].s.elementum.uel locus [prolixitas] earū interrogationum.s.quæ proponunī. Cuius cām dicit.[Nam difficile] est.s.rñdenti [multa conspicere.] Cum.n.pluralitate interrogationum confundaī mens respondentis,respondens dabit interroganti id, quod quærit,& dixit[ad redarguendum,]uel quia solum loca hæc sunt utilia sophistis, qui uolunt ducere ad redargutionem,& non ad alias metas, uel quia redargutio est cæteris metis uniuersalior, cæterasque continens,ut superius uisum est. Deinde exponit modum,quo fit prolixitas,& dicit. [Ad prolixitatem uero elementis utendum,quæ dicta sunt]scilicet octauo topicorum.& per elementa intelligit loca, & principia(ut exponit Alexander)quæ dicta sunt octauo topicorum. Hæc autem erant interrogare, atque propo- F
nere non solum causas conclusionis, sed ea, quonam talia sunt,& parabolis,& exemplis,ornare sermonem & alia,quæ octauo topicorum dicta sunt,quod autem ita intelligat,patet per illud, quod postea dicet ibi. [Omnino autem omnia, quæ ad occultandum dicta sunt prius] scilicet octauo topicorum.nam illa utilia sunt ad contentiosas orationes, non minus quam ad dialecticas.

¶Locus secundus.

Vnum uero festinatio.Nam tardiores minus præuident.

Alexander exponit sic.[unum uero.] id est secundus modus siue locus est [festinatio] id ed festinare interrogationes,atque ueloces facere.[Nam] respondentes [tardiores] qui, scilicet sunt mente tardi atque hebetes,[minus præuident]& ita non potentes diligenter considerare,decipientur. Hæc est expositio G
Alexandri. Alij exponnnt, quod opponens festinanter interroget,nam tardiores, id est rudes,atque hebetes minus præuident, cum festinanter interrogantur ab eo,& ita citius redarguentur. Sed hæc expositio in idem uenit cum expositione Alexandri.

¶Locus tertius.

Insuper ira,& contentio. Nam conturbati minus omnia obseruare possunt. Elemēta aūt iræ,& manifestū eum facere,qui uult iniuste agere.Et circa omnia impudentem esse.

Assignat tertium locum,& dicit. [Insuper ira,& contentio]sunt utiles ad occultandum interrogationes, & ita utile est prouocare respondentem ad iram contendendo cum eo,& exprobando ipsum. Cuius rationem assignat & dicit. [Nam conturbati omnes minus obseruare possunt].s.cōdōnes,quę utiles sunt H
rñdentibus,& qm̄ in alijs codicibus reperitur [oīa.] Alex. exponit,per omnia,oīa interrogata. Nam irati non pn̄t omnia uidere, nec obseruare ad unguē oīa interrogata,iuxta illud.Ira impedit animum ne possit cernere uerum. Et ex hoc ad deceptionem facile ducuntur. Deinde assignat elementa,quibus rñdens poterit ad iram duci,& dicit. [Elementa aūt iræ]multa sunt,ut patet 2.rhet.tñ pro modo unum est[& eū,] scilicet respondentem[manifestum facere,qui uult iniuste agere] id est iniuste respondere, dicendo eum, nec conuenienter,nec ad propositū respondere.[&] dicere [circa omnia impudentem esse] & proteruū, si enim de eo hæc manifestauerimus, ducemus ipsum ad iram.

I ¶Locus quartus.

Insuper permutatim interrogationes ponere, siue ad idem plures aliquis habeat orationes, siue & quoniam sic, & quoniam nō sic. Simul.n. accidit, aut ad plura, aut ad contraria obseruationem facere.

Pro intellectu huius quarti loci sumit Alexander utile esse ad redarguendum respondentem plures habere syllogismos. Habere autem plures syll'os est duobus modis, aut ad eandem conclusionē, ut cum aliquis monstrabit uoluptatē esse bonū. Tum quia est secundum naturā. Tum etiam quia eā omnia appetūt, aut ad contrarias, alterā per quā probat uoluptatē esse bonū, alterā p quam probat, qm̄ non est bonum, ut qm̄ gñatio naturalis impedit intellectionē, dicit. [Insup permutatim interrogationes].i. propōnes syllogisticas [ponere].i. proponere, subaudi utile est ad redar
K guendum, & per permutatim, intelligit ut opponens proponat eam propōnem, quæ debet esse secundæ rationis pro interrogatione primæ rōnis, & eam quæ debet esse primæ pro interrogatione secundæ rōnis, uel ut ꝓponat eam ꝓpōnem, q̄. syllogismi ꝑ opposita concl'one ꝑ interrogatione ꝓpositæ concl'onis, & ecōuerso, ꝓpea addit [siue ad idem plures aliquis habeat orones].i. syllogismos [siue] habeat syllogismos diuersos, per quorum quosdā potest probare [qm̄ sic] .i. partem affirmatiuam, & p quosdam, [qm̄ non sic] .i. partem negatiuam, siue.n. ad eandem, siue ad cōtrarias habeat diuersos syll'os, utile est ad redarguendum permutatim proponere propōnes, ut quæ sunt secūdæ rōnis pro prima ratione, & quæ primæ, pro secunda rōne, uel quæ sunt pro opposita conclusione pro ꝓposita, uel contra, q̄ sunt ꝑ ꝓposita concl'one ꝑ op-
L posita. Cuius rōnem assignat, & dicit. [Simul.n. accidit] rñdenti [aut ad plura,] si sylli plures fuerint eiusdem concl'onis, [aut ad contraria] si sylli plures fuerint ad contrarias concl'ones, [obseruationē facere.] At qui obseruat plura, confundit adeo, ut ignoret qd concedere, quidue negare debeat.

Et omnino quæcūque ad occultandū dicta sunt prius, utilia ēt sunt ad contentiosas orationes. Nā occultatio latendi gratia est. Latere autem deceptionis.

Quia Aristoteles de locis latendi plura dixit octauo topicorum, ideo dicit. [Et omnino quæcunque] elementa uel loca [dicta sunt prius] octauo topicorum [ad occultandum,] latendū, atque celandum, in dialecticis syllogismis. [Vtilia etiam sunt ad contentiosas orationes.] .i. ad syllogismos contentiosos. ergo
M illa sunt memoria tenenda. Quod autem utilia ad occultandum sint utilia ad contentiosos syll'os, ꝓbat, & dicit. [Nam occultatio latendi gratia est.] Qui.n. suas interrogationer occultat, ad nihil aliud hoc facit, nisi ut lateat respondentem, [latere autem] fit gratia [deceptionis] latens.n. ob nihil aliud latet, nisi ut decipiat. Auceps enim latet aues, ut decipiat eas. Alexander asserit latere fieri deceptionis causa, quia latere obliuionem efficit, qui uero obliuiscitur, decipitur facile.

¶Locus quintus.

Ad eos autem, qui renuunt quæcunque opinātur esse ad orationem, ex negatione interrogandum, ut cōtrariū uelit, aut etiā ex æquo interrogationē faciendā, nā cum dubiū fuerit, quid uelit sumere, minus insolescunt.

Qm̄ persæpe respondentes, de aliquibus interrogati, quæ putant esse ad constructionem syllogismi interrogantis, non cōcedunt illa, sed mox proposita negant, docet nunc Arist. quō fieri debet contra hos interrogatio. ut si uoluerit probare interrogans ꝙ uoluptas sit bonum, per hunc syll'm, omne ens secundum naturam est bonum, uoluptas est ens secundum naturam. igitur uoluptas est bonum, & uoluerit a consensu respondētis hr̄e illam propōnem, uoluptas est ens secundum naturā, quæ est minor non interroget utrū uoluptas est ens secundū naturā, sed utrum uoluptas nō est ens secundū naturā? nā cū ille negauerit, sequetur ex hac negatione oppositum. s. ꝙ uoluptas sit secundum naturam, qui.n. negat negationem, concedit affirmationem. & sic interrogans habebit minorē sui syllogismi, in qua consistit uis totius rationis, dicit. N *insolescūt* *δυσκολαίνουσιν* *proteruiūt* *graues fiunt* *difficiles fiūt*
[Ad eos autem].s. respondentes, [qui renuunt quæcunque opinantur esse ad orationem] .i. ad syll'm opponentis, [ex negatione interrogandum,] dico ex negatione, [ut] opponens [uelit contrariū,] qd' est affirmatio. [aut ex æquo].s. sub disiunctione [interrogationem faciendum,] ut utrum uoluptas est secū dum naturam, aut non est ens secundum naturam? [nam cum dubium fuerit quid] opponens [uelit sumere,] an affirmationem, an negationem, sæpe accidit ut respondentes concedant, quod uolumus, & sic [minus insolescunt,] minusque proterui, atque difficiles fiunt. Sic igitur opponens contra proteruos debet interrogare aut oppositū illius, quod intendit, ut si intēdat partem affirmatiuam, interroget negatiuā, & ecōuerso, uel saltē debet ex æquo sub disiunctione interrogare, ut per hoc respondens non possit apprehendere oppositū opponentis. nam sic fiet in rñdendo minus cautus. O P

¶Locus sextus.

Et quando in partibus dederit quispiam singula inducēti, uniuersale sæpe non interrogandum est, sed ut dato utendum. Nam quandoque putant, & ipsi dedisse, & audientibus quoq; apparet propter inductionis memoriam, ueluti perinde atque non interrogauerit uane.

Sextus locus, si respondens concesserit nonnulla singularia uniuersalis propositionis propositæ, tunc opponens non debet amplius interrogare de illa propositione uniuersali, sed ea, ut concessa uti debet. Nā respondentes ipsi putant eam ulr concessisse postquā concesserunt aliqua singularia illius, nec solum respōdentibus, sed etiam assistentibus ur illud pp memoriā inductionis factæ alias, quam ulr concesserunt concessis aliquibus singularibus, dicit. [Et qn̄ quispiam].s. Q respondens, opponenti [inducenti singula, dederit in partibus] illa singula, [uniuersale sæpe non interrogandum est sed ut dato utendum.] Cuius causam assignat, & dicit. nam quandoque scilicet respondentes [putant & ipsi dedisse] illud uniuersale, eo quia putant ita esse in omnibus, sicuti est in aliquibus. [Et audientibus quoque apparet] subaudi esse datum ul'e, cum conceduntur aliqua singularia illius, [propter inductionis] memoriam, in qua olim ex aliquibus singularibus uiderint sequi uniuersale. [Veluti perinde atque] dico uidetur astantibus ac si opponens [non uane interrogauerit.] interrogasset autem uane, si ex aliquibus singularibus concessis non sequeretur uniuersale. ergo si inductio nō fuit frustra īterrogato,

oportet

A oportet concessis aliquibus singularibus, ut uľe cõcedatur. ut si propositum est oẽm hominem rõnalẽ esse interrogandum est sic, Socrates nõne homo exñs est rationalis,& Plato & Alcibiades? ita dicet respondẽs, deinde sine interrogatione, ut concessum inducendũ est, qm̃ omnis homo rationalis est. non. n. hoc negabit respondens, cum concesserit singularia, nã qua rõnem concedit in aliquibus, eadem ratione putat in oĩbus esse concedendum.

¶Locus septimus.

Et in quibus non nomine significatur uniuersale, similitudine tamen utendum est ad id, quod expedit. Nam latet similitudo plerunque.

Septimus locus, si alicui uľi non sit nomen impositum, quod opponens intendit per inductionem inducere, tunc debet illud inducere in similitudine, qm̃ similitudo latet plerunque. quia igiť in aliquibus
B inductionẽ faciens, non facile interrogat uľe, quod noĩe uacat, docet quonam modo tunc debemus inducere uľe, & dicit. [Et in quibus non nomine significatur uľe, similitudine tñ utendum est ad id, quod expedit,] id ad inducendum uľe. Exponit autem Egidius similitudine. i. circumlocutione, nam uľe, de quo uľr concluditur aliquod prædicatum, ut per inductionem concludatur, debemus illud tale uľe circumloqui. Nam sic de eo poterit prædicatum uľr induci. Causa autem, quia similitudo hoc est circumlocutio semper obnubilat respondẽtem. Et licet hic locus utilis sit tam uniuersalibus, quæ uacant nomine, q̃ uniuersalibus nominatis, potisſimum tñ hic locus ponitur in ijs uľibus, q̃ nominare nescimus, quia in talibus uř excusari opponens, si per circumlocutionem loquatur, Alex autem
C uno modo exponit similitudinem. i. nomẽ qđ sigñat similitudinem, ut tale, & quale, & id genus uerbi g. in quadrupedibus animalibus, his. n. non est unum nomen impositum, propterea (ut Alex. inquit) utendum ad illa eo, quod confert sic dicentibus. f. noĩbus significantibus similitudinem. ut qm̃ capra cornifera exñs non habet dentes utrinque, & ceruus, & bos. igiť nullum tale habet dentes utrinque. Ecce qũo utimur illo nomine, quod est tale, causa autem, quia qui hmõi inductionẽ facit, sæpesæpius latet. Nam obscurũ est, qđ intelligi debet per tale. Alij (ut Alexan. inquit) distinguunt, ꝙ in quibusdam possibile est inducere, ac uľe manifestare per nomen, in quibusdam autem nõ per nomen, sed p orõnem possibile est uľe manifestare. ergo isti per similitudinẽ intelligunt orõnem. exemplũ qñ uľe inducit per nomen, est Socrates bipes amplos
D ungues habens risibilis est, & Plato, & Alcibiades. igiť homo bipes amplos ungues habens risibilis est. Ecce per hominis nomen inductum est uniuersale. In his uero non est possibile per nomen uniuersale manifestare, ouis padestris quadrupes existens, utrinque dentes non habet. Similiter & ceruus, & bos, & capra. igitur nullum corniferum dentes habet utrinque. At corniferum non est nomen. sed oratio. hic uero ex similitudine acceptum est uľe. Nam quia hoc & hoc similia sunt cornifera existẽtia, deductum est omne corniferum. Quod autem uľe inductum per orõnem sit obscurũ, patet. qm̃ in hac inductione, in qua uľe per orationem inducitur. fieri potest instantia, de asino syluestri, qui in India dř nasci. Nam hic est corniferus, & utrinque dentes habet, tñ loco hoc non ut necessario, sed ut utili uti debemus.

¶Locus octauus.

E *Et ad sumendum propositionem, contrarium oportet comparando interrogare, ut si debeat sumere, quoniam oportet per omnia patri obedire, utrum per omnia oporteat obedire parentibus, an per omnia non obedire? & sæpe id, utrum multa concedendũ, an pauca? magis enim (si necesse) uidebitur esse multa. Appositis enim iusta se contrarijs, minora & magna apparent, & peiora & meliora hominibus.* oppositá, iuxta se posita.

Locus octauus. si opponens uelit, ut respondens concedat aliquam propositionem probabilem, quam putat respondentem negare, tunc debet eam interrogare cum sua contraria subdisiunctione? ut si intendat habere quod patri sit in omnibus obediendum, debet interrogare utrum per omnia oporteat obedire parentibus, aut per omnia non obedire? & si uult habere quod multa sint concedenda parentibus, debet interrogare, utrum multa sint concedenda parentibus, aut pauca, dicit. [Et ad sumendum propositionem,] quæ erit præmissa syllogismi, [contrarium] illius [oportet interrogare comparando,] comparando. f. per disiunctionem, & affert exemplum, [Vt si debeat sumere, qm̃ oportet p omnia patri obedire,] oportet interrogare, [Vtrum per omnia oporteat obedire parentibus, an per omnia non obedire, & sæpe id] scilicet in moralibus interrogatur, [utrũ multa] scilicet bona [concedendum] scilicet parentibus, [an pauca magis?] obiter assignat solutionem moralem, & dicit. [magis. n. (si necesse) id est si in necessitate fuerint constituti [uidebitur esse multa] concedenda parentibus, quam pauca. Deinde assignat causam, & intellige sic, & citius concedet primas partes. [Nã contrarijs iusta se appositis, minora] id est mediocriter bona respectu malorum [apparent & magna] bona, [& peiora] id est mediocriter mala respectu pessimorum apparent [hominibus & meliora.] ergo ut album respectu nigri uidetur albius, sic probabiliũ id quod est minus probabile respectu improbabilissimi uidetur probabilius, magis enim probabile uideť per omnia obedire parentibus quam per omnia non obedire. Quare cum iusta posita proponentur, respõdens concedent, qm̃ per omnia obedire debemus parentibus, nam hoc comparatum minus probabili illi. uidelicet per omnia non obedire, magis apparet ꝓbabile. At si istud proponetur solum sine suo cõtrario, non apparebit respondenti ita probabile, atque concedendum.

¶Locus nonus.

Valde aũt & sæpe facit uideri redargui, maxime sophistica calumnia interrogantium, cũ nihil syllogizantes, non interrogationem faciunt id, quod est ultimũ, sed concludenter dicunt ueluti syllogizantes, non igitur hoc, & hoc. H

Locus 9. non quidem, quem ponit, sed quem intendit, est, si opponens non habet ea, ex quibus syllogizet, debet capere ea, quæ ꝓpinqua sunt, & inferre conclusionem, dicit. [Valde autem & maxime sophistica calumnia interrogantium. sæpe facit] respondentẽ [uideri redargui]. i. redargutum esse, [cũ] opponentes [nihil syllogizantes, non interrogationem faciunt id, quod est ultimum]. i. non interrogant conclusionem, quæ est ultimum (ut exponit Alexander) sed assumentes propositiones, quas possunt, [concludẽter dicunt, ueluti syllogizantes non igitur hoc,]. i. non

I igitur uoluptas est bonum, [&] igitur [hoc] id est uoluptas est bonum, negatiue scilicet aut affirmatiue syllogizando. Disputat Alexan. cur Aristoteles non dixit conclusionem, sicuti dixit, id, quod est ultimum? respondet tandem quia in plus est ultimum quam cõclusio, quoniam quod falso syllogizatur, dicitur ultimũ, non tamen conclusio. Parmenides.n. sic paralogizãs, quod differt ab uno, non est ens, quod non est ens, est nihil. igitur unum est ens. Hoc ultimum quidem dicetur, ut ultimum ductum, conclusio autem non. Est enim conclusio effectus demonstrationis, non autem syllogismi sophistici.

Primus locus.

postulare K ἀξιοῦν probare

Sophisticum autem est, & cum ponitur inopinabile, postulare quod uidetur respondere, proposito eo, quod apparet ex principio. Interrogationemq; talium sic faciendo, utrum tibi uidetur? nam necesse est utique si interrogatio sit ex quibus est syllogismus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri. Cum dat quidem, redargutionem, cum uero non dat, neque dare uidetur, inopinabile, cum autem non dat, uideri autem fatetur, redargutionis simile.

Egidius asserit Arist. hic assignare loca, quæ accipiũtur ex datis a respondente, dantur enim aliquando a respondente inopinabilia, aut propter inscitiam, aut propter incuriam, aut propter temeritatem. Cum ergo dantur inopinabilia, propter has causas, docet locos, quibus opponens poterit decipere respõdentem, quorum primus est secundum Egidium, si respondẽs ob aliquam dictarum causarum concesserit aliquod inopinabile, locus sophisticus erit probare hoc est approbare, quod respondens uidetur respõdere, ut magis firmetur in suo proposito. Deinde proponere illius oppositum, quod uisum est a principio uerum, faciendo hoc pacto interrogationem. utrum tibi uidetur. nam si illud uidebitur respondenti, cum sit propositio ex qua fit syllogismus ducens ad oppositum præconcessi. respondens derelinquetur redargutus, & ita fiet redargutio. si non uidebitur, sed negabitur a respondente, neque dari uidebitur ab eo, ducetur ad inopinabile. Est enim negare probabile, & ita dare inopinabile, cum autem respondens illud non dabit, sed fatetur uideri dare ducetur ad id, quod est simile redargutioni. Hæc est expositio Egidij, quæ nullius utilitatis est, nec uerbis Aristotelis consona. Melius ergo cum Alexandro dicamus Aristotelem uelle docere per hunc locum, quonam modo sophistæ possunt construere inopinabile, & uult ut proponatur inopinabile. uidelicet. iniustitiam. fœlicitatem esse, & dicit. [Sophisticum autem est] elementum, uel locus, [& cum ponitur] .i. proponitur inopinabile ipsi respondenti, ut utrum iniustitia sit fœlicitas, [postulare,] probareque id [quod] respondens [uidetur respondere,] non simpliciter, sed [proposito eo, quod apparet ex principio.] uidelicet. utrum tibi uidetur Archelaus rex esse fœlix, aut non. Quicquid igitur responderit respondens opponens probare debet, modo proponat id, quod uidetur a principio. uidelicet. utrum Archelaus rex sit felix, an non? Hoc.n. ideo est uisum a principio, quoniam hoc concesso, deducetur propositum. uidelicet. iniustitiam esse felicitatem. erit igitur sophisticum elementum postulare, quod uidetur respondere respondens, [& interrogationem talium sic facere, utrum tib uidetur] Archelaus rex felix, aut non? Erit igitur locus sophisticus consistens in his, ut primo proponatur illud inopinabile, quod sophista uult probare, ut utrum iniustitia sit felicitas, aut non. approbando omne illud, quod respõdens dabit, nam propter laudem respondenti attributam respondens concedet id, quod postea opponens erit propositurus. Secundo debet proponere aliquod probabile, ad quod sequitur propositum, ut utrum Archelaus sit felix, aut non? unde dicit. [Sophisticum autem] scilicet elementum uel locus [est, &] primo [cum ponitur.] id est proponitur [inopinabile,] uidelicet utrum iniustitia sit felicitas, [postulare] atque cõmendare id omne, [quod] respondens [uidetur respondere. proposito] tamen [eo] probabili, [quod apparet ex principio, interrogationemque talium sic faciendo, utrum tibi uidetur] scilicet ut rex Archelaus sit felix, aut non? Nam istud probabile, quod uisum est a principio, est illud, ex quo concesso sequitur iniustitiam esse felicitatem. Dixit commendare id omne, quod respondens uidebitur respondere, quia (ut diximus) propter laudem respondenti attributam, respondens recompensando laudem sibi attributam, concedet illud probabile, ex quo sequitur intentum. uidelicet. utrum tibi uidetur Archelaus rex felix, aut non? Siquidem fatebitur hoc probabile omnibus opinabile, ex hoc sequetur iniustitiam felicitatem esse. Sic in Platonis Gorgia Polus fecit, probando iniustitiam facere, & occidere honestum esse, licet sit inopinabile certe & monstrare hoc uolens interrogat Socratem, Archelaus rex Macedoniæ felix tibi uidetur esse, aut infelix. Iste uero Archelaus, cum occiderit suos cognatos, & maxime iniustitiam fecerit, Macedonibus dominatus est. In propositione igitur ista scilicet Archelaus felix tibi uidetur esse, continetur positio inopinabilis a principio, quam positionem Aristoteles apparens ex principio dixit. Quod autem in propositione ista positio ex principio contineatur, manifestum. Si enim felicem esse est honestum esse, & Archelaus ut opinatur Polus, iniustitiam faciens felix est. Archelaus id est iniustus, atque iniustitiam faciens, erit honestum. Quare qui opinatur Archelaum felicem esse, propositum etiam opinatur. Nam dicere Archelaum felicem esse, idem est huic iniustitiam facere honestum, dicit. [Interrogationemque talium sic faciendo utrum tibi uidetur] felix esse Archelaus, aut miser? & siquidem respondens dixerit malum esse iniustitiam facere, sed Archelaum esse felicem, redarguetur, quod non sit malum, sed bonum. Si autem nec concesserit, sed dixerit nec esse felicem, nec uideri felicem, inopinabilia & plusquam inopinabilia uidebitur dicere, nam opinio fere omnium est felicem esse Archelaum. Si autem non concesserit: sed dixerit Archelaum uideri felicem, repræhensibilis est, atque similis redargutio, dicit. [Nam necesse est utique si interrogatio sit] de numero eorum [ex quibus est syllogismus,] dico si pro quia, nam Archelaus est felix interrogatio est de numero earum ex quibus sequitur iniustitiam esse felicitatem. necesse dico [aut redargutionem, aut inopinabile fieri,] nam

L M N O P Q — Ex Platone locus

A nam subaudi [cum dat quidem] .s. felicem esse Archelaum, necesse est fieri redargutionem, quia cogetur respondens dicere iniustitiam esse felicitatem, quod erat negatum. [Cum uero non dat, neque dare uidetur,] sed omnino dixerit nullo pacto Archelaum felicem esse, nec uideri felicem, necesse est [inopinabile] dicere, & plusquam inopinabile. Nam opinio fere omnium est felicem esse Archelaum. [Cum autem nõ] scilicet felicem esse Archelaum. [Fatetur autem] Archelaum uideri felicem, necesse erit dicere [redargutionis simile.] nam primo dixit iniustitiam nullo pacto felicitatem esse, nunc dicit Archelaum iniustum, non esse felicem, sed uideri felicem. Ergo inquantum dicit Archelaum uideri felicem, uidetur similis redarguto, quia concedit aliquod, quod uidetur simile opposito eius, quod concesit, per quæ pa-
B tet Egidium non intellexisse hunc locum, & causa est quia ignorauit librum Platonis, unde Aristoteles extraxit locum. ¶ Quo uero ad uerba attinet, Aristoteles dixit. [Si interrogatio sit ex quibus est syllogismus,] ad denotandum, ut sit uel propositio, quæ est altera pars syllogismi, uel continens propositionem, quæ est altera pars syllogismi. Hæc enim Archelaus est felix, continet illam propositionem, iniustus est felix; & ita continebit hanc, iniustitia est felicitas, quoniam concretum continet abstractum.

¶ Secundus locus.

redarguibilibus ἐλεγκτικοῖς

Insuper quemadmodum in rhetoricis & in redarguibilibus similiter contrarietates considerandum, aut ad eas, quæ ab eodem sunt dictæ, aut ad eos quos confitentur benedicere, aut agere. Adhuc ad eos qui uidentur tales, aut ad similes, uel ad plurimos, uel ad omnes.

C redargutiõibus

Secundus locus accipitur per considerationem cõtrariorum, quem assignat, & dicit. [Insuper quemadmodum in rhetoricis] scilicet causis, quando. uidelicet. rhetores pro aliquo orationes faciunt auxiliando, atque fauendo, festinant (ut Alexander inquit) monstrare contraria eis, quæ aduersarij dixerunt, aut sub lege contentis, aut morbus ciuitatis. [Similiter contrarietates considerandum, & in redarguibilibus, aut ad eas, quæ ab eodem sunt dictæ, aut ad eos, quos confitentur bene dicere,] aut agere. Monstrantes enim eos dicere contraria sibi, aut contraria ijs auctoribus, quos sectantur, atque putant bene dicere, redarguimus ipsos. Nam si respondens sectatur Zenonem, qui dicebat non esse motum, nec posse pertransiri stadium, monstrare enitatur opponens respondentem dicere contraria his, quæ
D Zeno dixit. Addit [adhuc] redarguimus respondentem si reduxerimus [ad eos] id est contra eos [qui uidentur tales] circa singula subaudi, ut sunt medici, nam qui dicit contraria bonis medicis, [aut ad similes] id est aut contraria his, qui sunt similes bonis medicis, [uel ad plurimos, uel ad omnes.]
Locus Platõis
hi etiam dicuntur redargui. ut in Gorgia Socrates ad Calliclem fecit similia his dicens, ut si medicus esset, redarguendus est, quia dicit contraria medicis omnibus, uel pluribus, & si musicus, musicis, & si geometra, geometris.

¶ Locus tertius.

Etiam quemadmodum respondentes sæpe cum redarguuntur, faciunt duplex. Si debet accidere redargutio etiam interrogantibus utendum quandoque illo contra instans, si sic quidem accidit, sic autem non. quoniam sic sumpserit, ut fecit etiam Cleophon in mandrobulo. E

Tertius locus est, sicut respondens quandoque redargutus distinguit conclusionem, in qua est redargutus, asserens eam in uno sensu se negasse, in alio uero concessisse, sic opponens si debet respondentem redarguere, obseruet contra talem eandem cautelam dicendo se accepisse propositiones in illo sensu: in quo respondens conclusionem negauit. Exposuit autem hunc locum Alexander exemplis, primum quidem acceptum ab ipso scire, nam scire aliquid, multa significat, unum quidem, quoniam scientiam habet, ut Socrates scit aliquid. Aliud scientia uti, aliud uero scientiam habere, aliud enim est scientiam habere, & aliud scientia uti, nam Philosophus cum dormit, scientiam habet, & scit ali- F
quid, non tamen utitur, licet cum contemplatur, ultimo significat sciẽtiam esse uel haberi de aliquo, quo in modo dicimus trigonum scire id est scientiam habere, quia de eo est scientia. Si itaque aliquis interrogauerit utrum scit aliquid, & respondeat ita, rursum & quid, & responderit scitum scientiam habet. Tunc syllogizabit, sed trigonum scit. igitur trigonum scientiam habet. respondens quia concesit propositiones redargutus est in conclusione, uerum euitando redargutionem, dicet scire aliquid, non uno modo dici. & ita si in animali illud accipitur, concedendum est. si uero in trigono, est negandum, non enim si de trigono est scientia, accidet trigonum scire, id est esse animal sciens. ergo trigonum scire, id est de trigono scientiam esse, concedendum. trigonum uero scire. id est in trigono scientiam esse, non est concedendum dicit. G
[Etiam quemadmodum respondentes sæpe, cum redarguuntur] exposuit Egidius. id est cum timent redargui, & non bene, quia non esset ad propositũ. ideo dicas. [Etiam quemadmodum respondentes sæpe, cũ redarguuntur] id est postquam fuerint, redarguti, inquantum uidelicet. concesserunt omnes interrogationes ex quibus sequitur propositum. [Faciunt duplex] id est distinguunt ipsam conclusionem credentes euitare redargutionem [etiam interrogantibus, si debet accidere] respondentibus [redargutio utendum quandoque illo] scilicet duplici, quo utuntur respondentes, utentes dico illo, [contra instantes] id est contra respondentes, qui instant, dicendo [si sic quidem] conclusio subaudi intelligatur, quoniam trigonum scit, quia in trigono est scientia, [accidit] scilicet redargutio. [Sic autem] id est si uero in- H
telligatur alio modo, uidelicet. de trigono esse scientiam, [non] accidit subaudi redargutio, ita opponens debet distinguere propositiones, quas interrogauit, & dicere. [Quoniam sic sumpserit] scilicet quod intellexerit cum dixit, aliquid scit: in aliquo esse scientiam. Deinde assignat auctorem, qui hoc loco usus est, & dicit. [Vt fecit etiam cleophon] tragicus Atheniensis [in mandrobulo,] qui & drama Cleophontis dicebatur, ubi nouem tragœdias scripsit. ergo [quemadmodum respondentes sæpe cum redarguuntur] id est multoties redarguti: ut exponit Alexander [faciunt duplex] id est distinguunt conclusionem, uel nomen illud,

I in quo redarguti sunt, instantes atque asserentem conclusionem in alio sensu se concedere, & in alio sensu se negare? (ut si de cane disputarent, & dicant canem calorem facere, si interrogans aggrederetur redarguere transferrens in terrestrem canem orationem, illico respondens diuidit significata canis.) sic & interrogantes facere debent cum uoluerint redarguere, dicentes ad instantes, quoniam sic acceperũt, ut si de cane erat disputatio, & respondens fatebatur, hunc calores facere, debet tunc redarguere interrogans, & dicere se intellexisse de cane terrestri, ꝙ calores faciat. Est.n. hic locus uice uersa sumptus a rñdente, siue a datis a respondente, ut consideranti patet.

¶Locus quartus.

rescindere *Oportet etiam desistentes ab oratione, reliqua conamina rescindere, & respõdenti (si præsenserit) prius instare & prædicere.*

K Locus quartus secundum Egidium est, si opponẽs ἐπιτέμνειν fecerit unum argm̃ respondenti, & ipse præuideat aliquam solutiontm, quam posset dare respondens, tunc incidere abbreuiare secare e medio tollere debet eam remouere diceudo respondenti, quamuis forte diceres ad illud argm̃ sic aut sic, illa tñ solutio nihil ualet. & tunc respondens nequaquam audebit dare illam solutionem, & ita facilius redarguetur, hoc pacto fere omnes de schola Latinorum hunc locum intellexerunt, Alexander uero uult hunc locum habere tres partes, prima est, cum cognoueris respondentem habere facultatem demonstrandi propositionem conamina interrogatam esse falsam desistere debes ab oratione, ἐπιχειρήματα τῶν hoc est a syllogismo, qui fit ex illa propositione. secunda si noueris contra propositam propositionem esse adhuc aliqua conamina, quibus posset demonstrari esse falsam, debes illa rescindere, atque refutare. Tertia argumẽta. L pars, si respondens præsenserit te abesse ab oratione proposita, prædicere debes, ꝙ non abes ab oratione. sed instare ꝙ adhuc es in eodem proposito. dicit.

[Oportet etiam desistentes ab oratione] cum subaudi noueris respondentem habere facultatem demonstrandi propositionem interrogatam esse falsam, hoc est primum, [reliqua conamina rescindere.] Alex. legit copulatiue sic. [Oportet etiam desistere ab oratioue, & reliqua conamina rescindere] subaudi si noueris respondentem posse demonstrare propositionem interrogatam esse falsam. Et sic habetur secunda pars. [Et respondenti (si præsenserit) te desistere ab oratione oportet [prædicere] te non [& instare] demonstrando te esse in eodem proposito. ¶Sicuti Callicles apud Platonem in Gorgia fecit, interrogans.n. propositionem falsam, cum nouisset Socratem uelle mõstrare eam esse falsam, absuit ab oratione dicens nescio qd dicis o Socrates, itaque alium quemuis interroga. Et quibusdam interpositis, subdit, nulla omnino mihi cura est uerborum tuorum o Socrates, qnasi uelit dicere, quia friuola, atque parua sunt, quæ dicis. Aliter exponit Alex. dicit.n. Arist. qñ per longa propositum syllogizatur (ppea quia non potest per breuia, cum captu facile sit quod p aucis conducitur.) [Oportet desistere etiam ab oratione].i.a multiloquio. [Et reliqua conamina rescindere.] Et respondenti, si præsenserit, non ea omnia esse accepta per quæ debet propositum conduci, [prius instare, & prædicere] oportet dicendo nonne hoc, & hoc paulo ante concessisti, posterisque multa talia inuenire apud Platonem, reprehẽdit Alex. ac expositionẽ refellit, & quidem probe

Locus Platõis

M

ex eo quia sic intelligendo hunc locum, non erit sophisticus, sed dialecticus, & qui uult scire quonam modo sit ab oratione desistendum, & conamina rescindẽda, legat primum rei publicæ Platonis. ibi.n. sophista Thrasimacus orationem sustinens, cognoscens quid acciderit, abiens a responsione, orationem secuit. dicit enim Plato, qm̃ igit̃ hic ab oratione uult abire Thrasimacus.i.a responsione, dic mihi dixit o Socrates, & reliqua. Deinde subdit, hæc cum dixerit, in mente habebat abire, dicentibus autem assistentibus, Socrateque similiter, quid discedis, & non persuades sic se habere quod dicis. Thrasimacus dixit non abeo, sed quo modo amplius persuadebo, si his, quæ modo dicebam, non es persuasus, quidnam ulterius faciam. quasi dicat. quonam modo abiero, & orationem secauerim, qui talia dixi persuasibilia? per quæ Plato dedit intelligere locum hunc non sophisticum, sed dialecticum O esse. Quare prima expositio uidetur melior.

N

¶Locus quintus.

Conandum autem quandoque & ad aliud ab eo, quod dictũ est, illud extra sumentibus, si non ad id, quod propositum est, habeat aliquis argumenta, quod lycophron fecit dum propositum esset, ex arte lyram cõmendare. argumẽta ἐπιχειρεῖν conari conamina

Egidius, quem Neoterici sectantur locum hunc sic exponit, si opponens uiderit respondentem solutionibus abundare in aliqua materia, in qua ipse opponens parcus est argumentis, tunc transferat se ad aliã materiam, in qua se putat argumentis abundare, dicẽdo respondenti. Ecce hæc est bona materia ad disputandum. Alex. hanc expositionem asserens, addit hũc locum esse sophisticum, nam transferre disputationẽ de genere in genus, uel de una in aliam materiam, sophisticum est. asserit etiam hoc fecisse Protagoram in P æquiuoco dialogo, interdum quidem fabulas, interdũ sermonem de poematibus narrans, ubi argumentis abundabat. ¶Hoc idem fecit Callicles apud Platonem Locus in Gorgia. Socrate.n. monstrante ꝙ turpius esset iu- Platõis stitiam facere quam iustitiam pati: Callicles transiuit ad aliud dicens, natura quidem tutum turpe est iustitiam pati, lege uero iniustitiam facere, sed leges praui homines, atque uiles ponunt, quod autem ij ponunt, prauum est, & non quod natura, non igitur iniustitiã facere prauum. idem fecit Isocrates, cum.n. nõ potuisset Helenam laudare, laudauit illius amãtes. Et ex hoc intulit Helenæ laudes. dicebat.n. quam Heroes amabant, nonne laude est digna, dicit. [Conandum autẽ qñque & ad aliud ab eo, quod dictum est illud.] .s. aliud [extra sumentibus, si non ad id, quod propositũ est habeat aliquis argumenta.] Verum hæc translatio Q fieri debet cum modestia, ostendendo non esse trãslationem ad aliam materiam, sed quod in fine ostendetur illam esse ad propositum. Deinde auctorem loci assignans, dicit. [quod lycophron fecit dum propositum esset ex arte lyram cõmendare.] Alex. exponit uno modo dicens, quod sophista lycophron fecit, nã uolens laudare lyricos, ad lyram trãstulit laudes. Quæ expositio non est cõsona uerbis, nam ut patet ex uerbis, propositum erat, cõmendare lyram ex arte, & nõ lyricos. Melius ergo exponit, ꝙ cũ lycophroni esset propositum ab aliquibus, ut lyram cõmendaret, cum non habuisset sermonum multorum facultatẽ, postquam parum sensualem lyram extolleret, ad cœlestẽ lyram se transtulit. Est.n. in cœlo astrum quoddam

ex

A stellis multis compositum lyra nũcupatum, ad quam cœlestem lyram se transferens multos, pulchros, ac eximios inuenit sermones per quos eam facile poterat cõmendare. Quidam dixerunt lycophronem, de quo locutus est Arist. fuisse grãmaticum, tragediarumque factorem. Alex. uero, cui magis credendum est, Arist. de lycophrone rhetore loquutum esse dicit, qui inter oratores dicebatur sophista, & huic exponi consonant uerba Arist. cum dixerit lycophroni fuisse ꝓpositum, ut ex arte laudaret lyram. Modo laudare lyrã est officium oratoris, cum qui laudat, dicat in genere demonstratiuo.

¶Locus sextus.

alis quid — τὶ quid

Ad eos autem, qui exigunt ad aliquid argumentari, postquam uidetur assignare causam, dictis autem quibusdam, obseruabilius B *(quod uniuersaliter accidit in redargutionibus) est, ut dicant contradictionem, ut quod affirmauit, negare, & quod negauit affirmare. Non autem, quoniam contrariorum est eadem, uel non est eadem disciplina.*

Egidius, quem omnes Latini sectantur locum sic intelligit, si respondens quærat ab opponente quid est illud in specie, de quo uult argumentari, opponẽs non debet ei dicere aliquid determinatum. uidelicet. ꝙ uelit argumentari, qm̃ contrariorum est eadem disciplina, uel non est eadem. Sed debet dicere ꝙ uelit ei in omnibus contradicere & affirmare quicquid ipse negauerit, & negare, quicquid ipse affirmauerit. Et iusta hanc expositionem sic legunt. [Ad eos autem]. s. respondentes, [qui exigunt] & quærunt ab opponẽtibus ad [quid argumentari] conantur subaudi. Deficit. n. uerbum conantur, more attico, C [postquam uidetur assignare causam]. i. postquam est necessarium, ut ipsi aliquo modo explicent id, in quo uolunt argumentari, assignando causam, quare uolunt argumentari in illo, [dictis quibusdam] Egidius exponit. i. assignato negotio in speciali, & non bene exponit, ideo intelligo, [dictis quibusdam]. s paucis generatim, nõ tangendo materiam in specie, obseruabilius (quod ulr̃ accidit in redargutionibus) est [ut] opponentes [dicant contradictionem]. i. se uelle in omnibus contradicere. [ut quod] respõdens [affirmauit] id omne se uelle [negare, & quod negauit,] se uelle id omne [affirmare, non autem] est obseruabilius atque melius ut dicant in specie, [qm̃ contrariorum est eadem, uel nõ est eadem disciplina.] hoc pacto potest textus loco ꝓposito adaptari. Sed in hac expõne est unum dubium nam contra ul'e facilius inuenitur instantia. Si. n. aliqs D uoluerit monstrare, qm̃ sani & ęgri est eadem disciplina, & accipiat quoniam contrariorum est eadem disciplina, nam ornati & inornati, est eadem disciplina, ut medicina, acuti & grauis silr̃ eadem. s. musica, paris & imparis eadem. s. arithmetica. ergo oĩum contrariorum est eadem disciplina, quare & sani & ęgri. si sic accipiatur ul'e, facile instare poterimus, nam noti atq; ignoti, quæ sunt contraria, non est eadem disciplina. Ignoti. n. nulla potest esse scientia, nec disciplina. Quare non omnium contrariorum est eadem disciplina, & si non omnium, nec sani & ægri, quid. n. prohibet, si non est eadem disciplina noti atque ignoti, ut neq; sani & ægri sit eadem. Quare non oportet ad ul'e, sed magis ad particularia respicere, & ita non oportet ad ul'e ducere elenchum, quia sic facile inueniretur instãtia. Alex. igitur pp hanc rationem uult locum sic esse intelligẽdum ut non ducatur ad ul'e elenchus. est aũt E ul'e hoc, omnium contrariorum eadem est uel non est disciplina, & exponendo textum uult, ut Arist. probet ul'e esse obseruabilius a respondentibus, hoc est magis aptum, ut contra ipsum feratur instantia. deinde uult, ut subintelligatur locus, hoc pacto, quia ul'e est obseruabilius a respondentibus, ideo opponens non debet ducere elenchum ad ul'e. Arist. igitur explicat primam partem, & dicit. [Ad eos autem]. s. opponentes, [qui exigunt] hoc est uolunt [ad aliqd argumentari] ut ad illud, sani & ægri est eadem disciplina, [postquã uidetur] eis [assignare causam] subaudiendum pp quam uolunt disputare illam sani & ægri est eadem disciplina, & non illi contrariam sani. uidelicet. & ægri non est eadem disciplina, uel pp qd uolunt magis disputare, qm̃ anima est mobilis, quam qm̃ est immobilis, postquam dico coguntur assignare causam suæ disputationis, [dictis quibusdam] circa F causam, quæ sibi unr̃, [obseruabilius] & magis aptũ, ut contra ipsum feratur instantia, [quod ulr̃ accidit in redargutionibus] generatim. n. in redargutionibus accidit ferre instantiam, obseruabilius dico & magis aptum, ut contra ipsum feratur instantia [est, ut dicant contradictionem, ut quod affirmauit] respondens dicat se uelle [negare, & quod negauit,] dicat se uelle [affirmare, non autem,] ut dicat, [qm̃ contrariorum est eadem, uel non eadem disciplina,] nam cõtra hoc non fertur facile instantia sicuti contra illud. ¶Quo autem ad uerba attinet, cum dixisset [postquam ur̃ assignare causam,] non uoluit dicere, ꝙ semper cogatur opponens assignare causam cur magis in hoc quã in illo uelit disputare, sed ex conditione loquutus est, postquam. uidetur. cogetur ab ipso respondente ut assignet causam. Cum uero dixisset [dictis autem qui G busdam] uerbum autẽ, ut Alex. annotauit superfluũ est, ideo legenda uerba sunt sine uerbo, illo autem, ꝑ quæ omnia perspicuum est textum esse mancum, ut bene annotauit Alexã. nam solum probauit ul'e esse magis obseruabile. i. magis aptum, ut contra ipsum feratur instantia. & propterea est postea supplendũ, ut non ducatur ad uniuersale elenchus, qm̃ contra uniuersale facile respondens poterit ferre instantiam. Hæc de loco.

Non oportet autem conclusionem propositiue interrogare. Quædam autem neque interrogandum est, sed ut concessis utendum. Ex quibus igitur interrogationes & quonam modo interrogandum in contrarijs exercitationibus dictum est.

propositiue — προτασ τικῶς — ut propõnim — H — interrogatiue

Neoterici differunt. Nam Egidius asserit Arist. uelle assignare causam eius, quod dixit, & non uideo hãc expositionem posse uerbis conuenire, cũ textus scribatur, cum uerbo autem, quod est uel continuatiuũ, uel aduersatiuum. Propterea alij uolunt Arist. assignare ultimum locum, ꝙ. uidelicet. opponens non debeat interrogare conclusionem suam, & manifestare eam respõdenti, neque debeat omnes propositiones interrogare, sed quibusdam uti, ut concessis. Nec hæc expositio consonat uerbis, non. n. Arist. dicit conclusionem non esse interrogandam, sed non esse interrogandam propositione, uel (ut ita loquar) propositionaliter, hoc est propositiue. Alex. itaque melius exponit, & dicit. [Non oportet autem] subaudi in quibusdam casibus [conclusionem propositiue.] idest secundum interrogationem [interrogare,] sed ferre con-

K clusiue. Interrogatur enim conclusio, & propositio, conclusio quidem, ut intentum respondentis. Propositio autem ut medium uel propositio pro, uel contra intentum. ideo dixit. [Non oportet autem conclusionem propositiue,] hoc est ut propositio pro, uel contra intentum [interrogare,] sed post interrogationes ferre conclusiue. [Quædam autem neque interrogandum est,] & exponunt nonnulli quædam scilicet de numero conclusionem, quod non placet Alexandro, propter uerba quæ sequuntur. ideo ad propositiones referendum est, hoc modo [quædam autem,] ut propositiones nonnullas [neque interrogandum est, sed ut concessis utendum,] sunt enim maxime probabiles, quibus utuntur sophistæ, ut concessis. Tunc epilogat, & dicit. [Ex quibus igitur interrogationes, quo ad loca, quæ accipiuntur ex dictis respondentis, uel quo ad loca, quæ sunt tredecim fallaciæ. [Et quonam modo interrogandum,] quo ad loca quæ sumuntur ex modo interrogandi [in concertatorijs exercitationibus, dictum est.] Hæc de Libro Primo. N

¶Finis Primi Libri.

EIVSDEM ARISTOTELIS DE SOPHISTICIS ELENCHIS, LIBER SECVDVS, O

INTERPRETE, AC EXPOSITORE EODEM AVGVSTINO NIPHO MEDICES VESSANO.



Quid d li. 2. L

E RESPONSIONE AVTEM, ET quonam modo oporteat soluere, & quid, & ad quam utilitatem orationes huiusmodi prosunt, post hæc dicendum.



IC latini omnes fecerunt librum secundum Elenchorum, quam rem nec in uerbis Arist. nec in expositionibus alicuius græci expositoris iuuenimus, uerum quia hoc non refert, quantum ad sensum uerborum Aristotelis, concedamus hunc esse Librum secundum, ubi Arist. proponit de respõsione dicere tria, & dicit. [De respõsione autem &] .s. primo dicendum est. [quonam modo oporteat soluere] .s. sophisticos syllogismos, hoc est primum. Deinde [& quid] .s. sit soluendum. Si .n. sophisticus M syllogismus duas habeat propositiones falsas quænã earum est soluenda utrum minor, si .n. minor, nihil minus permanet ut prius, aut soluenda certe maior, uel utraque hoc est secundum. [Et ad quam utilitatem orationes hmõi] .s. sophisticæ [prosunt, post hæc] quæ diximus de locis interrogandi [dicendum.] Hęc ergo tria proposuit dicere. ¶Quo uero ad uerba attinet, per orationes hmõi Alexander exposuit, sophisticos syllogismos quasi dicat. tertium pertractandũ esse de utilitate syllogismorum sophisticorum. Neoterici, qui Egidium sequuntur, per orationes intelligunt solutiones, quæ assignabuntur sophisticis syllogismis. De hoc in textu proximo.

Vtiles ergo sunt ad philosophiam propter duo, primum quidem, quia hæ, quæ utplurimum propter dictioonem fiunt, melius se habere faciunt ad id, quod est quotupliciter unumquodque dicitur, & ea, quæ similiter, & quæ aliter in rebus accidunt, & in nominibus. P

Cum proposuisset de responsione dicere tria, nũc exequitur, & primo declarat quonam pacto sophistici syllogismi sint utiles, & ad quæ, quod erat ultimum propositorum, & dicit. [Vtiles ergo sunt] subaudi sophistici syllogismi (ut exponit Alexan.) ad philosophiam pp duo] & per philosophiam, Alex. exposuit theologiam, quæ est uniuersalis philosophia, quæque & metaphysica dicitur. Si .n. aliquis scierit, quonã modo sophistici syllogismi, qui in dictione sunt, fiant, & uoluerit theologari, nullo pacto decipietur. In theologia .n. res, quæ non cadunt sub sensu considerantur p se, nomina uero & orationes, per accidens, quatenus p ea res explicamus. Si ergo aliquis scierit quonam modo syllogismi sophistici fiant, qui in dictione sunt, & Q quonam modo per eos decipiamur, nõ poterimus decipi in theologia, dicit [Vtiles ergo sunt] .s. sophistici syllogismi, qui in dictione sunt [ad philosophiam propter duo,] primum quidem, [quia hæ] .s. sophisticæ orationes, [quæ utplurimum propter dictionẽ fiunt, faciunt] nos subaudi [melius se habere ad id, quod est quotupliciter unumquodque dicitur,] & ideo Arist. scripsit quintum metaphysicæ librum, in quo declarauit quoties unũquodque ens dicitur [&] etiam faciunt melius se habere ad [ea quæ similiter, & quæ aliter in rebus & nominibus accidunt] quia faciunt nos scire, non quæcunque in nominibus sunt similia, esse in rebus similia, nec quæ aliter sunt in rebus semper esse aliter in nominibus. Videre .n. & uerberare in nominibus similia sunt, quia ambo actiua, non tñ in rebus similia. Nam uidere passionem, uerberare actionem significat. Insuper sunt in rebus dissimilia, & nominibus similia. dixit. [hæ quæ utplurimũ

propter

A propter dictionem fiunt,] quia non ita aperte utiles sunt ad philosophiam orationes sophisticæ, quæ præter dictionem sunt. Cum.n.sumant ortum a rebus, non erunt ita ad philosophiam utiles. per quæ patet non modo solutiones sophisticarum orõnum esse utiles ad philosophiam, sed etiam orões ipsas. Nam qui scierit, quo modo conficiant, in philosophãdo nõ decipietur. Et qui scierit quo modo soluant, minime decipiet. Quare & orões sophisticę, & solutiones utiles erunt philosophiæ.

qões ζητήσεις inquisitiones

Secundum autem ad eas, quæ per seipsum sunt qões. Nã qui ab alio facile captiose capitur, & id non sentit, ipse quoq; a se id patietur persæpe.

Cum assignasset primam utilitatem sophisticorũ syllogismorum, nunc assignat secundam, & dicit. secũdo syllogismos sophisticos utiles esse ad theologiam, id est metaphysicam, qñ quis non theologizat cum alio disputando, sed per se aliquid inquirendo. Erat.n. prima utilitas, qñ quis theologizabat cum alijs disputando. Secũda uero, qñ quis theologizat per seipsum inquirendo, dicit [Secundum autem].i. secundo loco sophisticæ orationes sunt utiles [ad eas qões, quæ] in metaphysica [sunt] & fiũt [per seipsum.] Qui.n. scierit qũo fiunt orationes sophisticæ, non patief decipi ab alijs in metaphysica, cum disputauerit cum alijs, nec decipietur a seipso, cum in metaphysica uoluerit inquirere per seipsum ueritatẽ. Dices fortasse nullum hominem decipi posse a seipso in inquisitionibꝰ, quas facit per seipsum, cum deceptio non sit nisi qñ quis cum alio concertauerit. Ideo probat fieri posse

B captiose capitur παραλογίζομένῳ. paralogizatur

C deceptionem a semetipso, cũ quis in metaphysica uoluerit per seipsum in ea ueritatem inquirere, & dicit. [Nam qui ab alio facile captiose capitur,] cum uidelicet disputauerit cum eo [& id non sentit.] i. & id non percipit, [ipse quoque a se] in metaphysica, alijsque scientijs inquirendo [id patietur persæpe.] Verum hæc est dĩa, ut Egidius autumat, ab alijs nos decipi per paralogismos, qui peccant per fallacias in dictione, a nobis uero metipsis, p fallacias præter dictionem, quæ maioris efficaciæ sunt. ¶Ego puto per oẽs fallacias hominem decipi posse & cum inquirit per se, & cum disputat cum alijs non solum in metaphysica, sed in omnibus sciẽtijs, causa qm̃ homo & sibi & alijs est idem ratione, & specie. quare & sibi, & alijs eadem ratione comparabilis est secundum rationem inquirẽdi, & inueniendi. Est.n. homo in eo quod homo animal, tum deceptiuum, tum aptum decipi. ergo siue sibi siue alijs comparetur, semper est aptus decipi, nec maiore ratione sibi quam alijs comparatus. Dixit aũt Arist. signanter in metaphysica, quam hic Alex. uocat theologiam, & uĩem philosophiã, qm̃ dignitate huius scientiæ cæteras compræhendit. Nã si sophisticæ orationes utiles sunt metaphysicis dupliciter, quãto magis omnibus alijs scientijs.

Hõ p oẽs fallacias põt decipi

D

Tertium uero & reliquum adhuc ad gloriam, quoniam in omnibus exercitatus esse uidebitur, & in nullo inexpertẽ se habere. Nam qui in orationibus cõmunicat & orationes uituperat, cum nihil habeat quod determinet de uitiositate earum, dat suspitionem, ut censeatur grauis, non quia uerum sit, sed propter imperitiam.

Cum demonstrasset sophisticas orationes utiles esse philosophiæ dupliciter, nunc ostendit sophisticas orationes utiles esse ad gloriam consequendam, & dicit. [Tertium uero].i. tertia uero utilitas, [& reliqua adhuc] est [ad gloriam] habendam apud astantes, qui disputationes audiũt, & apud uulgus, hæc autem utilitas est tertia & secunda. Tertia quidem faciendo utilitates ante dictas duas, secũda uero. faciẽdo illas unã. Deinde assignat causam, & (ut Alex. inquit) exponit quid sit uideri gloriosum, & dicit. [Qm̃ in omnibus exercitatus esse uidebitur, & in nullo inexpertẽ se habere.] Qui.n. sic uidetur, gloriosus uidetur, nam glĩa, ut Arist. scribit primo rhetoricorum, est opinio, quæ hr̃ de aliquo, quod sit bonus. s. aut sapiens aut studiosus, aut tale aliquid. Deinde probat gloriosum esse. modo quo dixit, per locum a contrario, & dicit. [Nã qui in orationibus cõicat]. s. differendo, atque disputando, [& orões].i. syllogismos sophisticos [uituperat] in quibus disputat, atque cõicat, [cum nihil habeat quod determinet de uitiositate earum] .i. cũ nescierit determinare uitia & loca, quibus decipiat, [dat] omnibus, qui audiunt, suspitionem, [ut censeatur grauis] .i. proteruus, & hoc est esse obscurum & infamigeratum, quod est contrarium glorioso. & famigerato, dat suspitionem dico omnibus, qui audiunt, ꝙ sit ignorans, [non quia uerum sit] eum esse ignorantem, nam potest quis renuere orationes sophisticas asserendo illas esse friuolas, atque nullius momenti, & tñ poterit sciẽs esse. immo potest quis in naturali philosophia esse expertissimus, & omnis dialecticæ ignarus, ut de Hippocrate fertur. Quare non erit ita quod uerum sit, [sed] erit [propter imperitiã] atque ignauiam eorum, qui audiunt, putant.n. ob imperitiam ignorantem esse eum, qui in omnibus non se ostẽdit exercitatum, atque sapientem. Si igitur est infamigeratus, qui in omnibus non se ostendit expertum, atq; sapientem, erit a contrario sensu famigeratus, qui in omnibus se expertum, atque sapientem ostendit. ergo secunda uel tertia utilitas est ad gloriam consequẽdam. Huic rei hoc tempore omnes fere insudant, solisque aduersus ueritatem atque auctorum disciplinas captionibus inuigilant, nihilque aliud auditores suos docent, nisi sophisticarum rationum, ac captionum usum.

E

F

G

Respondentibus autem, quonam modo obsistendum sit aduersus huiusmodi orationes. Manifestum siquidem recte diximus prius ex quibus sunt paralogismi, & si (quæ inquirendæ sunt) superabundantias sufficienter diuisimus.

superabũdãtias πλεονεξίας

Hic Arist. remouet unam dubitationem, quæ talis est, qm̃ aliquis dicere posset hunc secundum librũ esse tum superfluum, tum inutilem, quia omnes prædictæ utilitates uñr haberi per primum librum, qm̃ in primo libro hr̃ ex quibus syllogismi sophistici fiunt, & qũo fiunt. modo ille, qui cognoscit ex quibus constituuntur sophistici syllogismi, cognoscit causas apparentiæ illorum, per causas defectus, & ita scit soluere eos. ergo secundus liber uidetur superfluus, atque inutilis, dicit. [Respondentibus autem, quonam modo obsistendum sit aduersus hmõi orationes]. s. sophisticas [manifestum siquidem recte diximus prius ex quibus sunt paralogismi] quia diximus eos esse ex ijs, q̃ apparent, & non sunt probabilia, [& si sufficienter diuisimus superabundantias].i. loca syllogizandi sophistice in.13. ut exponit Alexan. [quæ inquirendę sunt] pro constitutione sophisticarum orationum. Si.n. ex primo libro scimus ea, ex quibus sunt sylĩi so

H auaritias lucra prerogatiuas

K phistici,& omnia loca syllogizandi sophistice, q̄ sunt. 13.& non plura, sufficienter hr̄ quō sit respondendū ad illos. ergo secundus liber est, tum superfluus, tum inutilis. ¶ Quo uero ad uerba attinet, superabundantias dicitur græce πλεονεσίας, & Egidius exponit cautelas, quæ quærendæ sunt ad hmōi orationes sophisticas, quæ ideo superabundantias uocat, quia non sunt necessariæ ad essentiam artis, sed magis ad bene esse. Quæ expositio non placet, quia Arist. in primo libro non dixit nisi de cautelis, & locis latendi, quæ attinēt ad opponentem, & non ad respondentem, & ꝓpterea melius per pleonesias intelligendum est loca syllogizandi sophistice, quæ sunt (ut Alexander inquit) 13. fallaciæ, quæ dicuntur superabundantiæ, quia non faciunt ad essentiam doctrinæ, quippe cum multi euaserunt summi Philosophi, qui hæc omnino contempserunt.

I *Non est aūt idē sumentem orationē uidere, & soluere uitiositatem, & interroganti posse occurrere celeriter.*

Nunc soluit obiectionem, & Egidius intelligit ꝙ non sit idem uidere & soluere uitiositatem, & celeriter posse occurrere interroganti, sed uidere & soluere uitiositatem orationum sophisticarum docuit liber primus, occurrere autem celeriter interroganti, docet secundus liber. ergo liber secundus non erit inutilis, nam licet primus liber doceat uidere & soluere hmōi orationes. Secundus tn̄ docet occurrere celeriter opponentibus atque interrogantibus, & dicit. [Nō est autem idem sumētem orationem]. s. sophisticam [uidere & soluere uitiositatem illius] quod docet liber primus, [& posse celeriter occurrere interroganti,] quod docet liber secundus. Et ulterius hoc idem exponens Egidius dicit, in primo libro haberi solōnem

L sophisticarum orationum in suis principijs, inquantū. uidelicet. ibi declarantur loca sophistice syllogizandi, quæ sunt principia sophisticarum orationum. In secundo autem solutionem earū in propria forma. primo quidem generatim, postea per speciem ad unumquenque paralogismum. Quare per secundum librū celeriter scimus occurrere interroganti, qm̄ per eum scimus soluere orationes sophisticas in ꝓpria forma. per primum autem non celeriter, qm̄ per eum nō scimus soluere sophisticas orationes, nisi in suis principijs, quæ sunt. 13. loca fallendi. Hæc est expō Egidij, quam iuniores omnes sequuntur, quæ non mihi displicet. Alex. autem aliter intelligit, & quidem uerius. Dicit n. non esse idem aliquem per se accipientem orationem considerare & soluere illam, & posse celeri-

M ter occurrere interroganti. Nam per se quidem accipiens orationem, licentiosæ, & qn̄ uult, aggreditur solutionem, qn̄ autem interrogatur, opus est nimiæ attentionis. nam sæpe sæpius quæ non concederet aliqs per se sumens orationem, interrogatus ea cōcedet pp modum interrogandi. per quæ uult induere Aristot. duo, & dr̄iam huius libri ad primum, & utilitatē exercitationis, quæ fit in disputationibus cum alijs, & dicit [Non est autem idem] per se [sumentem orationē, uidere & soluere uitiositatem] illius sine disputatione & exercitatione cum alijs, quod docet liber primus, & [posse occurrere celeriter interroganti,] qn̄. uidelicet. interrogatio fit in disputatione atque exercitatione cum alijs, quod docet liber secundus. nam (ut addit Alex.) per se accipiens orationem licentiose, & quando uult, aggreditur solutionem, qn̄ autem accipiens N orationem interrogatur ab alio, opus est nimię celeritatis. i. nimię attētionis, & sic per celeriter intelligit, nimis attente.

Nam quod scimus, sæpe transpositum ignoramus.

Egidius uult Arist. dare causam, quare per tradita in primo libro non possumus celeriter soluere, & dicit. [Nam quod scimus,] subaudi uno modo. uidelicet. in suis principijs, [sæpe ignoramus] ipsum [trāspositum.]. i. sub alio ordine positum, ut acceptum in propria forma, & quia per primum librum scimus sophisticas rationes soluere in suis principijs, & per secundum scimus ipsas in propria forma, ideo per hūc secundum scimus hmōi magis in promptu, & possumus eas celeriter soluere, & sic patet dr̄ia huius libri ad primum. Melius autem dicamus cum Alexā. nam cum dictum esset differre per se accipientem orōnem O uidere & soluere sine alio illam, & interrogatum ab alijs uidere & soluere illam, assignat causam, & dicit. [Nam quod scimus,] & accipimus per nos ipsos sine exercitatione cum alijs, [sæpe transpositum]. i. per aliquem alium modum interrogatum ab eo, quo illud per nos ipsos sciebamus, atque accipiebamus, [ignoramus.] uerbi gratia. nos scimus, qm̄ nemo uerberat oculis. Quis. n. poterit oculis aliquem uerberare? certe nemo. At si interrogatio fieret utrum uidisti hunc uerberare? & dices ita. Si autem afferamus, sed uidisti hunc oculis uerberare, igiť resultabit, quod uerberabat oculis. Quod igitur scimus, per aliquem aliū modum interrogati ab eo, quo scimus illud, ignoramus, & causa est, quia non sumus exercitati in solutionibus ad interrogationes, quæ fiunt ab alijs, & hoc docet liber secundus. Recte ergo Alexander uoluit Ari P stotelem per hæc tradere etiam utilitatem exercitationis. Nā qui est in disputationibus exercitatus, quouis modo proponať interrogatio, bene, & facile, & prompte respondebit.

Insuper quemadmodum in alijs id, quod citius & tardius, ex exercitatione fit magis, sic & in orationibus se habet. Quare si manifestum quidem sit nobis, immeditati aūt simus, priuamur opportunitatibus frequenter.

Egidius sequens suam expōnem, putauit Arist. iterum alia ratione probasse secundum librum non esse inutilem, & quæ dicit, ualde extranea sunt uerbis textus. Melius ergo dicamus cum Alex. Aristot. probare utilitatem exercitationis per argm̄ acceptum ab artibus, & dicit. [Insuper quemadmodum in alijs]. s. ar- Q tibus, [id quod] est [citius & tardius ex exercitatione fit magis,] nam exercitati in aliqua arte citius operantur secūdum illam, inexercitati uero, tardius. [Sic & in orationibus] & syllogismis sophisticis conficiendis, [se habet,] nam exercitati citius, inexperti autem tardius eos aggrediuntur, ideo concludit. [Quare si manifestum quidem sit nobis] interrogatum ipsum, [Immeditati autem] & inexercitati [simus] in interrogationibus, & inexperti in conficiendis sophisticis orationibus, [frequenter priuabimur opportunitatibus]. i. celeritatibus respondendi ad eas. Nam tarde considerantes propter inexperientiam, tarde rn̄debimus, excitati uelociter ab interrogantibus. ¶ Quo uero ad uerba attinet opportunitatibus græce est καιρῶν, quod uerbum licet significet opportunitates, & occasiones tamen hic pro celeritatibus accipitur.

Accidit

A *Accidit autem quandoque sicut in linearum descriptionibus. Nam & illic resoluentes quandoque componere rursum nō possumus, sic & in redargutionibus. Nam scientes propter quid orationem accidit connectere, soluere tamen orationem impotentes sumus.*

resol = uētes ἀναλυ-σάντες soluen tes inuenientes.

Egidius sequens suam expōnem, uult Arist. hic ponere tertiam rationem ad idem, quæ talis est sicut est in descriptionibus geometricis, ita econuerso est in orationibus sophisticis, sed in descriptionibus geometricis difficile est componere, & facile est eas soluere. ergo in orationibus sophisticis facile est componere, & difficile soluere, sed in hoc secundo libro tractatur solutio orationum sophisticarum. ergo nō superfluit. Alex. uero sequendo suam expōnem, ostendit iterū exercitationis utilitatem, & dicit. [Accidit autē qñq; sicut in linearum descriptionibus] est ita esse in sophisticis orationibus componēdis. [Nam & illic] .s. in geometria [resoluentes] hoc est inuenientes demonstratiuas propōnes, quæ uia resolutiua inueniūtur, [qñque componere rursum] hoc est ad figuram syllogisticam reducere [non possumus] pp inexperiētiam artis syllogizandi, qm̄ pp inexperientiam ignoramus, quæ propōnum sit maior, quæue minor, sicuti in illa conclusione incōmensurabilem esse costam diametro, & in alijs compluribus accidit sīr, [ita & in redargutionibus] .s. sophisticis [nam scientes,] & inuenientes [pp quid accidit connectere orationem] sophisticam, cōnectere dico ex pluribus fallacijs. Accidit .n. aliqñ plures fallacias connecti in una sophistica oratione. [Soluere tñ orationē impotentes sumus.] .i. scire tñ non possumus, quæ fallacia est per quam elenchus fit. ergo sicuti in geometricis pp inexperientiam aliqñ habemus propōnes, & nescimus eas reducere ad figuram, sic in redargutionibus aliqñ scimus plures esse fallacias, & propter inexperientiam nescimus quæ fallacia est per quam principaliter orō est sophistica. Quare exercitatio in hmōi orationibus ualde utilis est.

B

C

Primum igitur quemadmodum syllogizare dicimus opinabiliter quandoque magis, quam uere eligere oportere, sic & soluendum quandoque magis opinabiliter quam ad ueritatem.

Cum dixisset de utilitate orationum sophisticarum nunc uult agere de solutione illarum, & primo proponit agere de apparenti solutione, & dicit. [Primū igitur quemadmodum syllogizare dicimus oportere eligere quandoque magis opinabiliter] hoc est apparenter [quam uere,] & hoc quando respondens non recipit uera. [Sic & soluendum quandoque magis opinabiliter quam ad ueritatem] opinabiliter dico, nō ex ueris, sed ex apparentibus, & hoc qñ opponēs nō ueros elenchos, sed apparentes induxerit.

D

Nam omnino aduersus contentiosos est reluctandum, non ut eos, qui redarguunt, sed qui redarguere apparent. Non enim dicimus eos syllogizare, quare ut non uideantur emendandum.

emēdādum διορθωτέον recte dispo = nendū corrigēdum uerborū ex = positio

Cum dixisset aliqñ esse soluendum apparenter, assignat causam, & dicit. [Nam omnino aduersus contentiosos] disputantes [est reluctandum, non ut] aduersus [eos, qui redarguunt, sed] ut aduersus eos, [qui redarguere apparent.] ergo aduersus hos apparenter soluendum est, quo uero modo appareant redarguere, dicit. [Non .n. dicimus eos syllogizare.] ergo nec redarguere. Tunc concludit. [Quare ut non uideantur, emendandum] siue dirigendum. ¶ Quo uero ad uerba attinet, uerbum emendandum græce est διορθωτέον, latine etiam corrigendum, siue recte disponendū, quasi dicat, quare cum apparentes sint, & non exn̄tes, emendandum est ne uideantur syllogismi, hoc est dicere circa quid apparent redarguere. dixit emendandum, siue dirigendum (ut Alex. exponit) .s. auditores. Si .n. dicimus circa quid unr̄, non existentes autē elenchi, dirigimus auditores opinantes nos esse redargutos, remouendo eos a falsa opinione. Qui .n. remouet aliquem a falsa opinione ad ueritatem, diriget eum. Quare si dixerimus circa quid apparent elenchi, non exn̄tes autem, dirigemus auditores, persuadebimusq; illos esse elenchos. Omnino igitur dicit aduersus tales esse reluctandum, nō ut aduersus redarguentes, & ppterea oportet dicere non esse elenchum, quod accidit, sed apparere. E

Nam si redargutio est contradictio ex quibusdam non æquiuoca, nihil opus est diuidere ad amphibola, & æquiuocationem. non .n. facit syllogismum. Sed nullius alterius gratia diuidendum est, nisi quia conclusio est redargutioni similis. F

Cum accepisset sophisticos syllogismos nō esse soluendos ne redarguant, sed ne uideantur redarguere, hoc demonstrat ex definitione redargutionis, & dicit. [Nam si redargutio est contradictio] .s. syllogistica [ex quibusdam] .s. propōnibus positis, concessisque [non æquiuoca] hoc est non multiplex, [nihil opus est diuidere] .s. redargutionem ipsam [ad amphibola, & æquiuocationem,] tanquam in suas species, [non enim] amphibologia, uel æquiuocatio [facit sylm̄,] ergo nullus sylls̄, qui peccat per aliquam harum fallaciarum, est redargutio. Tenet .n. consequentia a superiore negatiue. Si .n. sylls̄ peccans per amphibologiam uel per aliquam aliam fallaciam non est sylls̄. ergo nec elenchus. Recte ergo dictum est elenchum nō esse diuidendum in hos. Quod si elenchus non est diuidendus in hos, hi non sunt soluendi ut elenchi, sed ut apparentes elenchi. ppea dicit, [sed nullius alterius gratia diuidendum est] elēchum subaudi in hos [nisi quia conclusio est redargutioni similis] .i. nisi quia conclusio est syllogismi, qui est similis elencho. Qd̄ si elenchus diuiditur in hos, ut in apparentes elenchos, apparenter soluēdi sunt. Quo uero ad uerba attinet, licet amphibola sint quæ secundum amphiboliā ambigua sunt, tñ hic accepit æquiuocationem, & amphibola pro sylls̄, qui peccant secundum aliquam fallaciam. Expressit enim duas pro omnibus. G

Non ergo redargui, sed uideri cauendum est, nam interrogare amphibola, & quæ propter æquiuocationem sunt, & quascūque alias hmōi cauillationes, & uerā redargutionem adumbrat, & redarguentem, & non redarguentem incertum reddit. H

Cum declarasset sophisticas orationes esse apparēter soluendas, nunc concludit istud, & dicit. [Non ergo redargui,] est cauendum per solutionem apparentem, nam elenchus uerus, non est apparenter solubilis. sed per solutionem apparentem [est cauendum uideri] redargui. Est .n. apparens elenchus capax solutionis apparentis & ideo apparens elenchus est apparenter solubilis. Quod autem apparens elenchus debeat apparenter solui, licet probauerit, iterum pbat, & dicit. [Nam interrogare amphibola] quod fit ad conficiendum apparentem elenchum, qui peccat per fallaciam amphiboliæ, [&] interrogare ea, [quæ sunt pp æquiuocationem] quod fit ad conficiendum elen-

K chum,qui peccat per fallaciam æquiuocationis. [&] interrogare [alias quascunque hmõi cauillationes,] quæ fiunt ad conficiendum alios apparentes elenchos secundum alias fallacias,& ueram redargutionem adumbrat,atque obscuram reddit, [& redarguentem & non redarguentem incertum facit.] ergo hmõi elenchi apparenter soluendi sunt ad tollendas hmõi obscuritates atque dubitationes.

Nam reuera in fine cum conclusum fuerit, dicere potest se nõ ad ipsum,quod affirmauit,negare,sed æquiuoce aut amphibolice, & si in idem ferat, quod maxime contingit, incertum erit, si redargutus est.Incertum enim si uera nunc dicit.

Textus iste est ualde obscurus,nam nec Alexã.ex græcis,nec Egidius ex latinis dilucide eum exposuit, tñ mihi uidetur Arist. soluere unam dubitationẽ nõ eam,quam Egidius fingit, sed eam, quam Herminius
I excogitauit. Et est hæc, utrum propositis interrogationibus multiplicibus,distinctio illarum quæ fit facta conclusione,sit utilis,respondet Arist. esse inutilẽ, qa per hmõi distõnem non est certum utrum tollat̃ redargutio,uel ne ab ipso respõdente,nam in principio cum proponerentur interrogationes simpliciter concessit,uel negauit eas,quare,si eas distinguit in fine,incertum erit utrum remaneat redargutus. Sed per distinctionem quæ est ante conclusionem tollitur redargutio.ideo hæc est utilis,dicit.[Nam reuera in fine cũ conclusum fuerit] opponens [dicere potest se non negare id ipsum quod] respondens [affirmauit,] & econuerso,non affirmare, quod respondens negauit. [Sed æquiuoce esse locutum aut amphibolice].q.d. dico inutilem esse distõnem,quæ fit facta concl̃one,qa opponens dicere potest,aut ad alium sensum esse lo-
L cutum,aut æquiuoce uel amphibolice[& si in idem] respondens [ferat] sensum quod maxime contingit fieri,tñ[incertum erit,si]respondens[redargutus est quia incertum est,si respondens uera [nunc dicit] .s. quod in idem ferat sensum, in quem intellexit opponens.Est igitur inutilis distinctio interrogationum,ꝓpositarum,quæ fit in fine,quia per illam incertum est utrum tollatur redargutio a respondente.uerbi grã.si proponeretur utrum omnis canis latret,& respondẽs concedat,& utrum stella aliqua sit canis,& iterum cõcedat,si postea opponens inferat.ergo stella aliqua latrat, dicit Arist.inutilem esse distõnem interrogationum propositarum,quæ fieret facta conclusione, qm̃ per eam, uel non tollitur redargutio a respondente, cum illas simpliciter concesserit,uel negauerit, & nũc eas negat in parte uel concedat, uel incertum est utrũ
M tollatur, quia licet dicat respondẽs se interrogationes concesisse de cane latrabili,tñ opponens potest dicere hoc esse dubium, quia incertum est si respondens uera nunc dicat. Nolo tamẽ ignores in codicibus græcis,qui nuper editi sunt,reperiri nõnulla uerba superflua,sed in codice emendatiore uerba legũtur,ut trãstulimus. Et sic ea legit Alexander & Herminius,si recte intellexi.

Si uero diuidens interrogasset æquiuocum, aut amphibolum,
eẽt utique *non incerta esset redargutio. Et quod quærunt, nunc quidem minus,prius autem magis contentiosi,sic uel non respondere interrogatum esset utique,nunc autem, quia non bene interrogant inquirentes,necesse est ut respõdeat aliquid is,qui interrogatus est, corrigens uitium interrogationis.quia diuiso sufficienter,uel sic, uel non necesse est dicere respondentem.*
ἐγίνετα νᾶν fieret utiq;

Videtur Alex.copulare prima uerba cũ præcedenti textu,possunt tñ copulari cum sequenti,nam Aris. uolens declarare id,ꝓ quod cogitur respondens corrigere uitium interrogationis per apparentem solutionem. primo præmittit, quonam modo non fieret incerta redargutio,& dicit.[Si uero diuidens interrogasset æquiuocum,aut amphibolum] .i.si sophista diuideus significata æquiuocorum & amphibolorum interrogasset aliquid de uno ipsorum, ut de cane terrestri,si calores efficit,aut non ? certe respondens aut ita,aut non,respondebit,& sic certa esset redargutio. Deinde exponit quid erat illud, quod quærebant, & quasi dicat,& non solum certa esset redargutio,sed ẽt id, quod quærunt, ideo exponens id, quod quærunt, dicit. [Et quod quærunt contentiosi] .s. sophistæ [nunc quidem] .s.tpibus nostris [minus.]Nam tpibus Arist.sophistica ars est perfecta. [prius aũt,] .s.
tpibus Platonis [magis,] nam sophistica tunc non erat perfecta, [esset sic,aut non respondere interrogatum utique.] Hoc aũt fieret,si interrogans diuideret multiplex in sua significata, & de uno eorum interrogaret. Deinde exponit quid nunc sit agendum contra non diuidentes multiplex,& dicit.[Nunc autem, quia non bene interrogant inquirentes] .s.sophistę, quia interrogant multiplex non diuidentes ipsum in sua significata[necesse ut respondeat aliquid is,qui interrogatus est,] hoc est necesse est ad interrogantem quid æquiuocum, ut respondens respondeat aliquid æquiuocum i.oportet dicere quod apparet,& quidẽ, & non est,[corrigens uitium interrogationis].i.ostẽdens uitium esse in ipsa interrogatione.Hoc aũt non esset necessarium si per diuisionem fierẽt interrogatio
nes,[quia diuiso sufficienter]ipso multiplici,[uel sic uel non necesse est dicere respondentem.]& non esset necesse respondere per disiunctionem dicendo est quidem ut sic,est aũt,ut non. Quo igitur ad sñiam attinet. Arist.dixit,si interrogans diuideret multiplex in sua significata,& interrogaret de uno illorum significatorum aliquid, responsio respondentis erit determinata,& redargutio certa.Si aũt interrogans interrogaret aliquid de ipso multiplici, responsio erit apparens,atque mmultiplex & redargutio incerta. ¶ Quo uero ad uerba attinet,responsio duplex est altera determinata,quæ(ut Arist.inquit)fit per sic est affirmando,& per non sic est negando, ut si diuiso multiplici uerbi causa,cane interrogaretur de cane terrestri,utrũ calorem efficit,aut non,responsio per non sic est,fit.
Altera interminata,quæ ab Arist.dicitur apparens,ab Alexandro per contradictionem, ab Herminio conditionalis per disiunctionem, ut si de multiplici proponeretur aliquid non facta diuisione.uerbi gratia de cane,utrum omnis canis calorem efficit,aut non; rñsio erit,ꝙ canis potest significare canem terrestrẽ,& stellam & piscem. Si interrogatio fit de cœlesti, est ita ꝙ omnis canis calorem efficiat. Si de terrestri,uel aquatili non est ita,hæc responsio dicitur apparens, indeterminata,per contradictionem,& condõnalis per disiunctionem. Cum autem dixisset Arist.nunc quidem minus,prius autem magis,induit dñam temporum,nam priores sophistæ,& magis contentiosi quam nunc uolebant interrogatum respondere sic uel non sine quacunque distõne. astringebant.n.suos respondẽtes ad omne propositum siue simplex, siue multiplex sic,

aut

A aũt non reſpondere, ut patet in dialogis Platonis, ubi qui reſpondet, nunc diſtinguit. Ariſt. uero tpe ſuo introduxit diſtõnem, & reſponſionem apparentem, q̃ fit per conditionalem ſubdiſiunctione, ut dictũ eſt.

Si autem aliquis putet eam, quæ eſt ſecundum æquiuocationem, redargutionem eſſe, quodam modo non erit reſpondentem effugere, quin redarguatur. Nam in ijs, quæ oculis ſubiecta ſunt, neceſſarium erit nomen, quod affirmauit, negare, & quod negauit, affirmare.

Reſpõſ. Egidij. Egidius poſt hæc, quæ dicta ſunt, putat Ariſ. remouere errorem quorundam. dixerat. n. orationes ſecundum æquiuocationem, & omnes orationes multiplices, uel generatim oẽs orationes litigioſas non facere elenchum, ſed obnubilare ipſum, & non redarguere, ſed uideri redarguere. Huic ueritati nonnulli contradixerunt, aſſerentes æquiuocationem quæ fit in termi-

B nis ſingularibus facere uerum elenchum. Et hunc errorem Ariſt. putat Egidius hic refellere. Ego uero puto Egidij expoſitionem uerbis Ariſt. accõmodari nõ poſſe, quia quod de ſingularibus dicit Ariſt. eſt exemplum, ut patebit in ijs, quæ uidentur, ideo cum Alexandro dicamus, cum paulo ante dixiſſet Ariſt. ſophiſtas non proprie, ſed apparenter redarguere, nunc dico ꝙ ſiquis putauerit ſophiſtas proprie redarguere, & non apparens eſſe elenchos, quibus utuntur ſecundum æquiuocationem, & alias fallacias, accidet omnes ſcientes redargui. Nam ſcientes omnes percutiuntur a ſophiſtis per quædam æquiuoca, & per alia talia, & ſic ſi elenchus, qui fit per æquiuocationem, uel per alias fallacias, uerus elenchus putetur, non poterit fugere reſpondens, quin uere redarguatur. dicit. [Si autem aliquis putet eam] redargutionem, [quæ eſt ſe-

Refutatio.

C cundum æquiuocationem] uel alias fallacias [eſſe] ueram [redergutionem] dico ueram ſ. inſolubilem, & omnino ſyllogizantem, [quodãmodo nõ erit] .i. nullo modo erit [reſpondentem efficere, quin redarguatur.] qm̃ omnis reſpondens & omnis ſciens põt pati redargutionẽ ſaltẽ apparentem, & cũ oĩs redargutio per hos ſit uera. ergo oĩs ſciens, & oĩs rñdens poterit pati uerã atque inſolubilẽ redargutionẽ. Qđ aũt omnis ſciens poſſit pati apparentẽ redargutionẽ, declarat per exemplum in ijs, quæ uñr, & dicit. [Nã in ijs, quæ oculis ſubiecta ſunt,] & ſub uiſu cadunt, (quod dicit, quia exemplum hoc eſt in ijs, quæ ſub uiſu cadunt, & non in ijs, quæ cadũt ſub alijs ſenſibus.) [neceſſarium erit] reſpondentem multoties, [nomẽ quod affirmauit, negare, & quod negauit, affirmare.] ergo omnis ſciens, & omnis reſpondens poteſt pati

D apparentem redargutionem, & cum per eos apparẽs redargutio & uera non differunt fiet, ut omnis ſciens, & omnis reſpondens patiaꝛ ueram redargutionem, quod eſt abſurdum. Sed non expreſſit ſophiſma Ariſtoteles, Alexander autem expoſuit, nam ſophiſtæ abſcondentes coriſcum muſicum, interrogabant utrum ſcis, qm̃ coriſcus muſicus eſt. reſpondens ita reſpondebat. & utrum ſcis abſconſum, qualis eſt, rñdẽs rñdebat ꝙ nõ. Deinde remouentes, opculũ, interrogabant utrũ ſcis hũc qualis eſt, ita rñdet, ſcis igiꝛ hũc, qm̃ muſicus eſt, & tñ neſcis, qm̃ ignorabas, qñ abſconſus erat, qualis erat, & hũc nec ſi erat muſicus, cognoſcebas. Ergo eũdẽ ſcis eſſe muſicũ, & nõ muſicũ. Quare q ab ipſo negauit nomẽ muſicus, hoc affirmauit de eodẽ. Rurſum utrũ ſcis abſcõſum quale eſt, rñdebis non. Deinde remoto operimẽto, utrũ ſcis hunc, rñdebis ita, nã

E coriſcus eſt. Sed tñ dixiſti ipſum non coriſcũ. quẽ igiꝛ omnino ignorabas quis eſſet, nec ſi coriſcus eſſet, neſciebas. quare idẽ nomen affirmaſti de ipſo, & negaſti. Eſt aũt ſophiſma hmõi circa accñs, nã accidit coriſco abſcõſum eſſe. Nõ. n. eſt neceſſariũ qđ ineſt accñti & rei ineſſe, cui ineſt accñs. Nõ. n. ſi ineſt biſyllabũ albo, & albũ accidit Alcibiadi, neceſſe eſt biſyllabũ ineẽ Alcibiadi. Nõ. n. eſt Alcibiades biſyllabũ, ſic & in his. Nõ. n. ſi abſcõſum ignoraꝛ, & abſcõſum accidit coriſco, neceſſe eſt coriſcũ ignorari. Quare oportet dicere ſophiſma eſſe circa accñs, aut dici põt orõnẽ eſſe circa æquiuocationẽ, aut circa amphiboliã, aut circa aliqđ horũ. Hæc eſt ſophiſmatis expõ ſecundũ Alex. põt ẽt ſiĺe ſophiſma fieri, de dualitate, q̃ eſt abſcõſa in manu, & de mula in utero, de quibus diximus lib. poſt.

F ¶ Quo uero ad uerba attinet, uerbũ, [q̃ oculis ſubiecta ſunt] græce eſt, ὁρατῶν, hoc eſt ĩ uiſibilibus, dicit aũt uiſibilia, q̃ ſcđm actũ ſunt uiſibilia, ut puta, q̃ uidentes cognoſcimus, abſcõſa aũt exñtia ignoramus. In his. n. neceſſariũ eſt qđ aliqs affirmauit, negare, & qđ negauit affirmare, quẽ. n. dicebat muſicũ, uidẽs hũc abſcõſum eſſe, diceret nõ muſicũ, & quẽ dicit nõ muſicũ abſcõſum, hũc muſicũ utiq; diceret, ſublato opimẽto. Quare in his uiſibilibus dicit qđ affirmauit nomẽ, neceſſe ẽ ab eodẽ negare. Oportet igiꝛ (ut diximus) ſoluere, aut qm̃ circa accñs. aut ſcđm alterũ quoddã, qđ & ipſe dicet, qñ ſolões ſophiſmatũ. exponet, & nõ, ut hi dñt. Egid. aũt pace ſua dixerim nec textũ, nec exẽplũ intellexit. Cauſa aũt qa non legit græcos expoſitores, ſed cõfiſus proprio ingenio in cõpluribus deuiauit a ſenſu uerborum Ariſtotelis.

G *Enimuero (ut diluunt quidam) nihil prodeſt. Nam non coriſcum aiunt eſſe muſicum & non muſicum. ſed hunc coriſcum muſicum, & hunc coriſcum non muſicum. Eadem enim erit oratio coriſcum, ei, quæ eſt hunc coriſcum muſicum eſſe, uel non muſicum, quod idem ſit id, de quo ſimul affirmant, & negant. Sed fortaſſe non idem ſignificat, quoniam nec illic nomen, quare in aliquo differt.*

Egid. uult Ariſ. aſſignare modũ, quo ueteres ſophiſtæ ponebãt põnẽ aſſignatã, q̃ talis ẽ, ꝙ uera cõtradictio ſit ĩ termis ſingularib. abſolute ſumptis, nõ aũt ĩ ſingularib. p pnomẽ demrãtiuũ determinatis. Et ppea aſſerebãt nõ eẽ cõcedẽdũ coriſcũ eẽ muſicũ, & coriſcũ eẽ nõ muſicũ, qm̃ hic ẽ uera cõtradictio. cõcedi tñ poterit hũc coriſcũ eẽ muſicũ, & hũc coriſcũ nõ eẽ muſicũ. nã ĩ his nõ ẽ uera cõtradictio, cũ ſint ſingularia p pnoĩe demrãtiuo determĩata. Sed Egid. pace ſua dixerĩ

H nec ĩtellexit ſophiſma, qđ ĩ exẽplo adduxit Ari. nec p cõſequẽs ĩtelligere, põt ſolõnẽ hãc, q̃ ueteres ſophiſtę aſſignarũt ad ſophiſma qđ p exẽplũ ẽ ĩductũ. Herm. uero alr̃ expoſuit rñſionẽ ueterũ ſophiſtarũ, nam uoluit eos dicere qm̃ hũc coriſcũ ſcio muſicũ, de coriſco apparẽte, & hũc ſcio coriſcũ. De coriſco aũt abſcõſo, & nec muſicũ, nec coriſcũ ſcio. Certe uerba Ari. exponi pñt ſcđm hũc ſenſum, quo ad ſolõnẽ ſophiſmatis, q̃ dabãt ſophiſtę. Sed reprobatio Ari q̃ facit cõtra hãc ſolõnẽ, nõ uř huic expõni conſona. Melius igiꝛ cum Alex. dicamus nõnullos ex ueteribus ſophiſtis diluiſſe inductum ſophiſma dicentes hunc quidem coriſcum ſcire muſicum, hunc uero non muſicum indifferentibus perſonis interrogationem ferentes, & duo ſubiecta accipiantes. In eadem uero perſona

Expoſi. Herm.

I nequaquam illa concedenda sunt. Contra hos dicit Arist. enimuero, ut diluunt quidam, [nihil prodest.] Et primo exponit Arist. illorum solutionem, & dicit. [Nam non coriscum aiunt esse musicũ, & non musicum.] in eadẽ. uidelicet. persona, & in eodẽ subiecto, credebant.n. coriscũ apparentẽ, & coriscũ absconsum differre subiecto & persona. [Sed hunc coriscũ musicum, & hunc coriscũ non musicum]. s. absconsum & apparentẽ, in differentibus. s. personis, & subiectis hęc solutio statim posset tolli per hoc, ꝙ coriscus apparens, & coriscus absconsus est idem coriscus persona & subiecto, & sic solutio friuola est. Aris. tamen dicit. [Eadem.n. erit oratio, coriscum] .s. esse musicum, uel non musicum [ei, quæ est hunc coriscum musicũ esse,
K uel non musicum, ꝙ idem sit id, de quo simul affirmãt & negant.] Est.n. idem coriscus persona, & subiecto, qui absconsus est, & apparens de quo idem prædicatum, quod est musicum, affirmant & negant. ergo oratio erit eadem. Deinde remouens ea, quæ male dixerunt, dicit. [Sed fortasse non idem significant] .i. sed fortasse non sic oportet dirigere, ꝙ non idem coriscus est, de quo dicitur esse musicum, cum eo, de quo dicitur non esse musicum, sed ꝙ non idem, & unum significent. Non.n. nomẽ coriscus est eiusdem & unius significatiuum, quemadmodum nec Socrates, & albus Socrates. Sic.n. & subiecto unum est coriscus, & absconsus, quemadmodum & Socrates & albus Socrates est idem. Est.n. unus & idem subiecto, ratione aũt non unus. Quare dicendnm sophisma superius assignatum esse dignum reprehensione, qm̃ peccat per fallaciam accidentis. Sed quia Aristot. proposuit dare exemplum in sophismate æquiuocationis, [cum di-
L xisset, si autem aliquis putet eam, quæ est secũdum æquiuocationem,] postea dedit exemplum in fallacia accidentis, ideo dicit. [qm̃ nec illic nomen] illic. s. in sophismate de corisco apparente, & absconso, nomẽ idem significat omnino, per quæ induit esse ibi aliquo modo fallaciam æquiuocationis. [Quare in aliquo modo] scilicet differt simpliciter de corisco interrogare, & de corisco absconso, & ita uidetur ibi esse duplex fallacia.

Si autem huic quidem simpliciter dicendo coriscũ assignẽt. Illi aũt addant aliquẽ, aut hunc, absurdũ est. Nihil.n. magis q̃ alterũ. Vtrolibet enim nihil differt.

Quæ dicit Egidius hic, non digna sunt recitatione, qm̃ ex eis nihil ad propositum, nihilque boni accipe-
M re possumus. propterea cum Alexandro dicamus Aristotelem hic reprobare nonnullos male soluẽtes, qui dicebant in propõnibus esse sumendum coriscũ simpliciter, ꝙ sit musicus uel non sit musicus, in conclusione uero esse addendum hoc quod dico aliquis, uel hic contra obijcit Arist. & dicit. [Si autem huic] .s. in propõnibus [quidem simpliciter dicendo coriscũ assignent illi autem] .s. in conclusione [addãt aliquẽ, aut hunc, absurdum est. Nihil.n. magis quam alterũ] .i. ipsum aliquis, uel hic æqualiter in propõnibus & conclusionibus poni debet. [Vtrolibet.n. nihil differt] qm̃ si in propõnibus non ponitur, nec in cõclusione poni debet. Ex ijs expõnibus Alexã. patet oẽs dubitationes. Egidij esse inutiles, quia nullo modo oriuntur ex ijs, quæ Arist. dicit. Sed ex male intellectis ab Egidio.

Non sic igitur, sed quia incertus quidẽ est, qui nõ determinauit ambiguitatẽ, utrũ redargutus est, aut non redargutus, datum profecto est in orationibus diuidere. Quare manifestũ, quoniã nõ determinãdo dare interrogationem, sed simpliciter, peccatum est, quoniam & si non ipse, tamen oratio redargutæ similis est. N

profecto γὰρ enim

Cum confutasset opinionem ueterum sophistarũ circa modum respondendi ad multiplex, nunc docet oportere respondentem, qui interrogatur de aliquo multiplici, ut de æquiuoco, aut amphibolo, diuisionẽ facere, & quærere ab interrogante, in quo signatorum illud proposuit, & assignat causam, qm̃ si non sic faciet respondens, incertum erit sit ne redargutus, an non? quare cum incertum sit utrum redarguatur, qui non? quare cum incertum sit utrum redarguatur, qui non facit diuisionem æquiuocæ uel amphibolæ orationis, datum est respondenti diuidere. igitur si respõdens non diuidit intertogatum, sed simpliciter acci- O
pit, peccat. qm̃ licet non ipse sit redargutus, tñ eius responsio uidetur similis responsioni redargutæ, dicit. [non sic igitur] est diuidendum ipsum multiplex, qa si non diuideretur, esset ipse respondens redargutus. [Sed quia incertus quidem est, qui non determinauit ambiguitatem] .i. qui non diuisit multiplicitatem. [utrum redargutus est, aut non redargutus, datum ꝓfecto est in orationibus,] quæ proponuntur [diuidere.] uerbum autem profecto græce est γὰρ, uerum nõ pro redditiuo causæ, sed pro redditiuo continuationis accepit. Tunc concludit. [Quare manifestum, qm̃ non determinando sed simpliciter. s. absque diuisione multiplicis [dare interrogationem, pc̃tm̃ est, qm̃ & si non ipse] .s. respondens simpliciter absque diuisione sit [redargutus, tñ oratio] .i. eius responsio (ut expo-
nit Alex.) [similis est] responsioni [redargutæ.] nã P
licet concedens multiplex, quod est distinguendum, non reducatur ad præconcessi negationem, uel ad ꝑnegati affirmationem in toto. tñ reducitur ad prænegati in parte concessionem, uel ad præconcessi in parte omnimodam negationem. ergo uidetur hæc rñsio similis redargutæ. Alex. autem per exemplum exponit, ut si interrogaretur aliquis, utrum canis calores efficiat. Deinde respondens dixerit ita, respiciens ad stellam, non diuidens canis significata, ipse quidem uidetur non redargui, quia concedit stellam calores efficere. responsio tamen eius nullo pacto hoc poterit effugere, quæ non diuidit, quia uidetur concedere de cane, quo ad omne significatum, quod est negandum.

torpescere ὀκνεῖν pigrescere

[*Accidit tamen sæpe uidentes amphiboliam torpescere diuidere, & propter frequentiam eorum, qui hæc proponunt, & ne ad* Q
omne uideantur molesti esse. Deinde non putantibus propter id fieri orationem, sæpe profecto occurrit inopinabile. Quapropter, quia datum est diuidere, non est cunctandum, quemadmodum dictum est prius.

morari cunctandum ὀκνητέον pigrescendum immorandum profecto δὴ aut

Egidius exponit nunc Arist increpare eos, qui nõ distinguunt propositum, quod est distinguẽdum, quã expõnem affert Alexander, unde dicit Arist. [Accidit tñ sæpe uidentes amphiboliam] .i. respicientes interrogantem, & scientes quod æquiuoca, aut amphibola sit oratio, ut interrogatus non faciat diuisionem orationis multiplicis uerens ne appareat proteruus atque difficilis, continuam. uidelicet. faciendo diuisionem. Qm̃.n. sophistæ continuo interrogant æquiuoca, & amphibola, ueretur respõdens, ut nõ uideatᷣ difficilis, si omnia aggrederetᷣ diuidere. Deinde putãtibus

respondentibus

A respondentibus nullum absurdum accidere, si sine diuisione concederent interrogatum, obuiāt aliquid sæpe inopinabile,& sic concludit debere fieri diuisionē. Hæc est expō Alex. Herminius uero, si recte intellexi ea, quæ ipse dicit, uult Arist. increpare eos, qui diuidūt quidem multiplex, sed cum pigritia quadam, & dicit. [Accidit tñ sæpe uidentes amphiboliam,] uel aliqđ aliud multiplex [torpescere] atque pigrescere [diuidere] pp duas causas (ut exponit Herminius,) quas Aristoteles explicat,& dicit. [Et pp frequentiam eorum] .s. opponentium. [qui hæc] .s. multiplicia [proponunt.] Tanta.n. frequentia facit respondētes quasi ad diuidendum fessos, hæc est prima ratio. Deinde tangit secundam,& dicit.] Et ne ad omne uideantur molesti esse.] Nam omnia diuidere facit respondentē uideri molestum opponenti. Postea assignat quid se-

B quitur ex hac pigritia,& dicit. [Deinde non putantibus] .s. respondentibus [pp id] .i. pp responsionem factam sine diuisione, [fieri orationem] .i. absurdum ut etiam exponit Alex. q. d. deinde putantibus respōdentibus nullum inconueniens accidere, si sine diuisione concederent interrogata, [sæpe profecto occurrit inopinabile.] uerbum autem profecto, græce est δή, uerum non aduersatiue, sed continuatiue tenetur. Tunc concludit. [Quapropter, quia datum est diuidere] tanquam bonum,& utile,& necessarium, [nō est cunctandum] .i. morandum sed celeriter agendum, [quemadmodum dictum est prius.] Nam dictum est prius esse faciendum,& celeriter, qñ opus fuerit. Hæc est expō Herminij, ut mihi uidetur, quæ satis consonat uerbis Arist. nam prius probauit contra ueteres sophistas multiplex propositum omne esse distinguē-

C dum, nunc increpat eos, qui debent distinguere,& torpescunt id agere.

Si autem duas interrogationes non unam interrogationem fecerit quispiam, neque utique propter æquiuocationem, uel amphiboliam fieret paralogismus, sed uel elenchus, uel non. Quid.n. differt interrogare, si Callias & Themistocles musici sint, quā si ambobus unum nomen esset existentibus diuersis. Nam si plura significat quam unum, plura interrogauit.

Egidius refert hæc uerba ad id, quod supposuerat, Arist. supposuerat.n. æquiuocationem, & amphiboliam,& cætera multiplicia distinguenda esse. Hoc aūt probare hic dicit Arist. comparando talia multiplicia ad duas interrogationes. quæ expositio non potest uerbis applicari, ut consideranti patet. Melius ergo cum Alex. dicamus Arist. nunc docere generationem æquiuocationis,& amphiboliæ, asserens æquiuocatio-

D nem, atque amphiboliam fieri ex pluribus interrogationibus, quoties ex illis fit una, nam ut ibi plures existentes interrogationes unum habent pdicatū, sic & in æquiuocatione,& amphibolia. Quod si in æquiuocatione & amphibolia unum sit nomen, pluriū tñ est significatiuum. ergo æquiuocatio,& amphibolia generantur ex pluribus interrogationibus unam facientibus. Nam si non fuerit paralogismus circa plures interrogationes unā facientes, nec erit circa æquiuocationem,& amphiboliam,& si circa æquiuocationem,& amphiboliam non erit paralogismus, nec circa plures interrogationes unam facientes. Quare syllogismus qui circa eas fieret, erit uerus elenchus, uel nullo modo elenchus .s. nec uerus, nec apparens, hoc autem est absurdum. ergo oportet ex pluribus interro-

E gationibus unam facientibus generari æquiuocationem,& amphiboliam, dicit. [Si aūt duas interrogationes non unam interrogationem fecerit, quispiam .s. ille, qui ex pluribus interrogationibus unā facientibus paralogizat, neque utique propter æquiuocationem, uel amphiboliam fieret paralogismus, sed [omnis qui fieret sylls [uel elenchus] uerus erit, [uel non] .i. uel nullo modo elenchus, quia neque uerus, neque apparens. Hoc aūt non contingeret, nisi quia ex duabus interrogationibus unam facientibus gñantur æquiuocatio,& amphibolia. v. g. (ut Alexander exponit) si nō esset canis nomen multorum significatiuum, sed unū quoddam significat solum, ut stellam solum, si aliquis interrogaretur, utrum canis latrat,& dicet non, nec omnino redargutus erit, qm̄ stellam tm̄ significat, quæ non latrat. Si aūt affirmauerit, redargutus erit uere.

F qm̄ stella, quam solum signāt, nō latrat. ergo oportet (si debet redargui rñdens apparenter) ut uel sint plures interrogationes unam significantes, uel ut nomē, aut oratio plura significet. ¶ Quo uero modo, qui aliquod æquiuocum interrogat plura interroget, monstrat,& dicit. [Quid.n. differt interrogare, si Callias,& Themistocles musici sint,] quæ sunt duæ interrogationes unā facientes, [q̄ si ambobus unum nomē esset] .s. impositū ipsis [exñtibus diuersis,]& esset æquiuocum. ergo non differunt plures interrogationes facientes unam,& æquiuocum, uel amphibolū. Quod aūt cum interrogatio fit de nōie plura significāte, fiāt plures interrogationes unam facientes, pbat.& dicit. [Nam si] subaudi aliquod nomen [plura significet q̄ unū,] ille qui iterrogat de illo, [plura interrogauit.] ergo non differt æquiuocū ab interrogationibus plu-

G ribus unā facientibus, generant igit æquiuocatio, & amphibolia ex pluribus interrogationibus unam facientibus.

Si igitur non rectum est ad duas interrogationes unam respōsionē censere sumere simpliciter, manifestū, quoniam nulli eorū, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simpliciter.

censere ἀξιοῦν postulare probare.

Ex ijs, quæ dixit, redit ad propositum, quod superius cœpit probare,& dicit. [Si igitur non rectū est] .s. dialectico [ad duas interrogationes unam rñsionē censere sumere simplr, manifestum, qm̄ nulli eorum, quæ æquiuoca sunt, conuenit respondere simplr] .s. per unam responsionem, qm̄ (ut diximus) qui æquiuoca interrogat, plura interrogat. ¶ Ex ijs perspicuū primo Arist. primum fuisse inter græcos, qui ad syllos diluendos inuenerit artem respondendi per distōnes. Ante.n. ipsius tempora (ut Alex. superius annotauit)

H sophistæ ad omnes interrogationes qualescūque simpliciter respondebant, aut negando, aut concedēdo. Nec in dialogis Platonis inuenimus Socratem, uel alium respondere per distōnem. Sed (ut diximus) aut simpliciter negando, aut simpliciter affirmando. Arist. autem probauit hic multis bonis rationibus ad multiplices interrogationes respondendum esse per distinctiones. ¶ Secundo perspicuum omnem syllm, qui diluitur per distōnem, esse sophisticum, siue sit metaphysicus, siue physicus, siue alterius generis. Nam qui peccat per locum, qui accipitur a multiplici, peccat per fallaciam aliquam. ergo q̄ diluitur per distinctionē termini uel propositionis, est omnino sophisticus.

Aristo. fuit primus qui inuenit artē respōdēdi per distō nes.

Qualis syllogismus qui diluitur per distōnem

Nec si de omnibus quidem uerum sit, ueluti censent quidam. Nihil enim differt hoc, quam si interrogasset coriscus, &

I *callias utrum domi sint, an non sint domi? Siue .n. absint ambo, siue non absint, utroque modo plures sunt propositiones.*

Circa dicta remouet unum dubium, quod tale est, utrum si de omnibus rebus significatis sub æquiuoci noie sit uerum illud prædicatum, qđ de noie enuntiatur, sit danda una rñsio, rñdet, & dicit. [Nec si de oibus quidem] rebus .s. sigñatis per nomen æquiuocũ. [Verũ sit] .s. pdicatũ qđ de nomine enumeratur, uel falsum subaudi, esset danda una simplex rñsio subaudiendum. [ut censent quidam] .s. Plato in sophista, ut si interrogauerit aliquis utrum Aiax animal bipes sit? nam licet hoc prædicatum animal bipes uerũ sit de ambobus Aiacibus, non decet tñ dare unam respõsionẽ. Nam licet in topicis dictum sit, uni interrogationi dandã esse unam responsionem, hic tñ non una

K interrogatio est, sed plures, & ppea nõ recipiunt unã responsionem. hoc quod dixit, exemplo, similitudine monstrat, & dicit. [Nihil .n. differt hoc] .i. æquiuocũ quoddam interrogare, [quam si interrogasset coriscus & callias utrum domi sint, an non sint domi? siue enim absint ambo,] ita ut ambæ sint falsæ, [siue non absint] ambo, ita ut ambæ sint ueræ, [utroque modo propositiones sunt plures.] Quare & responsiones plures sunt dandæ.

Non .n. si uerum est dicere, interrogatio propter id una est. Possibile .n. est ad decies millenas interrogatas qões, omnes sic uel non, uerum esse dicere. Attamen non est respondendum una responsione. Interimitur .n. disputatio, id autem simile ac si idem nomen imponatur diuersis.

Quia aliquis posset dicere ad unam interrogationẽ unam esse responsionem, sed ille sunt una interrogatio, quia sunt unum uerum, & ad unũ uerum, una est

L responsio, obijciendo dicit. [Non .n. si uerum est dicere] .s. ambos domi ipsos esse, [interrogatio propter id una est.] & ita non ualet est unum uerum. igitur una interrogatio. Quod autem non ualeat, probat, & dicit. [Possibile enim est ad decies millenas interrogatas qões omnes sic uel non uerum esse dicere,] & ita omnes millenæ qões sunt unum uerum, [attamen non est respondendum una responsione] ergo propter unitatem ueri, non erit unitas responsionis. Quod autem non sit conueniens dare unam responsionem pluribus interrogationibus, quæ sunt etiã ueræ, probat, & dicit. [Interimitur .n. disputatio.] cum subaudi ad plures interrogationes etiam ueras, datur una responsio. Si .n. in alio quidem interrogans interrogauit (ut Alex. exponit) & respondens in alio affir-

M mauit, uel negauit, nihil respondit. Vbi autem proponitur, & nihil respondetur, non seruatur essentia disputationis, qm̃ disputatio est actus duorum ad idem affirmandum, uel negandũ. igitur qui ad plures interrogationes etiam ueras, unam affert responsionem, interimit disputationem. Egidius uero aliter declarat, quod tñ dignum est cõsideratione. Deinde addit quasi minorẽ, nam declarauit ad plures interrogationes non posse fieri unã rñsionem, addit nunc quasi minorẽ, & dicit. [Id aũt] .s. æquiuocũ [sĩle] est pluribus interrogationibus [ac si idem nomen imponeret diuersis] rebus sigñatis. ergo ad æquiuocam interrogationem non est danda una rñsio, quemadmodum nec ad plures interrogationes. unde componit syllis plures interrogationes non recipiunt unã rñsionem. Interrogatio de æquiuoco, est plures interrogationes. ergo non recipit unã rñsionem. maior & minor sunt declaratæ in hoc processu. N

Si igitur non oportet ad duas interrogationes unam responsionem dare, manifestum, quoniam nec in æquiuoco sic, uel non dicendum. Nec .n. qui dixit, respondet, tam & si dixit. Id uero ideo admittunt quodam modo in disputabilibus, quoniam latet ipsum accidens.

Cum accepisset in syllo quasi propões, nunc assignat conclusionem, & assignando cõclusionem simul tangit uim syllogismi prætacti, & dicit. [Si igitur nõ oportet ad duas interrogationes unã respõsionẽ dare, manifestũ, qm̃ nec in æquiuocis] cum subaudi interrogant. [Dicendũ] unã responsionẽ, q. uidelicet. sit p [sic, uel non.] hæc est conclusio, & sylli uis. Sed quæres primo utrũ qui unam respõsionẽ fecit in æquiuocis, ppriã responsionẽ dederit. respõdet, & dicit. [Nec .n. qui dixit,] subaudi responsionem unã in æquiuocis, [respondet] .i. (ut Alex. exponit) ppriam responsionẽ fecit. [Tam etsi dixit] subaudi aliquid, nam dixit ita, aut non, & apparuit multis olim sic esse sine distinctione respondendum. responsionem tamen non dedit, qm̃ respõsio est quis de aliquo interrogat, illud ipsum aut dedit, aut negauit. At si interrogãs aliquid interrogaret, aliud autem respondens affirmaret, uel negaret, dixit quidem aliquid, ac si præeligens dixisset, responsionem tamen propriam non dedit, quia non ad illud significatum, in quo æquiuocũ proposuit opponens. Quæres ulterius secundo pp quid ueteres sophistæ admittebant in æquiuocis fieri unam responsionem? assignat causam & dicit. [Id uero] .i. ad æquiuocum fieri unam responsionẽ [ideo] ueteres sophistæ [admittunt quodam modo in disputabilibus, qm̃ latet ipsum accidens.] Egidius exponit .i. id, quod sequitur, hoc est illud absurdum quod sequitur ex hac opinione sic admittente. Si .n. uidissent absurda superius inducta, non admisissent ad æquiuocum esse faciẽdam unam solam responsionem. Et non mihi displicet hæc expõ. Alex. tamen exponit per accidens, hoc qđ est unius interrogationis esse unam respõsionem, & multarũ multas. Hoc .n. uocat accidens, qđ si intellexissent, non admisissent ad æquiuocum esse unam responsionem faciendam. Secundo exponit per accidens, hoc quod est in æquiuocis non esse responsionẽ, hoc .n. dixit accidens. Fit .n. ad æquiuocum non respõsio, sed apparens responsio, quod si sciuissent, non dixissent ad æquiuocum esse faciendam unam responsionem. O P

Quoniam igitur (ut diximus) redargutiones quædam uidentur esse, quæ non sunt, eodem quoque modo & solutiones quædam uidentur esse, quæ non sunt, quas dicimus quandoque operæpretium magis afferre quam ueras in contentiosis orationibus, & in ea (quæ ad duplex est) occursione. Q

Refert hæc uerba Egidius ad epilogum eorum, q̃ dixit. Alexander uero refert ad ea, quæ dixit octauo topicorum ut sit horum, quæ hic dixit, per ea, quæ 8. topicorum dixit, confirmatio, & dicit. [Qm̃ igitur ut diximus] uel in discursu facto secũdum Egidium, uel in octauo topicorum, secundum Alexandrum, [redargutiones, quædam uidentur esse, quæ non sunt, eodẽ quoque modo, & solutiones quædam uidentur esse, quæ non sunt, quas dicimus quandoque operæpretiũ magis afferre] uel quia facilius eas recipit interrogans, uel quia ad sophistica est sophistice respondendum,

A dendum,[quam ueras,] non ut diximus in omnibus orationibus, [sed in contentiosis orõnibus] .i. sylľis [& in ea occasione,quæ est ad duplex] .i.in ea argumẽtatione occurrendo, quæ est p̃ fallaciã in dictione, q̃ utplurimum peccat pp duplicitatem nam(ut Alex. inquit)per omnia oportet contra ordinare Dixit aũt non semper,sed aliqñ,qm̃ non semper interrogãs magis recipit solutiones apparentes,q̃ ueras. Sed si reperiretur in topicis uel alibi æquiuocum non esse distinguendum, qñ prædicatum inest subiecto æquiuoco pro omnibus significatis, ut cum diceretur, canis est corpus,uel substantia, hic uero dixit semper esse distinguendum,tollitur contradictio,quia dixit æquiuocum non esse distinguendum,qñ prædicatum inest ei pro omnibus significatis, uel non inest pro aliquo significato rõne habita ad ueritatem,uel falsitatẽ. Hic
B uero dicit esse semper distinguẽdum rõne habita ad significata,quæ cum multa sint multas efficiunt interrogationes ad quas(cum non sit una responsio) oportet distinguere.

¶ Primus locus apparentis responsionis.

Itaque respondendum in ijs,quæ uidentur,esto dicendo.Nã et sic minime fiet redargutio.

itaque δὲ aũt redargutio παρεξέλεγχος, sophistica redargutio.

Cum proposuisset dicere de apparenti responsione primo,nunc exequit̃,ponendo loca,ex quibus rñdens poterit apparenter respondere interroganti,qui laborat redarguere ipsum,qui talis est:si opponens interroget aliquid a respondente, quod est p̃babile, & tñ respondens non sit certus de eius ueritate, tunc ipse non debet concedere illud simpľr, sed debet dicere sit ita,uel transeat hoc,quia sic minime fieri poterit
C elenchus contra eum,dicit. [Itaque respondendum in ijs,quæ uidentur].s.in probabilibus,de quibus respondens ipse non est certus,an sint uera, [dicendo esto.]uel quod huic æquipollet,transeat hoc, non.n. debet respondere simpľr,sed cum quadam quasi suppositione,qm̃ sic nec uerum,nec falsum asserit, sed ur̃ illud uelle sustinere gratia disputandi, non quidem asserens illud esse,uel non esse. [Nam & sic minime fiet redargutio.] ¶Quo uero ad uerba attinet, [itaque] græce est δὲ,latine autem,& uero, sed hic non aduersatiue legendum,sed ut executionis nota, nam primo proposuit dicere de locis apparentis solutionis, nunc exequitur,uerbũ aũt redargutio est grçce παρεξέλεγχος, Alex.exposuit.i.sophisticus elenchus, nam est extra rationem proprij atque ueri elenchi.

D ¶Secundus locus.

Si uero aliquid,quod inopinabile sit,cogatur dicere,hic maxime addendum uideri.Sic.n.neque redargutio, neque inopinabile uidebitur fieri.

Hic ponitur secundus locus qui secundum Egidiũ talis est, si opponens proponat aliquid inopinabile, de quo ipse respõdens fuerit incertus, non respõdeat ita est,uel non ita est,sed uel uidetur ita esse, uel uidet̃ ita non esse. Sic.n.non redarguetur, nec cogetur concedere inopinabile,dicit.[Si uero aliquid,quod inopinabile sit,cogatur dicere] .i. si ab opponente interrogetur aliquid inopinabile, [hic maxime addendũ uideri] .i.respondens debet respõdere, qm̃ uidetur ita, uel uidetur non esse ita. [Sic enim] scilicet respondendo [neque redargutio, neque inopinabile fieri uidetur] nam nec asserit simpliciter, nec negat simpliciter.

¶Locus tertius.

Quia uero,quo pacto petitur,quod est in principio.Manifestũ est,si sint propinqua,interimendum,neque aliqua esse,est concedẽdum,perinde ac si quod in principio est,petat.

Hic est locus tertius, qui talis est, si opponens ad syllogizandum propositum,assumat aliqua, quæ proposito propinqua sunt, respondens debet dicere q̃ petat,quod est in principio.& hoc non ab ratione,q̃a ea,ex quibus necessario accidunt alia, p̃ maiore parte sunt ualde p̃pinqua eis,quæ accidunt,adeo ut uideant̃ eiusdem positionis, atque concessionis, quare cũ hæc interrogata fuerint,respondens debet dicere,q̃ petat̃, quod est in principio,dicit.[Quia uero,quo pacto petitur,quod est in principio.manifestum est] .s. ex 8. topicorum,& ex 2.priorum.& ex primo huius.[Si]
F quæ interrogantur,ut opponens syllogizet propositum,[sint propinqua].s.proposito syllogizando,q̃d (ut dictum est)pro maiore parte contingit,[interimẽdum,neque aliqua].s.eorum,q̃ interrogantur, [esse] ita, [est concedẽdum,perinde ac si quod in principio est,petat,]& sic dicendum q̃ petat id,quod in principio est.uetbi causa.si problema propositũ syllogizandum sit,qm̃ uoluptas est bonum,& opponens petierit,utrum gaudium bonum, cum hoc sit propinquũ ei, quod proposuit syllogizare, non est concedendum, sed dicendum, quoniam petitur quod est in principio.

¶Locus quartus.

Et quando aliquid tale postulauerit quispiam,quod necessariũ quidem est accidere expositione.sit autem falsum, uel inopinabile idem dicendum,nam quæ ex necessitate accidunt, eiusdẽ uidetur esse positionis.
G
Egidius nõ quartum locum,hic annotauit, sed uľe quoddam documentum,quod ex dictis colligit̃, & est tale,quoties ex datis nostris, siue ex positione nostra, uoluerit opponens ducere nos ad aliquod falsum, uel inopinabile, si illud falsum ex necessitate sequitur ex nostra positione,debemus dicere, quod petat principium. Nam ea, quæ ex necessitate accidunt ex alijs, sunt nimis propinqua illis,& uñr esse eiusdem põnis, uel eiusdem concessionis cum eis. Ideo in talibus semper apparenter uidetur peti, quod est in principio. Hæc autem expõ friuola est, nam nulla mentio fit in textu de petitione eius,quod est in principio,ut uerba consideranti patet. Melius igitur cum Alexandro dicamus hic poni quartum locum,qui talis est,qñ aliquis syllogizauerit aliquam conclusionem falsam,uel H
inopinabilem, quæ necessario sequitur ex aliquibus propõnibus, hoc idem dicendum de propõnibus, ut qm̃ falsæ,uel inopinabiles sunt, quæ talem concludũt conclusionem.Causa est,quia falsum semper ex falsis, & inopinabile semper ex inopinabilibus,& qm̃ idem & de propõnibus est dicendum, erit locus quartus si interrogantur propõnes, ex quibus necessario sequit̃ falsum,uel inopinabile,interimendæ sunt, nã falsum, & inopinabile non nisi ex falsis,& inopinabilibus sequuntur,dicit.[Et qñ aliquid tale postulauerit] siue syllogizauerit [quispiam, quod necessarium quidem est accidere ex positione] .i. ex propositione interrogata,uel ex propositionibus interrogatis,[sit aũt falsum,uel inopinabile,idem dicẽdũ] .s.de propõnibus

I q.uidelicet.sint falsæ. Cuius rationem assignat,& dicit. [Nam quæ ex necessitate accidunt, eiusdem unr esse positionis].i.eiusdem unr esse qualitatis cum positione.& per positionem,uel positiones(ut Alex.inquit)propõnes intelligit.nam conclusio,& propõnes eiusdem qualitatis unr esse. & ita si inopinabilis, uel falsa fuerit conclusio, propõnes quoque erunt falsæ, uel inopinabiles.Ex his colligit quartus locus.uidelicet.si ppõnes proponunt,siue interrogant ab aliquo, ex quibus necessario sequit uel falsum,uel inopinabile,erunt interimendæ.

¶Locus quintus.

Insuper quando uniuersale non nomine, sed similitudine sumitur,dicendum quoniam nõ sic datum est,neque (ut proposuit) sumit,nam & propter id fit sæpe redargutio.

K

Exposi. Egidij. Hic est quintus locus, qui secundum Egidium talis est,si respondens concesserit aliquid,cui non est nomen proprium impositum, & concesserit illud secundum similitudinem,& ex hoc concesso contingit ipm duci ad absurdum, tunc postquam senserit se ductum ad absurdum, debet dicere ipsum opponentem non sumpsisse hoc in illo sensu, in quo respondens id concessit,sed in alio. Nam & pp id.s.pp concessionem in

Quæ Alexã. eodem sensu fit sæpe redargutio. ¶Hæc est expositio Egidij,quæ(ut mihi ur)obscura est, ppea dicamus alr cum Alexandro, & primo exponamus quid sit in similitudine accipit ex octauo topicorum, & dicamus in similitudine accipi, quod uolumus accipere,est qñ quod uolumus accipere, sic interrogamus, sicuti non ipsum uolentes, sed per ipsum aliud uolentes accipere,ut si uoluerimus accipere abstinẽtiam esse uirtutẽ, non dicemus utrum abstinentia sit uirtus? Sed utrum

L sic abstinentia uirtus sit sicuti fortitudo,& iustitia. Si igitur per similitudinem hoc intelligimus in præsenti loco,prima expõ erit, qñ ul'e non nomine.i.non ipm per se acciperetur,nec ut pp ipsum (nomine.n.accipit aliquid) qñ nomen ipsum in se acciperetur, ueluti in his interrogationibus utrum contrariorum una est scientia,utrum abstinentia est uirtus,similitudine aũt, qñ non pp ipsum, sed alterius gratia accipitur. ergo erit locus,[qñ ul'e].i.propõ ul'is,non nomine,[sed similitudine sumitur] & ex illo concesso respondens duceretur ad absurdum,[dicendum,qm non sic datũ est]subaudi sub eo sensu,sub quo ductus est ad absurdum,[neque ut pposuit]opponens postea [sumit] sed proposuit in uno sensu,& usus est illo sub alio. Et sic non abstinentiam concessit uirtutem,sed forti-

M tudinem. Hæc est una Alex.expõ,quæ optima est. ¶Vel exponi potest aliter etiam secundum Alex. ut intelligamus aliquid accipi similitudine,quæ græce dr parabola,qñ oratione accipitur,ut si dixerit quispiã, omne quod fuerit tale,habet ungues separatos. Oro enim est omne quod fuerit tale,non aũt est nomen. Si aũt dixerit omne quadrupes,nomine acceptũ est. Nam quadrupes nomen est.ergo ul'e nõ nomine, sed oratione accipitur hoc pacto utrum ceruus quadrupes existens habet ungues separatos,ita dices, & quid utrum capra,ita etiam dices,& utrum bos,ita quoque, & utrum ouis,ita etiam,omne igitur quod est tale,habet ungue separatos,si concesseris,uideris redargutus. Nam equus est talis,& non habet ungues bifidos, ergo non omne quadrupes habet ungues bifidos, hæc itaque propõ ul'is,omne quod fuerit tale, habet ungues bifidos,oratione acceptum est.Nam omne quod N fuerit tale,oratio est,& non nomen.Si aũt dixisset,omne quadrupes,nomine accipitur,nã quadrupes nomen est.Est igitur dicendum in hoc syllogismo, q cũ dedisset omne tale,non in quadrupedibus, sed in cornigeris dedit,quia omne cornigerum habet ungues bifidos,non autem quadrupes,dicit. [Insuper qñ ul'e].i.propõ ul'is, [non nomine,sed similitudine sumit] sic dicendo,omne quod est tale,habet ungues bifidos, & non sic omne quadrupes habet ungues bifidos, si subaudi ex concessione talis uniuersalis fies redargutus,[dicendum qm non sic datum est] a te,ut sit intelligendum de omni quadrupede, sed de omni cornigero,& dicendum etiam qm [neque ut proposuit] .s.opponens interrogationem, postea in syllogismo [sumit]sed in alio sensu. Nam proposuit cum dixit omne qd est tale,habet ungues bifidos,de omni corni O gero,& in syll'o,sumpsit de oĩ quadrupede. Dico esse sic respondendum,[nam & pp id].i.pp concessionẽ propõnis ul'is, in eo sensu in quo eã sumit opponẽs, [fit sæpe redargutio]respondentis.Hę sunt duæ expositiones satis utiles & ueræ. Nã in parabola accipi ul'e bifariam est 8. topic. ergo hic textus bifariam exponi potest.

Cum aũt prohibetur his,ad id,quod non bene ostensum est, redeundum, obsistendumq; secundum dictam determinationem.

Egidius refert hæc uerba ad proxime dicta,asserens Arist. remouere quandam cauillationem possibilem fieri contra hmõi documentũ,& quæ dicit,clara sunt, meo tñ iudicio non ad mentem Arist. Melius igit cũ Alex.dicerem Arist.assignare hic sextum locum, qui talis est,cum respondens impeditur ab opponente p syll'os sophisticos, ut per æquiuocationem,amphiboP liam,& aliquam cæterarum fallaciarum, secundũ quas apparens elenchus fit,debet dicere, qm non syllogizauit secũdum determinatam definitionem syllogismi, ostendendo modum,quo paralogizauit,dicit. [Cum autem]respondens[prohibetur his].s.paralogismis, qui fiunt per aliquam.13.fallaciarum,[redeundum ad id, quod non bene ostensum est] scilicet per ueram rationem syllogismi, [obsistendumq; secũdum dictã determinationem] .s syllogismi,ut dicẽdo,qm est paralogismus,& non syll's, Hocq; declarando per definitionem syllogismi.

¶Locus septimus.

In ijs igitur quæ proprie dicuntur nominibus,necesse est respõdere uel simpliciter,uel diuidendo. Quæ aũt subintelligentes proponimus, ut quæcunque non plane,sed truncatim interrogatur, propter id accidit redargutio. Q

Hic ponit Arist.septimum locum, & est talis,cum proponeretur nobis oratio truncata,non debemus respondere ad illam simpliciter, nisi prius compleatur. Circa hunc ergo locum,Arist.primo repetit quasi epilogando, quo modo sit respondendum ad orationes perfectas.& dicit.[In ijs igitur]orationibus,[quæ pprie dñr nominibus].i.per se perfectis,propria.n.illa dicit nomina(ut Alex.exponit)quę propria subiectis rebus sunt,ut homo,equus,& similia.[Necesse est respondere uel simpliciter].s.aut ita,aut non,sine diuisione,utputa si non fuerit æquiuocum,[uel diuidendo]si subaudi fuerit multiplex.hoc epilogato, subdit locum,& dicit. [Quæ autem subintelligentes proponimus,]quales sunt orationes truncatæ,quas non intelligimus,

A telligimus. nisi subintelligendo, atque supplendo, [ut quæcunque non plane, sed truncatim interrogãtur,] Alex. subaudit, non simpl'r concedenda, aut neganda per ita, aut non. Nam [pp id] .i. nam pp responsionẽ simpliciter factam ad hmõi orones, [accidit] rñdenti [redargutio,] ergo ad has non est simpl'r responden dum, donec perficiantur.

Vt putas ne quicquid est Atheniensium, est possessio Athenien sium? sic, Similiter autem & in alijs? At qui homo est animaliũ? sic. Possessio igitur animalium homo. Nam hominem animalium esse dicimus, quia animal est, ueluti Lysandrum Lacedæmoniorũ, quia Lacedæmonius est. Manifestum igitur, quoniam in quibus obscurum est, quod proponitur, non simpliciter est concedendum.

Eius quod dixerat ponit exemplum, & concludit ad obscuras orationes non esse simpliciter responden dum. Egidius uoluit hic Arist. assignasse plura exem-
B pla, & non recte dicit. Est. n. (ut Alex. exponit) unũ tm̃ exemplum, & dicit. [Vt putas ne quicquid est Atheniensium,] non explicando per quicquid aliquod proprio nomine dictum, [est possessio Atheniẽ sium, sic] .s. dicas gratia exempli, per quod intelligere poteris sequi elenchum per responsionem simpliciter datam ad obscuras interrogationes. dicas ergo sic. [Similiter autem & in alijs,] putas ne quicquid est eorũ, sit possessio eorum. Deinde addit minorem, & dicit. [At qui homo est animalium? sic] etiam dicas gratia exempli. dat conclusionem. & dicit. [Possessio igitur animalium homo.] Deinde probat minorẽ, & dicit. [Nã hominem animalium esse dicimus, quia animal est] .s. de numero animalium, [ueluti] dicimus [Lysandrum Lacedæmoniorum, quia] de numero lacedæ moniorum [lacedæmonius est.] Sed complendo ip-
C sum elenchum, dicimus, hoc esse falsum, non. n. homo est possessio animalium. ergo aliqua propõnum, non minor. Nam homo est animalium, sicuti Lysander est lacedæmoniorum, ergo maior, quæ est quicquid est ali quorum, est possessio illorum, sed hanc simpl'r conces sisti. igitur es redargutus, ppea concludit. [Manifestũ igitur, qm̃ in quibus obscurum est, quod proponitur, non simpliciter est concedendum,] nec simpl'r negan dum. Sed dices quid dicendum, dicit recte Egidius nõ debere nos dicere, qm̃ non intelligimus, quæ ppões. Ex hoc. n. ab audientibus iudicaremur imperiti. Sed debemus hanc calumniam uertere supra opponentẽ, asserendo eum loqui obscure, truncate, atque diminu te, nec intelligibiliter. Quare dicendum, ut perficiat in terrogationes, & quidem intelligibiliter, nam respõde bitur ei. Secus autem in dialectica colluctatione quæ
D fit pp probabilem ueritatis inquisitionem. Nã in hac permissum est dicere non intelligo, uel tale ut, quid 8. topic. patet. Sed cum sophistica colluctatio fiat, ppter gloriam, nihil respondens debet dicere, quod uertatur in suam uituperationem. ¶ Quo uero ad interrogatio nem attinet, hæc interrogatio putas ne quicquid est Atheniensium, est possessio Atheniensium, est trunca ta. nam (ut Alex. inquit) oportebat dicere, utrũ quod est sub dñio Atheniensium, sit Atheniensiũ possessio? & quod sub dñio Lacedæmoniorũ, possessio Lacedæ moniorum. Sic. n. dicendo atq; interrogando, simpl'r oportet respondere.

¶ Locus octauus.

Quando uero duobus existentibus, cum hoc quidem est, alterũ ex necessitate esse uidetur, cum uero alterum est, hoc non ex necessitate, interrogato utroque, oportet quod minus est, dare. Nam difficilius est syllogizare ex pluribus. E

Egidius locum hunc sic intelligit, si opponens interroget aliquid de duobus, quæ se habent sicut añs, & consequens, de quorum altero opottet concedere prædicatum uerificari, tunc potius concedendum est id de consequente, quam de antecedente, quia difficilius est syllogizare ex pluribus. i. ex consequente. Sed hæc expõ non uĩ consona uerbis Aris. qm̃ consequẽs est uniuersalius antecedente, modo ex uniuersalibus longe facilius est syllogizare, quam ex particularibus. non. n. sylls fieri potest ex particularibus. ergo locus (ut exposuit doctissimus Alex.) sic intelligitur. [Qñ duobus existentibus] .s. particulari & uli. [Cum hoc quidem est] .s. particulare, [alterum] .s. ule [ex necessitate esse uĩ] & est. Sumpsit. n. uĩ, pro est. [Cum uero alterum est] .s. ule, [hoc] .s. particulare [non ex F necessitate est] i. cum fuerint ule, & particulare, quæ sic se habent, ut si particulare est, ule necessario seque tur, & non econuerso. [Interrogato utroque] .s. par ticulari, & uniuersali. [Oportet quod minus est] .s. particulare, [dare] & subaudit Alex. & non dare qđ maius est. s. ule, uerbi causa, ut dictum est in fallacia consequentis, si factum est, sequitur ergo principium habet, contra uero non sequitur, quia non si principium habet, est factum. Principium. n. multiplex est. Est autem minus atque particularius, quod factum est illo, quod principium habet, sicuti & homo aiali. Nam homine existente, est ex necessitate & animal. At animali existente, non ex necessitate est hõ. Quod autem oporteat dare id, quod particularius, probat, & dicit. [Nam difficilius est syllogizare ex pluribus] .i. ex particularibus. Siue. n. uniuersali, ut didicimus, syl- G logismus non fit. Dixit autem particularius plura, aut quia compositiora sunt, atque ex pluribus. Homo. n. ex pluribus est quam animal, quippe cum habeat ea omnia, ex quibus est animal, ut substantiam, aiatum, sensitiuum. Habet etiam rationale & disciplinabile, q̃ animal non habet. Aut dixit ipsum particularius plu ra, qm̃ ule modo aliquo unum est, particularia uero plura. Verum prima expõ melior, exẽplum loci est, si interrogaremur, currit ne homo, an animal, cum oporteat nos alterum horum dare, dandum est, qm̃ hõ currit. Nam cum animal sit uniuersalius, homo particularius, difficilius erit ex illa particulari interrogatio ne syllm facere, quam ex illa uniuersaliori, cum sylls constet ex uniuersalibus. Ex his patet tam in terminis, quam in syllogismis, semper minora & particulariora esse cõcedenda, quia ex particularibus atque mi- H nus uniuersalibus minus, atque difficilius fit sylls, & sic concesso particulariore, cum ex eo minus fiat sylls, minus respondens poterit redargui ab opponente. Hæc est expõ Alex. uerum cum considerassem ea, q̃ Herminius dicit, uidetur mihi Arist. per minus intellexisse particularem interrogationem, & per plura par ticulares interrogationes, quæ plures dicuntur, qm̃ uniuersalis, quæ illas continet, est una. Et tunc locus erit talis, si proponerentur duæ interrogationes, quarum una. s. particularis sequitur ad alteram. s. ad uniuersalem, & non econuerso, danda est interrogatio particularis, quæ sequitur ad ulem, & non uniuersalis. Vt si opponens uolens syllogizare equum habere fissos pedes, proponeret utrum omne quadrupes

K habet fissos pedes, aut aliquod quadrupes habet fissos pedes, danda est particularis. uidelicet. aliquod quadrupes habet fissos pedes. quia ex hac data nō poterit syllogizare equum habere scissos pedes, quia non ualet, aliquod quadrupes habet scissos pedes. Equus est quadrupes ergo equus habet scissos pedes, dicit [Qn̄ uero duobus] .i. duabus interrogationibus [existentibus, cum hæc quidem est] .s. uniuersalis fuerit uera, [alterum ex necessitate esse uidetur] .i. particularis illi subalterna erit uera, [cum uero alterum est] id cū uero particularis est uera [hoc] .i. uniuersalis subalternans [non ex necessitate] .s. erit uera. [interrogato utroque] .i. formata interrogatione per utrum, ut utrum omne quadrupes habeat fissos pedes, aut aliqđ quadrupes habeat fissos pedes? [Oportet dare] atque concedere, [quid minus est] .s. particularem subalternatam, & non ul'em subalternantem. [Nā difficilius]
I immo impossibile est syllogizare [ex pluribus] .i. ex particularibus, quæ sunt plures comparatione habita ad subalternantem, quæ plures continet particulares subalternatas. Hæc expō differt ab illa Alex. quia illa per ul'em, intelligit ul'em terminum, & per particularem, particularem terminum. At Herminius intelligit per ul'em & particularem, ul'em & particularem ꝑpositiones. Et sic locus est perspicuus.

¶Locus nonus.

Si aūt argumentetur, quoniam huic quidē est contrarium, illi aūt non est, si oratio uera sit, contrariū esse est dicendum. At nomen alterius positum non esse.

Hic locus nonus secundum Egidium talis est, si respondens in aliqua disputatione concesserit de aliquibus duobus, qm̄ utrique eorum est aliquod contra-
L rium, & nesciat assignare contrarium uni eorum, dato etiam quod illud non habeat contrarium, debet dicere opponenti, illud habere contrarium. non tn̄ esse nomen positum, & pro tanto nescit illud assignare, Alex. uero non recedendo ab expōne Egidij, declarat hunc locum per exempla, nam in topicis dictum est, si generi datur contrarium, & eius generis speciei necesse est dare contrarium, ut qm̄ uirtus est genus, cui uitium cōtrarium est, ideo fortitudini, quæ est species uirtutis, contraria erit timiditas, quæ est uitij species. Hoc ita se habente, si aliquis monstrauerit cōcordiam non esse genus animæ, qm̄ concordia est contrarium discordię. At animæ, cum sit substantia, non ei aliquid contrarium, Arist. præcipit, ut respondens dicat animæ esse aliquod contrarium, sed non est ipsius
M nomen positum. nam est innominatum, dicit. [Si autem] opponens argumentetur, [qm̄ huic quidem] scilicet concordiæ [est contrarium] scilicet discordia, [illi autem] scilicet animæ [non est] scilicet contrarium, [si oratio uera sit.] nam uerum est substantiæ nihil esse contrarium, [contrarium esse est dicendum] a respondente. [At nomen alterius positum non esse,] & propterea nescit assignare animæ contrarium.

¶Locus decimus.

Quoniam aūt nonnulla eorum, quæ dicuntur plures eum, qui non concedit, falsum dicere aiunt. Aliqua uera non ut quæcunque ambigunt, (utrum.n. corruptibilis, uel immortalis sit anima animalium? non exploratum est multis) in quibus igitur incertū est, quod proponitur utrum ut sententiæ.

Egidius locum hunc non percepit sed asserit Aris. N diuisionem quandam afferre, & errauit, non tn̄ ab ratione, quia textus est mutilatus, & perficitur ab expositoribus græcis, ut ab Alex. & ab Herminio. Ideo locus secundum Alex. est talis, in quibus immanifestū est illud, quod assuetum est dici, non oportet simpl'r respondere ita, aut non sed considerare quonam modo illud uelit interrogans, ut ipse non concedat illud, ut si problema fuerit, utrum, anima mortalis aut immortalis? qm̄ hoc est amphidoxon, hoc est dubiæ opinionis, respice id, quod uult interrogans, & tu da alterum. Nam nullus redarguet dicentem de amphibolis. Arist. ergo dicit, esse nōnulla, quæ uera esse plures opinantur, ut deos esse, hoc.n. dicunt & græci, & barbari, & qui hæc negauerit, plures dicere eum mentiri, quædam autem esse, de quibus sunt opiniones diuersæ, & pro utraque parte rationes, ut utrum anima sit mortalis, an immortalis? Et qui quamuis partem huius de- O
derit, nemo potest dicere eum mentiri, unde dicit. [Qm̄ autem nonnulla eorum, quæ dn̄r,] atque in opinionibus hn̄r, [plures] .s. opinionem auctores, [eū qui non concedit, falsum dicere aiunt,] ut si aliquis dixerit contra eam opinionem, quæ dicit deos esse. nam Protagoram qui deos reuocauit in dubium, non solū mentiri dixerunt Athenienses, sed ab agro Atheniēsi profugarunt. [Aliqua uero non] concedentem, non dicunt mentiri, qm̄ sunt, de quibus sunt opiniones, & rationes pro utraque parte, [ut] sunt subaudi [quæcunque ambigunt.] quorum sunt opiniones, & rationes pro utraque parte, & per exemplum exponit, & dicit. [Vtrum.n. corruptibilis, uel immortalis sit anima animalium? non exploratum est multis,] & pro utraque parte sunt opiniones & rationes, quia hucusque lectio est suspensiua, ideo suspensionem termi- P
nans, dicit. [In quibus igitur incertum est quod proponitur utrum] sit [ut] sunt [sententiæ] .i. utrū sit, ut sunt opiniones, quæ creduntur a pluribus sapientibus, uel sunt subaudi, ut opiniones, quæ habent pro utraque sui parte auctores diuersos, & rationes, cum sic est dubium, non oportet subaudiendum est simpliciter ea concedere uel negare, sed considerare quonā modo illud uelit interrogans, & tu da alterū, nam nullus redarguet dicentē de amphibolis, quāuis partē dixerit. Et quia defecerunt hæc uerba. uidelicet. non oportet simpliciter respōdere, ideo Egidius exposuit suo modo.

Vocant.n. sententias, & ueras opiniones, & totas negationes, ut diameter incommensurabilis est.

Exponit uero nunc, quid uocant sententias, quas Q
græci dicunt γνώμας, & dicit. [Vocant.n. sententias,] non quæ a moralibus dn̄r decreta causarum, sed [& ueras opiniones,] quales (ut Alex. inquit) omnibus apparentes, aut pluribus, aut sapientibus, & his, aut omnibus, aut pluribus, aut maxime notis, de quibus in 1. top. dictum est [aut totas negationes,] & per negationes totas, uniuersales negationes intelligit, ut nulla uoluptas est bonum, uel nulla uirtus est malū. Hæc.n. dn̄r snīæ, qm̄ sunt decreta sapientum, ut deum esse, & cœlum esse rotundum. & nullam uirtutē esse malam. & nullum uitium esse bonum.

¶Locus undecimus.

Insuper de quo uerum dubitatur, transferens quispiam nomina, maxime latebit in illis. Nam quia incertum est utro modo se

hab eat,

A *habeat, uerum, nõ uidebitur sophistice agere. Propterea aũt quia est dubiũ, non uidebitur falsum dicere. nam translatio faciet orationem sine redargutione uideri.*

Egidius locum hunc sic intelligit, si opponens interrogauerit aliquam orationem dubiam, de cuius ueritate Philosophi ad utranque partem opinati sunt, sed respondens ignorauerit eius ueritatem, tunc debet se transferre ad nomina illorum auctorum, qui de ueritate illius habent diuersas opiniones, & debet illos allegare dicendo illi sic dicunt, isti autem sic. Nam per hoc non uidebitur fieri elenchus contra eum. Vt si interrogetur utrum anima sit mortalis aut non? respondens debet dicere, ꝙ secundum Peripateticos sit immortalis, secundum uero Epicureos, mortalis. Sic enim respondendo nunquam poterit redargui. Verum hæc expositio uerbo metaphoræ ualde licentiose utitur, nec apud Arist. memini me legisse hmõi in-
B terpretationem. Alex. uero dicit. in quibus non est uerum certum, sed dubiæ opinionis, respondens transferens nomina. i. resumens nomina ad suum utile, maxime latebit opponentem. Vt si proponatur, utrũ anima ex seipsa mouetur, & ex se mobilis sit, pro utraq; parte habet opiniones, & pro utraque parte æqualr̃ apparet, & mobilis esse ex se & non ex se mobilis. Si igitur respondens fuerit dubius, quia dicere potest ꝙ sic, & quod non, si nomen mobilitatis ad immortalitatem transtulerit, dixeritque animam immortalem esse, non autem, ut tu interrogasti, motam, maxime latebit in illis, monstratur uero animam per hoc quia ex se mobilis est, immortalem esse, mortalem uero per cõtrarium. Nam si non mouetur ex se, nec separatur a corpore. Et si non separatur, mortalis, dicit. [Insuper
C de quo uerum dubitatur,] cum. s. proponitur respondenti, [quispiam]. s. respondens [transferens noĩa] .i. resumens nomina ad suum utile, ut in exemplo patuit. [Maxime latebit in illis] & assignat rationem, & dicit. [Nam quia incertũ est utro modo se habeat, non uidebitur]. s. respondens in respõdendo [sophistice agere] .i. respondere. [Propterea autem quia] quod proponebatur, [est dubium, non uidebitur falsum dicere,] quouis modo subaudi intelligatur, quod dicit. [Nam] ut inquit, [translatio] .i. nominum resumptio in suum utile, [faciet orationem sine redargutione uideri.] Ex ijs patet Alexandrum intellexisse per translationem, resumptionem nominum interrogationis in suum utile. s. ut lateat. Ex quibus colligitur locus ualde utilis, & est talis, cum ignorauerimus responsionem ad interrogationem nobis propositam
D debemus transferre nomina interrogationis ad nomina ignota opponenti. In colluctationibus Patauinis propositum fuit semel, cuidam profitenti metaphysicam, utrum latitudo caliditatis uniformiter, difformiter difformis, sit uniformis, an difformis, respondit, ꝙ ditatem magnitudinis caliditatis æqualiter inæqualr̃ inæqualem esse tm̃ ipsam, & sic euasit ab interrogatione obscura, aut aliter exponit Alex. ipsum transferre. i. translationibus uti, ut si aliquis proponeret utrũ anima sit immortalis. Si respondens ignorauerit responsionem. Vtatur autem translatione & dicat, si anima concordia est uita existens (ut Plato in Phædone fecit) nullo pacto utique fiet discordia, id est mors. Quare si anima uita existens concordia est, omnino mors discordia est, immortalis igitur anima. Sed prima expositio melior est propter uerba, quæ sequuntur. E

¶Locus duodecimus.

Præterea quascunque interrogationes præsenserit aliquis, præinstandum est, & prædicendum. Nam sic maxime interrogantem prohibebit.

Hunc locum sic intelligit Egidius, si respondens, postquam responsionem ad inrerrogationem opponentis assignauit, præuiderit aliquas obiectiones possibiles fieri ab opponente contra solutionem datam, debet tunc opponenti dicere, tu posses sic uel sic obijcere. Sed ille obiectiones friuolæ sunt, & quamuis sic dicendo non soluat obiectiones, tñ prohibet opponentem facere tales obiectiones, quia si faceret eas, uideretur illas mendicare ex respondentis ore, profecto expõ hæc est consona uerbis Arist. & est in usu disputantium plerunque. ¶Alex. autem, dicit. quando F
respondens scierit interrogationes oppon̄etis amphidoxas esse. i. dubias, dubiæq; opinionis, prædicat non sic se habere, ut interrogans proponit, sed potius ecõtrario. Sic. n. faciens, & solumodo dicens non rem se habere, ut tu dicis, sed potius econtrario, impediet interrogantem ad concludendum id, quod uult concludere, dicit. [Præterea quascunque interrogationes] .s. opponentis [præsenserit aliquis]. s. respõdens subaudi amphidoxas esse, atque dubiæ opinionis, [præinstandum est, & prædicendum] dicendo non sic rem se habere, ut tu proponis, sed potius econtrario. [Nam sic]. s. faciens, & solum modo dicens non rem se habere, ut tu dicis. [Maxime interrogantem prohibebit] ad concludendum subaudi id, quod uult concludere. Hæc est expositio Alexandri, quæ bona est, & consona proximo textui. Hactenus de apparente G
solutione.

¶De uera solutione.

Quoniam autem recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, ob quamcunque interrogationem accidat falsum. (Falsus aũt syllogismus dicitur dupliciter, nam aut si syllogizatũ est falsum, aut si cũ non est syllogismus, uidetur esse syllogismus) erit & quæ nunc dicta est solutio, & apparentis syllogismi, ob quam uidetur esse interrogationum correctio. Quare contingit orationes syllogizantes quidem interimere. Apparentes autem diuidentẽ soluere.

Cum Arist. intenderit redire ad tradendum nobis rectam methodum, qua paralogismos omnes, atque omnes sophisticos elenchos soluere ualeamus, siue per æquiuocationem, siue per amphiboliam fuerint, aut secundum alium quendam modum eorum, qui enumerati sunt in primo libro, nunc primo præmittit de- H
finitionem rectæ solutionis, & dicit. [Qm̃ autẽ recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, ob quamcunque interrogationem accidat falsum,] & Egidius exponit. i. quocunque modo accidat falsum. quæ expõ mirabilis est, quia intelligere interrogationem ꝓ modo, mihi mirabile uı̃. Melius ergo exponamus ob quã cunque interrogationem. i. siue simplicem, siue multiplicem, siue syllogisticam, siue a syllogisticam, nam syllogismus sophisticus peccans in materia, fit ex interrogationibus simplicibus falsis, apparentibus tamen, uel ex falsis, quæ apparent tibi uel respondenti probabiles. Syllš uero sophisticus peccans in forma, fit ex interrogationibus multiplicibus. quæ apparent simplices, uel ex a syllogisticis, ut ex particularibus, uel

K indefinitis, quæ apparent uñes, uel ex duabus affirmatiuis in secunda figura, uel ex duabus negatiuis in quauis figura, quæ idiotis, & imperitis apparent syllogisticæ. ergo per quamcũque interrogationem intellexit Arist. quouis modo factam. s. uel simplicem, uel multiplicem, a syllogisticam, uel syllogisticam. Quare recta solutio erit manifestatio falsitatis, quæ accidit in sylľo, ob quamcunque interrogationem accidere poterit, hoc est primum, quod sumit Arist. & uerba legenda sunt suspensiue usque ibi[erit & quę nũc dicta est.] Secundo præmittit diuisionem falsi syllogismi, declarando quot modis dr̃ falsus sylľs, & dicit. [Falsus aũt sylľs.] qui & sophisticus est (ut Alex. exponit.) [dr̃ dupliciter, nam aut si syllogizatum est falsum] & hic dr̃ peccans in materia hñs propões falsas, & improbabiles, apparentes tñ respondenti, alioquin non diceretur sophisticus, [aut si, cum non est sylľs, uidet esse sylľs.] & hic dr̃ peccans in forma, & a syllogisticus, lur tñ sylľs idiotis, atque imperitis, alioquin non esset sophisticus. Posset addi tertius ex his compositus, quem Arist. tacuit, quia exposuit extrema, ex quibus cõstat, & sic pro solutione syllogismi, qui peccat in materia, oportet destruere unam propositarum propõnum, ex qua principaliter sequitur falsum. Aut si opus fuerit, oportet destruere omnes, sed magis maiorem ut sępius diximus, & sic soluetur ipse, ut si fuerit sylľs, omne animal lapis, omnis homo animal, igitur omnis homo lapis. Sed pro solutione sophistici syllogismi, q peccat in forma, oportet destruere illud, ex quo accidit sylľo falsitas, ut si fuerit ex propõnibus ueris, sed ambabus affirmatiuis in secunda figura, hoiem equũ esse concludentibus, aut ex duabus negatiuis in prima, & in alijs omnibus, aut ex ambabus particularibus, et in quauis figura, aut quia æquiuoca, uel amphibola sunt interrogata, aut quia aliquod tale est. Vnumquodque .n. horum destruere oportet, si fuerit in causa tunc terminans suspensionem, dicit. [Erit & quæ nunc dicta est] .s. recta[solutio, & apparentis syllogismi] .s. peccantis in forma, subaudi illa, [ob quam ur̃ esse interrogationum correctio,] ut si fuerit falsitas, quia sylľs est ex particularibus interrogationibus, erit huius correctio. Si uero falsitas fuerit, quia in secunda figura ex duabus affirmatiuis, erit correctio huius, & sic de cæteris dicendum, sed quia non dixit soľonem, nisi syllogismi sophistici, qui peccat in forma, statim subdit solutionem utriusque, & dicit. [quare contingit orationes] .i. syllogismos [syllogizantes] .s. qui non peccant in forma, sed in materia[interimere] & dñr hmõi syllogismi interimi, cum interimuntur propositiones, ex quibus constant. [apparentes autem diuidentem soluere] .i. resoluere eos (ut Alex. exponit) ad propositiones, & respicere quonam modo acceptę sunt, utrum affirmatiuæ ambæ, uel negatiuæ, particulares, aut indefinitæ, & utrum æquiuocæ sunt interrogationes, aut secundũ alium quendã modũ eorum, ex quibus paralogismi fiunt. Hæc generatim de rectis solutionibus.

Rursum quoniam syllogizantium orationum, hæ quidem ueram, illæ autem falsam habent conclusionem? eas quidem, quæ secundum conclusionem sunt falsæ, duobus modis contingit soluere. Tum quia interimitur aliquid eorum, quæ interrogata sunt. Tũ etiam, quia ostenditur conclusio non sic se habere. Eas autem, quæ N *secũdum propositiones, quoniam interimitur quiddam solum, nã conclusio uera est.*

Cum egisset de recta solutione tam eorum sylľorũ qui peccant in materia, quam eorũ, qui peccãt in forma generatim, nunc speciatim docet soluere eum, qui custodit figuram, non autem materiam. Et primo pręmittit distõnem, & dicit. [Rursum qm̃ syllogizantiũ orationum, hæ quidem ueram habent conclusionẽ,] ut hic, omnis homo lapis, omnis lapis animal igitur omnis homo animal. [illæ autem falsam] subaudi hñt conclusionem, ut omnis margarita lapis, omnis lapis animal. igitur omnis margarita animal, uel sic, omnis margarita lapis, omnis lapis equus. igitur omnis margarita equus. Deinde terminando suspensionem docet soluere, & dicit. [Eas quidem] .s. orationes syllogisticas, [quæ secundum cõclusionem sunt falsæ, duobus modis contingit soluere.] nam cum sunt etiam O fasæ secundum interrogationes contingit soluere[tũ quia interimitur aliquid eorũ, quę interrogata sunt,] & est primus modus soluendi. [tum etiam, quia ostenditur conclusio non sic se habere,] & cum conclusio non sic se habet, sequitur, ut propõnes omnes, aut altera non sic se habet, & hic est secundus modus soluẽdi. [eas autem quæ secundum propositiones sunt falsæ, secundum conclusionem autem ueræ (nam ex falsis quandoque uerum) contingit soluere, [quoniam interimitur quiddam solum] .s. ambæ, uel altera propositio, non autem conclusio, quippe cum conclusio sit uera.

Quare uolentibus soluere orationem primum quidem inspiciendum, si syllogizat, aut non syllogizat. Deinde utrum uera sit conclusio, aut non uera, quatenus uel diuidentes, uel interimentes soluamus. Et iterum interimentes, hoc uel illo modo, quẽadmodũ dictum est prius. P

Cum hæc dixisset de solutionibus generatim, nũc epilogat omnia, quæ dixit sub quadam breuitate, & dicit. [Quare uolentibus soluere orationem] .s. sophisticam, [primum quidem] est considerandum atque [inspiciendum, si syllogizat] .i. si non peccauerit in forma, sed solum in materia, [aut non syllogizat] .i. aut peccauerit in forma. [Deinde] si non peccauerit in forma, sed in materia, inspiciendum est [utrum uera sit conclusio,] & subaudi propõnes falsæ, [aut non uera, & nec propõnes ueræ, [quatenus uel diuidentes soluamus] .i. resoluentes ad propõnes, soluamus. ut dictum est. [uel interimentes soluamus, & iterum interimentes] soluamus[hoc modo] interimentes conclusionem, & propõnes, [uel illo] .s. interimẽtes propõnes solum, [quemadmodum dictum est.] Q hæc de epilogo. ¶ Quæritur hic quonam pacto soluãtur consequentiæ sophisticæ, & utrum ad hanc consequentiam homo est. ergo animal est, sic respondendũ simpliciter per cõcedo, uel nego, & sicuti dico de hac consequentia ita quæri poterit de omni consequẽtia mundi. Arist. nullibi, ut mihi uidetur, docuit artẽ soluendi consequentias sophisticas, nec respondendi ad consequentias. Bene tñ docuit secundo priorum artẽ reducendi consequentiam, quæ est enthymema uel exemplum, uel inductio, ad sylľm, sed artem, qua soluantur sophisticæ consequentiæ, uel qua rñdendũ est ad consequentias, quæ non sunt enthymemata, uel exempla, uel inductiones, nullibi docuisse uidimus. Et ideo puto Peripatetice sentiendo, ad eas cõsequẽtias,

De consequentijs.


A tias,quæ ad syll'm reduci non possunt,non esse respõdendum per affirmationem uel negationem consequentiæ, sed dubitando consequentiam, & negando argumentationem. Dubitando consequentiam quidem,quia donec fuerit conuersa ad syll'm,nullus poterit esse certus de illius necessitate,negando uero argumentationem,quia cum ex uno nihil sequatur, semp donec ad syll'm conuertatur,neganda est argumentatio, negare.n.argm̃ est dicere,ꝙ consequentia nec sit exemplum,nec inductio,nec enthymema,nec syll's,uel melius negare argm̃ est dicere ꝙ consequentia,nec sit syll's,nec ad syll'm reducibilis, qua ratione fit ut in omni consequentia tali,,fit fallacia ignorantiæ elenchi quemadmodum in omni oratione ex utraque negatiua, uel ex utraque affirmatiua in secunda figura,uel ex puris particularibus. Sed dices consequẽtiæ utiles,
B probantur per hoc,quia oppositum consequentis repugnat antecedenti. Sed hæc probatio est ul'is tam consequentijs, quæ ad syll'm conuerti possunt, quam consequentijs, quæ ad syll'm conuerti non possunt. ergo ad consequentias utiles respondendum est, per concedo,ad inutiles autem,per nego. uerbi gratia. si fiat hæc consequentia.niphus est Philosophus, & niphus est uenator.igitur niphus est uenator. Hæc hr̃ utilis, quia argm̃ est a tota copulatiua ad alteram eius partem;modo hæc consequentia concedenda est,quia oppositum consequentis repugnat antecedenti, ut patet considerãti.Dico,ut superius dixi, ad consequẽtiam esse respondendum per concedo uel nego, qñ reducibilis est ad syll'm,& talis est hæc,nam sic reducitur.omne quod est Philosophus,& est uenator,est uenator.niphus est Philosophus,& est uenator. igit̃ est
C uenator. Verum si aliqua consequentia esse,quæ nullo pacto posset reduci ad syll'm, hæc non poterit esse utilis,qm̃ oppositum consequentis nunquam dicitur repugnare antecedenti,nisi ex ipso,cum altera propositionum inferatur oppositum alterius, quod fieri nõ potest in consequentia asyllogistica.i. quæ non põt reduci ad syll'm. Quare ad omnem consequentiã mũdi respondendum est negando argm̃, quia peccat per ignorantiam elenchi, & dubitando consequentiam. donec non fuerit ad syll'm reducta. nam postquam in syll'm erit uersa,ad consequentiam respondendum est per concedo,uel nego, ad propõnes uero & ad cõclusionem respondẽdum est secundum r'am hic traditã. Et cum dr̃ oppositum consequentis repugnat antecedenti,dicendum non esse uerum,nisi ex ipso cum altera propõne inferatur oppositum alterius, quod non
D fit in tali casu.Et si dicitur tunc oppositum consequẽtis repugnat antecedenti,cum ex antecedente, & opposito consequentis fit una copulatiua,ex partibus incomposibilibus,dicerem peripatetice sentiendo, hoc non esse bene dictum.Nam nec Arist.nec Alexã. nec aliquis expositor ex grçcis,hoc aliqñ dixit.Sed est maxima neotericorum. Præterea dicerem hãc partium incomposibilitatem cognosci non posse, nisi ex opposito consequentis cum altera propõnum, infertur oppositum alterius. Insuper dicerem oppositum cõsequentis repugnare antecedenti,& fieri copulatiuam ex opposito consequentis,& ipso antecedente, idem esse, ideo qui probat oppositum consequentis repugnare antecedenti,ꝑpea quia ex opposito consequentis,& antecedente fit copulatiua ex partibus incomposibilibus,petit principium,quia sumit idem ad ꝓbationem eiusdem. Quare cũ proponitur consequentia,quæ est exemplum uel enthymema uel inductio, neganda est consequentia,uel concedenda.Cum uero proponitur consequentia,quæ nihil horum est,dupl'r potest responderi,& negãdo illam esse argm̃,qm̃ peccat per fallaciam ignorantiæ elenchi, & dubitando illam esse utilem,quia nisi posit ad syll'm reduci, semp est a syllogistica, hoc pacto respondendo, nunquam respondens poterit redargui,quia redargutio non fit, nisi cum sumitur oppositum consequentis,cum altera propositionum,& infertur oppositum alterius. At cum in consequentia asyllogistica hoc fieri non possit,ideo respondens nunquam poterit redargui. Inuentum igitur consequentiarum fuit causa, ut rueret uniuersa logica Peripatetica,& ideo si uis esse Peripateticus,opus est, ut huiusmodi consequentias credas nugas esse. E F

Differt autem plurimum & interrogatam & non, soluere orationem. Nam præuidere quidem, difficile est. Per ocium autem uidere, facile. ꝑ otiũ κατὰ σχολὴν per uacatio nẽ tpis ꝑ actũ tpis

Cum docuisset soluere paralogismos peccantes in materia,nunc uult docere solutionem syllogismorũ, qui peccant in forma, & primo præmittit quandam dr̃iam inter solutionem,quæ fit ad interrogatam orationem,& solutionem, quæ fit ad non interrogatam orationem, & hanc dr̃iam præmittit ex parte respondentis,nam ad non interrogatam orationem, ex quo fit per ocium,& per nos ipsos accipientes, & considerantes syll'm,facile est respondere. Ad interrogatam uero,ex quo fit per promptam prouisionem,quæ nõ facilis est,difficile est respondere. Et qm̃ subaudi tu, in hoc traditur ars soluendi ad interrogatam orationem,in primo uero soluendi ad non interrogatã, ideo hic secundus non erit inutilis,nam docebit nos soluere prompte, & cito. de hoc satis dictum est prius, unde dicit. Differt autem plurimum, & interrogatã, & non interrogatam soluere orationem,]interrogata oratio est syll's, qui fit nobis ab opponente per intertogationes, qui autẽ fit per interrogationes factas per nos,dicitur oratio non interrogata. Assignat causam,& dicit.[Nam præuidere] i.in promptu considerare responsionem (quod facere debemus, cum ad interrogatam respondemus orationem.) [Difficile est,per ocium autem uidere] .s.responsionem ad nõ interrogatam orationem.(quod fit cum per nos metipsos facimus interrogationes,& syll'm ex illis,)[facile est.] Quare non erit inutilis præsens liber,qui docet soluere interrogatas orões,nam primus docuit soluere non interrogatas. G H

Earum igitur, quæ propter æquiuocationem, & amphiboliam redargutionum, sunt. Aliæ quidem habent aliquam interrogationem plura significantem, aliæ autem conclusionem multipliciter dictam, ut in ea quidem, quæ est silentem dicere, conclusio est duplex. In ea uero, quæ est non conscire scientem, tot in hoc, sciens dicere, uel agere, & illud conscit, quod dicit, uel agit. Hic autem scit dicere iambica. Hic igitur conscit & iambica, una interrogationũ amphibola est. silentẽ σιγῶντα silẽtia, σιγῶντα

K



Cum præmisisset hmõi dñam, nunc docet soluere, uerum antequam doceat soluere, præmittit quasdam
I distõnes, & dicit. [Earum igitur redargutionum, quæ sunt pp æquiuocationem, & amphiboliam, aliæ quidẽ habent aliquam interrogationem, plura significantẽ, aliæ autem conclusionem multipliciter dictam,] & hoc dicit quantum ad amphiboliam, quantum uero ad æquiuocationem, hoc intelligendum est de nomine. Nam redargutionum, quæ sunt per æquiuocationem, aliȩ hñt nomen multiplex in interrogationibus, aliæ uero in conclusione, ut subaudit Alex. Deinde assignat duo exempla earum redargutionum, quæ peccant per amphiboliam, alterum ubi conclusio est multiplex, alterum, ubi interrogatio est multiplex. de primo dicit. [Vt in ea quidem] redargutione, [quæ est silentem dicere, conclusio est duplex.] At paralogismus est, quemcunque contingit dicere, contingit loq; silentem contingit dicere. igitur silentem cõtingit lo-
L qui. ¶ Quo uero ad exemplum attinet, silentem græce est σιγῶντα, modo hoc uerbum tutius intelligitur de silente, quam de tacente, tacens. n. opponitur loquenti, ideo non tacet, nisi qui loquitur. At silens cõius est, quippe cum res inanimatȩ etiam dicantur silere, ut apud illud poetæ, equora tuta silent. & animatæ etiam ut apud illud eiusdẽ, silent, arrectisque auribus astant. Quod autem huius paralogismi conclusio sit duplex, patet, quia hæc conclusio contingit silentem loqui, est duplex, prout dupliciter intelligi potest illa oratio silentem loqui, qm̃ potest intelligi ut silens loquat̃, aut ut de silente aliquis loquatur. ¶ Sed queret quispiam,
Dubiũ. quonam modo in primo libro dixerat in hoc paralogismo, qui concludit silentem loqui, causam deceptionis esse in interrogationibus, utputa in ipsa minore, q̃ est silentem contingit dicere, nam potest intelligi, ꝙ
M silens dicat, & ꝙ silens dicatur ab aliquo. Hic autem dicit duplicitatem esse in conclusione. ¶ Soluit Alex. &
Solut. meo iudicio satis diligẽter, qm̃ (ut inquit) in aliquibus paralogismis conclusio peccat, ceu aliqua propõnum, ut in hoc paralogismo conclusio est multiplex sicuti minor. igitur quod dixit de cõclusione noluit esse negandũ de altera interrogatione. Deinde assignat exẽplum de secundo, & dicit. [In ea uero redargutione, quæ est] in rei ueritate [non conscire scientem,] sed accipit conscire scientem, subaudi [una interrogationum amphibola est] & assignat sophisma, & dicit. [Vt in hoc, sciens dicere, uel agere, & illud conscit, qđ dicit, uel agit.] Hæc est maior, [hic autem scit dicere iambica] puta puer, uel idiota, [hic igitur conscit iambica.] hoc autem falsum est, quia puer, & idiota ignorat iambica. Nam licet scierit dicere iambica, non conscit ea, quæ per ipsa significantur. nam nihil prohibet memoriter dicta scire, & sine libro proferre, atque pnuntiare, ignorare uero ea, quȩ per ipsa significantur. Hæc sunt exempla earum redargutionum, quæ sunt per amphiboliam, quorum alterum habet duplex in propõnibus, & cõclusione. Alterum in propõne tm̃, nam in hoc ultimo exemplo, maior est duplex. Scientem. n. dicere aut facere aliqua conscire, quæ dicit, aut facit, dupliciter est, aut habere eandem scientiam significationum, aut dictionum, quæ dicit, aut facit. Modo qui scit dicere aliqua, ut iambica, conscit iambica, quo ad dictiones, non autem quo ad significata. At conclo intelligitur solum quo ad significata. Qui. n. scit dicere iambica, non conscit iambica, dico non conscit iambica, quo ad significata, & simul cum auctore iambicorum. Nam auctor scit significata, qui uero scit dicere iambica, scit uerba referre, nõ aũt conscit cũ auctore significata. ¶ Quo uero ad lectionem attinet, exemplũ, qđ incipit, ut in hoc sciens dicere, nõ reperit in translationibus ueteribus, tñ Alex. habet in suo codice, & est necessarium. N O

Et duplex quidem quandoque est ens, quandoque autem non est ens, & quandoque significat duplex, hoc quidem ens, illud uero non ens.

Hic secundum Egidium assignat secundam diuisionẽ, quæ sic intelligitur ꝙ duplex siue multiplex tam pp æquiuocationem q̃ pp amphiboliam. [Quandoq; quidem est ens] .i. in utroque sensu est uerum. [Qñq; autem non est ens] .i. in utroque sensu falsum. [Et quandoque significat duplex] siue multiplex, siue sit in æquiuocatione, siue in amphibolia, [hoc quidem ens] id in uno sensu uerum, [illud uero non.] id est in altero autem falsum. Exemplum primi & in æquiuocatione omnis canis est substantia. Exemplum secũdi, omnis canis calorem efficit. in amphibolia uero, contingit Platonem dicere, in utroque sensu est uerum. At contingit silentem dicere. solũ in altero sensu. Hæc expõ placet, & si recte percepi, Herminius sic hunc locum exposuit. Alex. uero legit sic [& duplex quidem quandoque est ens] uerum. s. in compositione, [quandoque autem non est ens] falsum. s. in diuisione, aut ecõtrario, aut sic. [duplex quidem quandoque quidem est ens] s. in interrogationibus. & conclusione, ut in quibusdam paralogismis æquiuocationis, & amphiboliæ, [quandoque uero non est ens] quia est in cõclusione, & non in propõnibus, dictum est. n. differre paralogismos æquiuocationis, et amphiboliæ, ꝙ paralogismi ȩquiuocationis semper habeant duplex & in interrogationibus & in noĩbus, in paralogismis uero amphiboliæ, nõ semper, aut tertio dici potest, [& duplex quidẽ quandoq; est ens] & uerum, [quandoque autem non ens,] sed falsum. In hoc. n. est uerum sciẽs dicere, & illud cõscit dicere, in puero autem atque idiota est falsum, & hoc subdit [&] pro. i. [quandoq; duplex significat hoc quidem ens] & uerum, [illud uero non ens] & falsum, ut sit secundum expositionem primi. P Q

Quibuscunque igitur in fine est multiplex, nisi prius sumpserit contradictionem, non fiet redargutio. ut in eo, quod est cæcum uidere. Nam sine contradictione non fiet redargutio. Quibuscunque uero in interrogationibus, nõ necesse est prænegare, quod duplex est, nam non ad hoc, sed propter hoc fit oratio.

Hic

A Hic tertio sumit secundum Egidium in quibus, & quando per paralogismos fit redargutio,& in quibus, & quando non,& quoniam hoc tertium quasi ex ijs, quæ dixerat,deduci potest,dicit. [Quibuscunque igitur.s.paralogismis in fine] i.in conclusione [est multiplex,]ut uel secundum æquiuocationem,uel amphiboliam, [non fiet redargutio,nisi] opponens [prius sumpserit contradictionem] conclusionis.id est nisi prius conclusio illa fuerit negata, & contradictorium illius concessum. [ut in eo, quod est cæcum uidere] id est,ut in eo paralogismo, qui paralogizat cæcū uidere,non poterit redargutio accidere,nisi respondens det oppositum,& dicat nullum cæcum uidere. Nam si hoc dabit respondens, syllogizabimus, nonne cæcum uides, ita. & quid quando cæcum uides, nonne cæcum est uidere,ita. Est igitur cæcum uidere. In con
B clusione itaque huius paralogismi est duplicitas, non tamen fieri poterit redargutio, nisi respondens det oppositum conclusionis. [nam sine contradictione] id est nam sine eo, quod est dari a respondente contradictorium conclusionis,[non fiet redargutio.] Deinde exponit in quibus,& quando non fiet redargutio,& dicit. [Quibuscunque uero] .s.paralogismis, [in interrogationibus.] in propositionibus fuerit multiplex, [non necesse est prænegare,quod duplex est.] id est non necesse est,ut a respondente opponens sumat contradictoriū illius interrogationis multiplicis. [Nam non ad hoc] scilicet ad interrogationem multiplicem. [Sed propter hoc.] id est sed propter ipsam [fit oratio.] id est redargutio,& dixit non necesse est, ut opponens sumat contradictorium interrogationis a respondente, quia non nisi
C quando respondens negasset interrogationem, nam tunc oportebit eam per aliquem syllogismum concludere, quo in casu non erit amplius interrogatio, sed conclusio. Quare per se loquendo non fit redargutio, nisi prius negetur conclusio, deturque illius oppositum. Per accidens autem fieri potest redargutio, cum negatur propositio, quia tunc uersa erit in rationem conclusionis. Erit igitur suppositio tertia secundum hanc expositionem, quod non posit fieri elenchus,conclusione existente multiplici,nisi detur a respondente oppositum conclusionis. Hæc expositio Egidij pulchra est, nec ab ea (ut mihi uidetur) discedit Herminius uir doctissimus. Nolo tamen præterire expositiones Alexandri, quia etiam ipse est inter Peripateticos summus Aristotelis expositor. Alexander itaque asserit id, quod Aristoteles
D hic dicit,esse manifestum per ea, quæ secundo priorū dicit eo capite,in quo loquitur de syllogismis ex oppositis,textu illo, (oportet autem considerare, quoniam sic quidem) iuxta itaque ea,quæ ibi dicit Arist. legit uerba, [quibuscunque igitur] scilicet orationibus[in fine].i.in conclusione conclusionem.n.dixit finem)[est multiplex,] exponit Alex.i contradictio, ut in hac conclusione omnis homo est albus,& nō albus. [non fiet redargutio].i.oratio contraria concludens[nisi prius sumpserit contradictionem] .s.in maiore hoc pacto,omne animal est album,& non album omnis homo est animal. igitur omnis homo est albus & non albus. [ut in eo quod est cæcum uidere.] nam sic syllogizabimus, omne priuatum uisu est uidere & non uidere. omne cæcum est priuatum uisu. igitur omne cæcum est uidere, & non uidere. Et reddit causam,quam secundo priorum.ubi supra assignauit. & dicit. [Nam sine contradictione non fiet redargutio]id est nam nisi in maiore addatur contradictio, non fiet redargutio id est syllogismus concludens contradictionem in conclusione. [In quibuscunque uero interrogationibus nō necesse est prænegare, quod duplex est] id est in quibuscunque syllogismorum interrogationibus, id est propositionibus,non ponitur contradictio, subaudiendum non erit concludere conclusionem in qua est contradictio [Nam nō ad hoc] scilicet ad interrogationes, [sed propter hoc] .s. pp interrogationem fit sylls concludens contradictionē, & ita si in conclusione erit contradictio,oportet ut in propositionibus illa reperiatur,alioquin nunquā fiet syllogismus concludens contradictionem. & tunc iuxta hanc expositionem tertia assumptio erit ꝙ nunq̄ poterit syllogizari contradictio in cōclusione,nisi cōtradictio sumatur in interrogationibus profecto hæc expō esset cōueniens, si Arist. uteretur hac suppōne in suo processu,sed qm̄ nunquam Aristot. utitur hac suppōne sic intellecta in hoc processu,ideo uidet͛ non conuenire uerbis Arist.ppea Alex.aliter exponit, & quidem magis consone uerbis Arist. uolens ꝙ Arist. doceat respondere ad multiplex, quando est in conclusione, deinde ꝙ doceat respondere ad multiplex, quando est in propositionibus.& legit sic. [Quibuscunque igitur] .s.orationibus [in fine] .i.conclusione [est multiplex].i.amphibologia,amphibologiam enim dixit multiplex,[nisi prius sumpserit contradictionem] .i.nisi prius opponens sumpserit a respondente oppositum contradictorium illius amphibologicæ conclusionis, [non fiet redargutio] id est non erit manifestum si respondens redarguitur per quæ induit ad tale multiplex non esse respondendum simpliciter dando contradictorium, quia sic fiet redargutio. Sed per distinctionem hoc exponit exemplo, & dicit. [Vt in eo multiplici quod est cæcum uidere, hoc n.amphibolum est,qm̄ significat, aut ꝙ cæcus uideat,aut ꝙ uidens uideat cæcum, fit igitur paralogismus.utrum est cæcum uidere, non oportet dicere ut fiat redargutio, & quid quando cæcum uides, nonne contingit cæcum uidere,ita. Est igitur cæcum uidere, nisi itaque dedisset respondens, cæcum non uidere, non esset factus elenchus. Ergo cum conclusio fuerit multiplex non est simpliciter neganda,& cōtradictorium illius simpliciter cōcedendum, quia sic fiet redargutio.sed est distinguēda, deinde ostendit hoc nō esse necessarium in interrogationibus,& dicit. [Quibuscunque uero].s.orationibus [in interrogationibus] .i.in propōnibus est multiplex,[non necesse est pnegare qđ duplex est]in talibus ppōnibus nisi cum uerterent͛ in rōnem conclusionū, [nā non ad hoc] .i.ad ppōnes fit redargutio,nisi uertant͛ in conclōnes, [sed pp hoc].i.pp has ppōnes, [fit oratio.] .i.redargutio contra oppositum, quod datum est in conclusione. Hæc expō utilis est. Per hanc.n. perspicuum erit,non esse simpliciter respondendum ad multiplex existens in conclusione,nec simpliciter negando,nec simpl'r affirmando,quia fieri poterit redargutio, sed multiplex distinguendo.

In principio aūt ad duplex,& nomen,& oratione,sic respondendum,quoniam est quidem ut sic,est autem, ut non.

I Cum dixisset quõ non oportet respõdere ad multiplex in conclusione, nunc docet respondere ad multiplex, qñ est in propõnibus, & dicit. [In principio autem] .i. propositionibus, cũ fuerit multiplex, siue duplex, [& nomen, & orationem] .i. siue illud duplex sit in nomine, siue in oratione, nõ respondendũ est simpliciter, aut concedendo, aut simpliciter negando, sed [sic respondendum,] per distõnem, [qm̃ est quidem, ut sic, est autem, ut non.] Ex quo patet non bene Egidium exposuisse, qui dixit Arist. hic docere soluere, cum multiplex est in conclusione. Nam per principium non potest intelligere conclusionem, superius. n. per finem intellexit conclusionẽ. ergo nunc per principium debet intelligere ꝓpões, nec iniuria, nã ꝓpõ est principium oĩs demr̃onis. Dicit aũt Alex.

K sic, qñ in principio. i. in ꝓpõne, aut ad nomen, aut ad orõnẽ fuerit multiplex, nõ oportet illico sil' cum interrogatione concludere ipsam conclusionẽ, & ipsam cõcedere, sed dicere, [qm̃ est quidem ut sic] .s. aliquo modo. [Est autem ut non] .s. aliquo modo nõ, & sic induit Alex. ut sit distinguenda, & propositio, & conclusio simul.

Vt de eo, quod est silentem dicere, quoniam est, ut sic, est autẽ, ut non. Et quæ expediunt, agendum, est quidem quæ sic, est autẽ, quæ non. Nam expedientia dicuntur multipliciter.

contingit loqui — contingit dicere — silentem

quecũq;

L

agendum — expedientia utilia — mala

quæcũq;

Cum dixisset ad multiplex existẽs in propõnibus non esse simpliciter respondendũ, sed per distõnẽ soluendũ, hoc exponit p exẽpla, quorũ primũ est in amphibologia, & dicit. [Vt de eo qđ est silẽtẽ dicere,] nã in hoc paralogismo est multiplex tã in minore q̃

ra, tunc non alijs a tribus, utputa, nec quatuor, nec qn
que duo essent pauciora. ¶Pro solutione sit hæc re-
gula, omnis oratio in qua ponuntur duo syncategore
mata seipsa attingentia, est distinguenda per secundū
amphiboliæ modū. ut hæc, solis tribus sola duo sunt
pauciora. Hæc. n. oratio principaliter significat ꝙ tri-
bus sola duo sint pauciora. & nullis nō tribus sola duo
sint pauciora. Causa est, quia a primo termino sumi-
tur, & propōnis interpretatio, & principalis sensus.
Secundarie atque transumptiue significare potest ꝙ
solis tribus duo sint pauciora, & nullis alijs, & hic sen
sus est secundarius. non enim ille terminus sola duo F
est primus terminus, quo sit, ut sophisma uerū sit in
principali sensu. in secūdario uero falsum. ¶Iterum Sop.9.
iuxta eundem modū quæritur de hoc sophismate ni
phus bis obseruauit omnē stellam præter Helionorā.
quod sic probatur, ponendo quod niphus obseruaue
rit semel omnem stellā, & semel omnem excepta He-
lionora. Tunc patet sophisma, quia niphus bis obser
uauit omnem stellam non obseruando Helionoram
bis, sed semel igitur niphus bis obseruauit omnē stel-
lam præter Helionoram. Improbatur uero, quia si ni
phus bis obseruauit omnem stellā præter Helionorā,
tunc sola instantia est de Helionora. igitur facta exce-
ptione, niphus bis non obseruauit Helionorā. ¶Pro
solutione est hæc regula, oīs oratio in qua ponitur ali
quod aduerbium numeri, & aliquod uerbū, quod re-
git post se proprium casum cum aliqua determinatio
ne est multiplex per secundum amphibolię modum, G
qm̄ alterum primarie, alterum secūdarie significat, ut
hæc niphus bis obseruauit omnem stellā præter He-
lionoram. Vnus quidem sensus est, quod niphus ob-
seruauerit omnem stellam bis, & nunq̄ Helionoram.
Et hic est primarius sensus, qm̄ illud uerbum obserua
uerit debet transire supra totum sequens, hoc est tam
supra casuale, q̄ supra determinatione sui casus. Alius
uero quod niphus obseruauerit bis omnem stellam
præter Helionoram, quam bis non obseruauit, sed se-
mel. & sic uerbum non transit supra totum sequens
per uirtutem illius aduerbij bis. Quare casu ipso posi
to, sophisma erit uerum in secundario sensu, falsum
aūt in primario, & sic diluuntur rationes. ¶Rursum So. 10
quæritur de hoc, utrum si nullum tempus est, aliquod
tempus sit? quod sic probatur, quia si nullum tēpus H
est, dies non est, & si dies non est, nox est, & si nox est,
aliquod tempus est. igitur a primo ad ultimum, si nul
lum tempus est, aliquod tempus est. Improbatur ue-
ro, quia ex sophismate significatur oppositum. igitur
est impossibile. ¶Simili ratione quæritur de hoc, si So.11
nulla propositio est uera, aliqua propositio sit uera?
quod sic probatur, quia si nulla propositio est uera,
hęc propositio, niphus amat Quintiam non erit uera,
& si hęc, niphus amat Quintiam, non est uera, illius cō
tradictoria erit uera, & si cōtradictoria illius est uera,
aliqua propō est uera. igitur a primo ad ultimum. si
nulla propō est uera, aliqua propositio est uera. Im-
probatur autem, quia sophisma implicat cōtradictio-
nem. igitur est impossibile. ¶Pro solōne sit hæc re-

K gula,omnis conditionalis cuius antecedens, & consequens sunt negatiua est multiplex per hunc secundũ modum,ut hæc,si nullum tempus est,dies non est. nã unus sensus est,ꝙ dies non sit, quia nullũ tempus simpliciter non est. Et hic est primarius sensus . & iuxta hunc sensum negatur illa,si dies non est,nox est, quia diem non esse dicebamus per hoc,quia nullum omnino tempus erat,& ita consequentia nulla. Alius sensus esse potest,ꝙ dies non sit præsupposita constantia temporis. & hoc pacto sequitur,dies non est,igit̃ nox est. Nam si dies non est,& est aliquod tẽpus,erit nox, quippe cum omne tempus,uel dies,uel nox,per idem ad aliud,nam illius unus sensus est. Si nulla propõ est uera,nec illa,niphus amat Quintiam erit uera,cũ nulla propõ supponatur uera. Alius sensus est,supponendo constantiam propõnis ueræ, & tunc conceditˀ, sed

I non sequitur ad añs,quia si nulla propositio est uera. nec illa est uera,quia illa non est, nec eius contradictoria,cum nulla(ut dixi)supponatur uera , q̃m nec illa ,

So.12. nec eius contradictoria est . ¶ Iterum iuxta hunc modum quæritur de illo sophismate,tu non potes uere negare te non esse equum. probatur,tu non potes uere negare necessarium,te non esse equum est necessarium . igitur tu non potes uere negare te non esse equum. Improbatur quia si tu non potes uere negare te non esse equum. tu non potes uere negare,ꝙ nõ sis equus,& si non potes uere negare ꝙ non sis equus non potes uere negare quin sis equus, q̃m ꝙ non , & quin æquipollent.igitur tu es equus ¶ Pro solutione sit hæc regula,omnis oratio,in qua ponitur illa particula quod non,& simile est amphibologia per secundum modum,q̃m uno modo potest quod non æqui-

L pollere ad ipsum quin. Alio modo reddere significatum propõnis,ut si diceretur,uerum est ꝙ homo non sit equus,proprius sensus est,ꝙ significatum huius,ꝑpositionis homo non est equus sit uerum. Sensus aũt secundarius est,uerum est,quin homo sit equus,& hic est falsus,quia uerum esse potest,siue homo sit equus , siue homo non sit equus,tunc concedo sophisma, ut ratio probat. Ad improbationem dico consequentiã ualere,quatenus illa dictio quod non accipitur pro significato illius propositionis, tu non es equus , q̃m si tu non es equus,uerum est ꝙ tu non sis equus. & tũc ualet , tu non potes uere negare te non esse equum , igitur non potes uere negare illam propositionẽ tu non es equus uel significatum illius. At in sensu secũdario negatur consequentia.non enim ualet , tu non potes uere negare te non esse equum,igitur tu nõ po

M tes uere negare,quin sis equus, quod est illius secũdarius sensus,nam siue sis equus,siue non, semper potes aliquid uere negare.multa alia sophismata fieri pñt ꝑ amphiboliam,atque æquiuocationẽ,sed hæc pro exẽplis sufficiant. Arist.n diluit ea sophismata , quæ suis temporibus iuxta hæc loca fieri solebant . nos autem hæc duximus pro exemplis eorum, quæ Iuniores nostris temporibus addiderunt,non autem omnia , quia cum innumera sint,esset nobis difficile. Quare transeamus ad sophismata,quæ fiunt secundum tertium amphiboliæ modum,& supponamus tertium amphiboliæ modum esse, cum aliqua oratio alteri cõiuncta plura significat. Separata uero,unum. hoc est separata autem si sumantur,unumquodque eorum unum simpliciter,& duntaxat significat. De hoc uero tertio modo satis primo huius dictum est. ¶ Sed sophismata plura iuxta hunc modum quæruntur. primum,utrum omnis N hippocentaurus,qui currit,moueatur,ꝙ sic probatur. contradictorium sophismatis est falsum. igitur sophisma uerum . añs patet, quia eius contradictoriũ est,aliquis hippocentaurus,qui non currit, mouetur . modo hoc falsum est , q̃m est una propõ affirmatiua de subiecto,quod pro nullo,supponitur. Quare sophisma uerum. præterea probatur idem sic,omnis hippocentaurus, qui currit, est hippocentaurus, qui currit. (Sophismata iuxta 1. modũ amphiboliæ. 1. Sop) igitur omnis hippocentaurus,qui currit,est hippocẽtaurus,qui mouetur,ab inferiore ad superius. añs uero patet , quia est prædicatio eiusdem de seipso , qua nulla est uerior,ut Boe.ait . Improbatur autem quia sophisma est una propõ affirmatiua, cuius subiectum pro nullo supponitur,igitur sophisma falsum. Consequentia tenet,& probatur añs.nam subiectum sophismatis est hoc totum,hippocentaurus qui currit . modo O hoc totum pro nihilo supponitur,cũ nihil sit hippocentaurus,qui currit. Deinde si omnis hippocẽtaurus,qui currit,moueretur, tunc omnis hippocẽtaurus currens moueretur. tenet arg̃m quia qui currit & currens æquiualent . consequens est falsum , cum nullus hippocentaurus currens moueatur. Insuper si omnis hippocentaurus,qui currit,moueretur . tunc aliquod, quod moueretur,esset hippocentaurus qui currit. tenet arg̃m per locum a conuersione in parte. At consequens est impossibile , q̃m nihil quod mouetur, est hippocentaurus,qui currit . ¶ Pro solutione Iuniores sophistæ,quorum præcipuus est Albertillus, multa scribunt de ueritate propõnum, tñ quæ ipsi dicũt, (De ueritate propõis) reduci possunt ad duas regulas principales, quarũ prima in affirmatiuis est,ad hoc,ut affirmatiua propõ sit uera,oportet ut subiectum atque prædicatum pro eodem supponantur . Secunda uero in negatiuis est,ad ueritatem negatiuæ sufficit,ut subiectum & prædicatum P non supponantur pro eodem. Ex prima uero regula inferunt tertiam,quæ talis est, omnis propositio affirmatiua de præsenti , cuius subiectum pro nihilo, nulloque supponitur, est falsa . Ex secunda quoque quarta,quæ est talis,ad ueritatem negatiuæ non est necessarium , ut subiectum & prædicatum pro diuersis supponantur. Hæc.n. uera est,chymera non est hippocentaurus, ubi subiectum & prædicatum non supponuntur pro diuersis, cum non supponantur . ¶ Ex ijs regulis Albertillus multa infert ex tertia quidem , (Quæ Alber.) hanc esse falsam chymera est chymera, q̃m est una affirmatiua,cuius subiectum pro nihilo , nulloque sup- Q ponitur. Sequitur secundo ex eadem regula,non omnem propositionem esse uerã , in qua idem terminus de eodem termino prædicatur, nisi ambo pro eodem supponantur,& hoc pacto Boetius intelligit . Ex secũda quoque regula sequitur hanc esse ueram, chymera non est chymera , q̃m subiectum & prædicatum non supponuntur pro eodem,multa quoque alia deducũt ex his regulis,quæ puto silentio digna potius . Tunc sine distõne multiplicis Albertillus negat sophisma , Hoc.n. hippocentaurus qui currit mouetur , est propositio affirmatiua,cuius subiectum pro nihilo nulloque supponitur,subiectum n est totum illud hippocentaurus,qui currit,modo hoc totum pro nullo,nihiloque supponitur.igitur sophisma falsum.tunc ad primum dico, illud non esse sophismatis contradictoriũ ,

sed

A sed hoc hippocentaurus qui currit, non mouetur, & quia hoc est uerum, ideo sophisma est falsum. Verbū enim principale debet negari, quale est illud uerbum mouetur. per idem ad secundum. Illa enim propositio affirmatiua omnis hippocentaurus qui currit, est hippocentaurus, qui currit, est falsa, qm̄ est una affirmatiua, cuius subiectum pro nihilo supponitur, & sic sophisma est omnino falsum. ¶Sed hæc solutio nō uidetur Peripatetica, primo quidem quia Arist. in libro de interpretatione concedit hanc, Homerus est poeta, ubi patet subiectum pro nihilo supponi. Præterea Alex. concedit illam, hippocentaurus est intellectualis fictio, ubi subiectum pro nullo supponitur. In super Arist. & omnes expositores concedunt, uacuū est imaginabile, infinitum est imaginabile, quarum propositionum subiecta pro nihilo supponuntur. ¶Ad

Refut.

B hæc solutio sophismatis per simplicem interemptionem nō uidetur Peripatetica, qm̄ nulla dubitatio potest esse sophisma, nisi sic multiplex, & appareat simplex, ut primo huius demonstratum est. Propterea prætermissis regulis de ueritate & falsitate propositionū ad aliud tempus, & ad alios libros, nunc dico sophisma esse multiplex secundum tertium modum amphiboliæ, qm̄ omnis propositio in qua ponitur antecedens, & relatiuum quis uel qui est multiplex secundū tertium modum amphiboliæ, quatenus potest esse categorica uel hipothetica siue conditionalis Hæc enim propositio hippocentaurus, qui currit, mouetur, potest sumi hipothetice, siue conditionaliter, & categorice, siquidem hipothetice sumitur, sensus est, hippocētaurus si currit, hippocentaurus mouetur. modo hæc conditionalis est uera, licet antecedens & consequens

C sint falsa. Si uero categorice, sensus est hippocentaurus currens mouetur, & sic est falsa, ut rationes probant Illius. n. contradictorium est uerum. uidelicet. nullus hippocentaurus currens mouetur. Et quia probationes uidentur probare sophisma in sensu categorico, diluatur primum qm̄ male sumitur contradictorium, ut recte Albertillus sentit. Debet. n. accipi in uerbo & ratione uerbi principalis, & non ratione uerbi accessorij. Diluatur quoque secundum, quia in extremis est implicatio in obiecto, dicere enim hippocentaurum currentem esse hippocentaurum currentem est implicare in obiecto. nec semper propositio, in qua idem prædicatur de seipso, est uera, nisi cum in extremis nō est implicatio in obiecto, hoc. n. hippocentaurus currens implicat in obiecto. quid autem sit implicare in

D obiecto Arist. libro de interpretatione monstrauit.

Sop. 2. ¶Secūdum sophisma est, utrum omne animal, & aliud ab ipso sint duo animalia? Quod sic probatur, nō est aliquod animal, quin ipsum & aliud ab ipso sint duo animalia. igitur oē animal & aliud ab ipso sunt duo animalia. tenet consequentia ab exposita ad exponētem. Improbatur, quia si omne animal, & aliud ab ipso sunt duo animalia, tunc tantum duo animalia sunt animal, & aliud ab ipso, sed hoc est falsum, qm̄ alia quam duo animalia sunt animal, & aliud ab ipso, ut fidelis canis noster, & lapis sunt animal, & aliud ab ipso quæ sunt alia quam duo animalia. Cōsequentia uero tenet ab uniuersali ad exclusiuam de terminis transpositis. Præterea, omne animal & aliud ab ipso sunt duo animalia, lignum & perca, canis nostra sunt animal & aliud ab ipso igitur lignum & perca, sunt duo

E animalia, conclusio est falsa, & non propter syllogismum, igitur propter propositiones, & non propter minorem, ut omnibus patet. igitur propter maiorem, quæ est sophisma. ¶Dicēdum hoc sophisma esse multiplex secundum tertium modum amphiboliæ, nam sophisma esse potest, aut una categorica de prædicato copulato, aut una copulatiua. Si est una copulatiua, sophisma est falsum. Est. n. sensus, omne animal est duo animalia, & omne aliud ab ipso animali est duo animalia, modo ut rationes demonstrant, hoc est falsum. Sin autem est una categorica de prædicato copulato, tunc sophisma est uerum. Est enim sensus. omne animal est aliquod animal, qđ & aliud ab ipso aliquo animali sunt duo animalia, & hoc pacto rationes concludunt. ¶Tertium sophisma est, utrum animal sit niphus, & pamphacus sit illud? Quod sic probatur, niphus est animal, & pamphacus est animal. igitur animal est niphus, & pamphacus est illud, tenet argm̄ a conuertibili ad conuertibile. Improbatur autem, quia si animal est niphus, & pamphacus est illud, tūc pamphacus est niphus, quia pamphacus erit illud animal, quod est niphus. Sic enim supponitur relatiuū illud secundum Sorticolarum regulas. ¶Diluunt sophisma hoc nonnulli, ꝙ relatiuum illud possit esse rei, & possit esse uocis, si intelligatur esse rei, negant sophisma, quia esset sensus pamphacum esse illud animal, qđ est niphus. Si intelligitur esse uocis, erit sensus, animal esse uerificabile de nipho, & pamphaco. Alij autem per uerba alia dicunt relatiuum illud posse esse naturæ, & personæ, si naturæ cōcedunt sophisma, quia est sensus, ꝙ niphus sit animal, & pamphacus sit animal. Si autem sit personæ, negant. quia sensus est ꝙ animal sit niphus, & pamphacus sit illudmet animal, quod est niphus, & sic diluuntur rationes. ¶Quartum sophisma est, utrum omne ens mouet', cuius quælibet pars mouetur. Quod sic probatur, omne ens, cuius quælibet pars mouetur, mouetur. igitur omne ens mouet', cuius quælibet pars mouetur. tenet argumentum, qa non uidentur differre. Antecedens autem deducitur, quia non est aliquod ens, cuius quælibet pars mouet', quin illud moueatur. igitur omne ens, cuius quælibet pars mouetur, mouetur. Improbatur uero, sic, oē ens mouetur, cuius quælibet pars mouetur, nullum quiescens mouetur, cuius quælibet pars mouetur, igitur nullum quiescens est ens. Conclusio est falsa, & non propter syllogismum, quia est in camestres, igitur pp propositiones, & non propter minorem, quia minor est uera. igitur propter maiorem, quæ est sophisma. ¶Diluitur etiam eodem modo, qm̄ sophisma est multiplex per secundum modum amphiboliæ, qm̄ illa oratio, cuius quælibet pars mouetur, potest construi a parte ante, & sic est pats subiecti, & est sensus. omne ens cuius quælibet pars mouetur, mouetur. Subiectū enim est ens. cuius quælibet pars mouetur. prædicatū autem uerbum illud mouetur, secundo loco positū. & sic sophisma conceditur. & improbatio non ualet, quia minor debet esse, sed nullum quiescēs mouetur. igitur nullum quiescens est ens, cuius quælibet pars mouetur, quod concedo, uel potest construi a parte post, ita ut subiectum sit ille terminus ens. Prædicatū uero, totum illud mouetur, cuius quælibet pars mouetur & hoc pacto sophisma est falsum, ut rō demr̄at. Hæc de sophismatibus amphiboliæ, quæ licet longe

Sop. 3.

F

G

Sop. 4.

H

I plura esse possunt, uolumus tamen pro exemplis cæterorum hæc sufficere.

¶De compositione & diuisione.

Manifestum autem & eas, quæ sunt propter diuisionem, & compositionem quomodo soluendum. Nam si diuisa & composita oratio aliud significat cum concluditur, contrarium dicendũ.

Cum dixisset quõ oportet respondere ad paralogismos, qui peccant per æquiuocationem, & amphibo liam, nunc docet soluere paralogismos, qui peccant p compositionem & diuisionem, & dicit. [Manifestũ autem & eas] .s. orationes paralogisticas, [quæ sunt pp diuisionem & compositionem, quõ soluendum,] manifestum dico partim ex dictis, partim ex ijs, quę di
K centur. Et assignat quasi generalem regulam soluẽdi omnes has, & dicit. [Nam si oratio, cum concluditur diuisa, & composita aliud significat, contrarium dicen dum.] Egidius exponit .i. si concludatur contra nos in sensu composito, dicendum illud fuisse concessum in sensu diuiso. Et si concludatur contra nos in sensu diuiso, dicendum illud fuisse concessum in sensu com posito. Est .n. generalis regula, ubi fallit cõpositio, ibi soluit diuisio. & econuerso. Hæc est expositio Egidij, quam omnes Latini sectantur. omnes .n. per orõnem diuisam & compositam intelligunt orationem in sen su diuiso, & composito. Alex. autem per orationem diuisam intelligit eam, quæ diuiditur a uerbo potest, uel a uerbo contingit, aut ab alio eius generis, & per compositam intelligit orationem, quæ componitur cum subiecto. uidelicet. de inesse, ut si fieret syllogis-
L mus sic. sedens potest ambulare. Socrates est sedens. igitur Socrates ambulat. In hoc .n. syllogismo ipsum ambulare diuisum a potest, compositum est cum Socrate, & factus est paralogismus concludens, igitur Socrates ambulat. Ergo Alex. per diuisionem, & compositionem non intelligit sensus compositũ & diuisum, sed, per diuisionem intelligit separationem ab aliquo uerbo, uel termino, & per compositionem, coniunctionem de inesse cum aliquo termino, ut ipsum ambulare in hoc paralogismo disiungitur a uerbo potest, uel contingit, cui in præmissis conueniebatur, & per inesse coniungitur in conclusione Socrati. Accepit autẽ Arist. diuisionem, & compositionem, ut unum modũ, quia eiusdem, ut ambulare simul & diuisio, & compositio fit. Sed ab alio quidem diuisio, ut a uerbo potest. Alteri uero compositio, ut Socrati. Hæc Alexander.
M Sed de hac Alexandri expositione diximus primo libro, & postea uidebimus paralogismos, si possũt huic expositioni aptari. Nam expositio est noua, nondum habita.


Sunt autem omnes huiusmodi orationes secundum compositionem & diuisionem, putas ne quo uidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic?

putas ne quo uidisti hũc pcussum, illo percussus est. | hũc autem oculo uidisti pcussum | hic igit oculo pcussus ẽ

Nunc explicat sophismata, quæ uigebant suo tem pore, & de primo tangit tantum maiorem, & dicit. N
[Sunt autem omnes hmõi orationes secundum compositionem & diuisionem,] quæ subiungentur, quarum primam explicat, & solum illius tangit maiorẽ, & dicit. [Putas ne quo uidisti tu hunc percussum, illo percussus est hic?] subaudi ita. compleas orationẽ sic, sed hunc oculo uidisti percussum. hic igitur oculo percussus est, & non loro, uel uirga, quod est falsum. Loro .n. aut uirga erat percussus. Factus est autem (ut Alex. inquit) paralogismus, ex diuisione huius orationis, quæ est hunc percussum, a uerbo uidisti, ad compositionem cum oculo non enim oculo hic percussus est, sed oculo hic uidebatur percussus, aut oculo uidisti hunc percussum. Sic igitur uidisti in propositionibus componebatur cum instrumento, quo hic percussus est, ut cum loro uel uirga. In conclusione uerbum uidisti separatur ab instrumento percutiendi, & com- O
ponitur oculo, quo uidebatur percussus. ergo est paralogismus, qui peccat per diuisionem, & compositionem. Egidius autem sequens suam expõnem, dicit maiorem bifariam esse, nam cum dicitur, quo uidisti hunc percussum, hic est percussus, si ipsum quo componit cum uidisti, oratio falsa est. Nõ enim est percussus eo, quo tu uidisti tanquam instrumento uidendi, sed si ipsum quo componitur cum percussus, oratio erit uera. Nam hic percussus est eo, quo uidisti percussum tanquam instrumento percutiendi, potest autem hoc Egidij expositio sapere illam Alex. qm̃ non põt ipm̃ quo componi cum aliquo, quin diuidatur ab alio, nec cõtra diuidi ab aliquo, quin alteri componatur. Quare hæc Egidij expositio non multum differt ab illa Alexandri.

Et quo percussus est, illo tu uidisti?

putas ne quo pcussus est, illo tu uidisti. | hic uirga pcussus est. | uirga igit uidisti. P



Hic est secundus paralogismus, qui parum, aut nihil differt a priore, cuius accipit maiorẽ, & dicit. [Et quo percussus est, illo tu uidisti?] subaudi ita. hic uirga percussus est, uirga igitur uidisti, quod est falsum. De hoc paralogismo dicendum ut de priore dictum est. Q

Habent igitur non nihil & amphibolicarũ interrogationum, sed sunt secundũ compositionẽ. Nam nõ est duplex ob id, quod est secundum diuisionem. Non .n. eadem oratio fit diuisa.

Secundum Alex. Arist. uult assignare causam, cur potius hmõi paralogismi dicantur secundum compositionem, quam secundum diuisionem, & duo complicat, & ꝙ hmõi paralogismi habeant non nihil amphibologicorum paralogismorum, & ꝙ sint potius dicendi per compositionem, quam per diuisionem. & dicit. [Habent igitur] subaudi paralogismi, qui dicti sunt, [non nihil & amphibologicarum interrogationũ.] id est paralogismorum, qui dicuntur per amphiboliã, per interrogationes enim paralogismos accepit, qui ex interrogationibus fiunt. [Sed sunt secundum cõpositionem] potius quam secundum diuisionẽ. hoc autem

A autem probat, & dicit. [Nam] oratio quæuis [non est duplex ob id, quod est secundum diuisionem, sed ob id, quod est secundum compõnem. [Non.n. eadẽ oratio] diuisa [fit diuisa] & subaudi composita, sed bene eadem oratio composita, fit diuisa ab uno, & cõposita alteri. ergo hmõi paralogismi potius secundũ compõnem, quam secundum diuisionem sunt dicẽdi. diuisum n. ipsum percussum ab oculo, cum uerbo uidisti componitur. Deinde si ambo. uidelicet. ipsum uidisti, & ipsum percussum composita fuerint cum oculo, uere syllogizat qui dicit oculo uidisti hunc percussum. Quare (ut Alex. concludit) manifestum, qm̃ quod circa compõnem est, aliquo modo circa diuisionem est, & quod circa diuisionem, circa compositionem, principaliter tamen secundum compositionem. Hęc
B est expositio Alex. quę mihi placet, quia consonat uerbis, & rei.

Si quidem non & orus & horus accentu sic prolata, alterum significant. Sed in scriptis quidem idem nomen, cum ex eisdem elementis scriptum sit, & similiter. Et illic iam signa faciunt, prolata non eadem. & nã.

Nunc declarat quo modo paralogismi qui dicti sunt, habent non nihil amphiboliæ. Nam hæc oratio, hoc percussus est hic, est duplex, quatenus illud pronomen hoc potest intelligi & in loro, & potest intelligi in oculo, tamen circa compositionem est, diuisa enim oratio non est duplex. sed composita cum uerbo uidisti hunc percussum. duplex facit illud complexum. uidelicet quo uidisti tu hunc percussum,
C hoc percussus est hic quoniam si per se dictum fuisset, non utique esset duplex. Quod autem compositio, quæ est ultimi cum priore faciat duplex, exponens dicit. [Siquidem non & ὄρος, orus] & ὅρος [horus. accentu sic prolata alterum significant,] quasi dicat quod licet orus, & horus accentu sic prolata subaudi differant, non tamen [significant alterum,] quia in prolatione non apparent differentiæ accentuum ita aperte sicuti in scriptis. propterea subdit. [Sed in scriptis quidem idem nomen] secundum materiam diuersa significat. Dico idem secundum materiam, [cum ex eisdem elementis.] scilicet literis, [scriptum sit, & similiter] assignat causam, quare in scriptis idem nomen diuersa significat, & non in prolatione, & dicit. [Nam illic,] scilicet in scriptis auctores ad diuersa significandum, signa faciunt.] id est diuersos accentus. [Pro-
D lata autem non eadem] signa facere possunt. Cum enim scribitur ὄρος, cum exili accentu, montem, cum uero aspirato limitem terminumque significat. hæc signa & si possunt fieri in scriptis, non tamen in prolatione ita apparent. ergo cum oros scribitur sine exili & sine aspirato accentu, significat duo, & sic fit in prolatione. Non enim in prolatione differentiæ accentuum apparent, cum uero oros uarijs accentibus accentuatur, non est duplex, sed sunt diuersa nomina, ad propositum ergo ut oros simpliciter sine accentibus acceptus est duplex, cum accentibus non est duplex sed plura, sic oratio diuisa non est duplex, composita autem est duplex, & ueluti amphibologica. Alexander autem disputat, quoniam Aristoteles uolens ostendere paralogismos, qui dicti sunt, habere aliquid amphiboliæ, du- E cit exemplum in nomine, & non in oratione, modo omnis modus amphiboliæ est in oratione, quicquid dixerit Alexander, Aristoteles hoc quod dixit pro exemplo accepit, non autem pro amphibolia proprie.

Quare non duplex, quod pp diuisionem est. Manifestum, etiã quoniam non oẽs redargutiones sunt propter duplex, ueluti quidam dicunt.

Nunc concludit intentum, scilicet quod paralogismi superius assignati sint propter compositionem, non propter diuisionem, cuius causam ex dictis concludit, & dicit. [Quare non duplex, quod propter diuisionem est,] & cum non sit duplex id, quod est separatum, ac diuisum, (non enim oculis F uidere, cum uidelicet separatur ab eo, quod est percussum, est duplex, sed est duplex cum componitur cum eo, quod est percussum. Non enim est idem, ut patebit, oculis uidere percussum, & uidere oculis percussum) fit, ut sophismata, quæ dicta sunt, propter compositionem sint. Est enim in eis (ut iuniores dicunt) multiplex potentiale propter diuersum modum, quo uidere oculis componi potest cum eo, quod est percussum, non autem actuale. Ex hoc ulterius infert contra opinionem quorundam, & dicit. [Manifestum etiam quoniam non omnes redargutiones] scilicet sophisticę [sunt propter duplex] scilicet actu [ueluti quidam dicunt.] Dixerunt enim nonnulli sophisticam redargutionem esse non posse, nisi propter multiplex aliquod actu, quod in propositionibus accipitur. Contra obijcit G Aristoteles, quia sophismata tacta, quæ propter compositionem sunt, sunt redargutiones sophisticæ, & non sunt propter aliquod actu duplex in propositionibus acceptum. Sed quatenus aliquod scilicet terminus uel oratio potest diuersimode componi cũ aliquo. hoc autem non esse actu multiplex, sed potentia, ut primo libro satis dictum est. Et hæc est expositio Alexandri, quæ mihi placet.

Diuidendũ igitur ei, qui respondet, nõ.n. idem est dicere uidere oculis, percussum. & dicere oculis percussum, uidere.

Ex ijs, quæ dixit, nunc respondet, & dicit. [Diuidendum igitur ei, qui respondet.] id est igitur ad eum, qui uult respondere paralogismus superius formatis, attinet diuidere, respondereque per distinctionem multiplicis. Cuius rationem explicat, & dicit. H [Nõ enim idem est dicere uidere oculis percussum] scilicet componendo ipsum oculis cum ipso uidere [& dicere oculis percussum uidere] scilicet componendo ipsum oculis cum ipso percussum. Nam cum ipsum oculis componitur cum ipso uidere, minor est uera, & maior falsa. Vera enim hæc est, hunc oculo uidisti percussum, & non aure, uel naribus. Falsa illa, quo uidisti hunc percussum, illo percussus est. Nam uidisti oculo hunc percussum, qui uirga, & non oculo percussus est. Cum autem ipsum oculis componitur cum ipso percussum, esset minor falsa, & maior uera, ut consideranti perspicuum est.

I *Et Euthydemi oratio, putas ne uidisti tu nunc existentes in pyreo naues, in Sicilia existens.*

Egidius componit paralogismum, hoc pacto, quotiescunque uidisti tu existentes in pyreo naues in Sicilia existens, es in Sicilia. sed nunc uidisti tu existentes in pyreo naues in Sicilia existens, igitur es in Sicilia, sed positum est te esse in pyreo. igitur simul eris hic, & ibi, quod est impossibile. Dicit Egidius hunc paralogismum peccare per compositionem, quoniam illa oratio, uidisti tu nunc existentes in pyreo naues in Sicilia existens, est multiplex, quia potest intelligi, quod, tu nunc existens in Sicilia uideas naues in pyreo existentes, uel quod tu nunc existens in pyreo, uideas naues existentes in Sicilia.

K Alexander autem ex hac oratione non uult esse paralogismum conficiendum, sed esse exemplum sumptum ab ipso Euthydemo, oratio enim illa Euthydemi, est multiplex, quoniam aliud significat diuisis nauibus a pyreo, & aliud compositis nauibus cum pyreo. Diuisis enim significat quod in pyreo existens nunc uidisti naues in Sicilia existentes, compositis autem significat quod in pyreo naues existentes tu existens in Sicilia nunc uidisti. Est autem pyreus portus Atheniensium, qui auctore Strabone, quadraginta stadijs ab urbe distat. Alij uero orationem illam dicunt multiplicem esse, quatenus ipsum nunc potest coniungi cum illo uerbo uidisti, & sic falsa est, aut potest coniungi cum ipso existentes in pyreo, & sic est uera, quia tu uidisti naues existentes nunc in pyreo, utputa cum erant in Sicilia. Assignat ergo orationem Euthydemi, & dicit. [Et Euthydemi oratio, putas ne uidisti tu nunc existentes in pyreo na-

L ues, in Sicilia existens,] subaudi est multiplex secundum compositionem, ut dictum est secundum diuersas expositiones. Circa hoc exemplum dicit etiam Alexander, hoc exemplum Euthydemi esse conclusionem sophismatis, quod secundum compositionem habet duplex. & (ut dicit) sophismatis inductio est talis. Vtrum tu nunc in pyreo es? ita dicas. Vtrum uidisti in Sicilia naues existentes? ita dicas. Vtrum ergo uidisti tu nunc existentes in pyreo naues in Sicilia existens. est enim secundum compositionem sophisma. Non enim in pyreo sunt nunc, & si uideris quod in Sicilia sint naues, necesse erit te esse in Sicilia in pyreo existentem, & naues in Sicilia in pyreo esse. Intulit ergo Euthydemus existentem in pyreo nunc eundem

M in Sicilia esse, & naues existentes nunc in Sicilia, easdem in pyreo esse. Solutio ergo est, ut diximus, nam aliud significet oratio Euthydemi diuisis nauibus a pyreo, & aliud compositis nauibus cum pyreo. Et cum solutio sit assignata, non est ulterius immorandum.

Et rursum putas ne bonum existentem sutorem malum esse. Sit aūt utique quis bonus existēs sutor, malus. quare sutor malus. malū μόχθηρον = flagitiosum infandū nequam.

Egidius componit paralogismum sic, quicunque est malus non est bonus, sed bonus sutor est malus. ergo bonus sutor non est bonus. Dicit postea circa hunc paralogismum, quod in eo sit peccatum secundum compositionem, quatenus hæc dictio malus, potest componi cum duabus dictionibus, quarum altera est explicita, alia autem subintelligenda. Nam cum dicitur sutor malus, si ille terminus malus, componitur cum sutore, qui ibi explicatur, est oratio falsa. N

Sequitur enim quod bonus sutor sit malus sutor. Si autem componitur cum homine, qui subintelligitur, potest esse uera, esse enim potest, ut sutor bonus sit malus homo. Sed hæc expositio non uidetur uerbis Aristotelis consona. primo quia conclusio paralogismi in textu assignata, est quod bonus sutor sit malus, quare paralogismus non potest esse ille, quem Egidius composuit. Propterea Aristoteles (ut Alexander exponit) primo interrogat conclusionem paralogismi, & dicit. [Et rursum putas ne bonum existentem sutorem malum esse.] Hæc est conclusio. Deinde tangit uim paralogismi, & dicit. [Sit autem utique quis.] scilicet Simon [bonus existens sutor, malus.] scilicet homo, ac tangit conclusionem, & dicit. [Quare sutor malus.] Nam secundum Alexandrum totus paralogismus erit, Simon malus est, Simon est bonus sutor. igitur bonus sutor est malus. Supponitur O

enim maior, scilicet quod Simon sit malus homo. Manifestauit enim duas interrogationes per hæc uerba Aristoteles (ut Alexander exponit.) prima est utrum aliquis, ut Simon sit malus, & dicendum est ita. Secunda uero utrum, aliquis scilicet Simon sit bonus sutor, & etiam ita asserendum. Ex his inferendum quod bonus sutor sit malus. Dicit Alexander Aristotelem potentia soluisse hunc in libro de interprætatione, ubi dixit non quot separatim dicuntur, & simul possunt dici, non enim si aliquis est sutor, & bonus, erit sutor bonus. Cum uero dicit Aristoteles, in libro de interprætatione. Quare sutor bonus, induit solutionem sophismatis tam quam si diceret, bonus quidem est homo, malus P

autem sutor, sed non malus homo. Sutor uero bonus, malus autem homo. Verum hæc Alexandri expositio in illud deuenire, oportet ut malus posit componi cum sutore, & cum homine, qui subintelligitur. esse enim potest, ut aliquis sit bonus sutor, malus autem homo.

Putas ne quorum disciplinæ sunt bonæ, bonas esse disciplinas. Mali autem bona disciplina, bona ergo disciplina malum. disciplinæ ἐπιστήμαι scietiæ.

Egidius componit hunc paralogismum hoc pacto, Cuius est bona disciplina, est bona disciplina. Sed mali est bona disciplina. ergo malum est bona disciplina. Maior huius paralogismi duplex est, nam illud relatiuum, cuius potest referre antecedens in nominatiuo casu. Et sic est sensus, illud, cuius Q

est bona disciplina, est bona disciplina, & hoc pacto est falsa, quia erit sensus quod illud sit bona disciplina. Cuius est bona disciplina, & quia mali est bona disciplina, fit ut illud, scilicet malum sit bona disciplina, quod falsum est, quoniam bona disciplina est illius, cuius est, non autem illud, cuius est. Aut potest referre antecedens in genitiuo casu, & sic maior est uera. Est enim sensus quod illius cuius est bona disciplina, sit bona disciplina, & quia mali est bona disciplina, concludetur non quod malum sit bona disciplina, sed quod mali sit bona disciplina, quod est uerum, quia scire malum non est malum: est ergo multiplex, ex eo, quia bona disciplina, potest componi, cum illud, aut cum illius, & cum componitur

A Ponitur cum illud, est falsa, quia erit conclusio ꝙ malum sit bona disciplina. Cum uero componitur cum illius, erit maior uera, sed conclusio ꝙ mali sit bona disciplina, & quia nec illud, nec illius exprimitur in oratione prætacta, sed utrunque subintelligitur, ideo in hoc paralogismo deceptio est propter compositionem, quatenus idem potest pluribus cōponi, quorum neutrum in oratione exprimitur, sed utrunque subintelligitur.

Sed cum & malum, & disciplina sit malum, fit, ut mala disciplina sit malum, sed malorum disciplina bona.

Sop.4. Alexander exponit solutionem assignati paralogismi, dicit paralogismum peccare dupliciter. primo quidem, quia est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Deinde, qui non inferat quod apparet expositis accidere, sed aliud quoddam. Quod autem ita sit, expo
B nit, ut. uer. g. [Putas ne quorū disciplinæ sunt bonæ, bonas esse disciplinas] subaudi ita. deinde afferebant, [mali aūt bona disciplina.] Ecce ꝙ duę sunt ꝓpōnes affirmatiuæ medium terminum habentes disciplina, & ita coniugatio asyllogistica est. Deinde dat conclusionem, quæ (ut Alexander inquit) non accidit ꝑ hæc, & dicit. [bona ergo disciplina malum.] Hæc. n. cōclo non ꝑꝑ illa sequit, sed conclusio, quæ ad ea debet seq, est, ut mali sit bona disciplina, & sic est uera, per quæ Alexander induit, non esse aliud peccatum in illo paralogismo, nisi contra ignorantiam elenchi. Non. n. declarauit Alex. paralogismum illum peccare secun-
Sop.5. dum compositionem, quod erat ostendendum. In p̄senti uero textu secundum Alexā. demonstrat Arist. disciplinam & malum esse malum, sed tñ ꝙ malorum disciplina sit bona. Et sic uř Arist. negare consequen-
C tiam, disciplina aliqua est mala, ut quæ docet agere malum, ergo malorum disciplina est malum, neganda est consequentia, quia pōt disciplina malorū bona esse, dicit. [Sed cū & malū] s. actio praua [& disciplina] s. quæ docet praua agere [sit malum, sed malorum disciplina bona] & ita non sequitur, ut malorum disciplina sit mala, & sic Arist. nō soluit complete, ut uult Egidius, supponens enim solutionem per ea, quæ dixit ad alios paralogismos, solum discutit utrum si disciplina, quæ docet agere mala, sit mala? malorum disciplina sit mala & dicit ꝙ non, quia potest malum, & disciplina esse malum, & tamen malorum esse disciplina bona. Alexander autem fuit diminutus, quia non exposuit, qūo in paralogismo sit deceptio secūdum compositionem.

D *Putas ne uerum dicere nunc, quoniam tu factus es? Factus es ergo nunc, an aliud significat diuisum. Verum. n. est dicere nunc, quoniam tu factus es. Sed non nunc tu factus es.*

Alexander componit paralogismum hoc pacto, utrum factus es tu, ita dicendum, & quid uerum est dicere nunc, quoniam factus es. igitur factus es nunc. Melius ergo sic componerem, de quocunque uerum est dicere nunc, quoniam factus est ille factus est nūc, sed de te uerum est dicere nunc, quoniam factus es. ergo tu factus es nunc, & tunc de paralogismo tangit primo minorem, & dicit. [Putas ne uerum dicere nunc, quoniam tu factus es?] subaudi, ita. Hæc est minor, dat conclusionē, & dicit. [Factus es ergo nunc.] Soluit ex eo, quia ipsum nunc potest componi cum dicere, & sic oratio est uera. Nam de quolibet, quod est factum, potest nunc dici ꝙ sit factum. Sed si nunc componitur cum factus, est falsa, quia non quodlibet factum est nunc factum. dicit. [An aliud significat diuisum] .i. sed dicendum ꝙ ipsum nūc aliud significet diuisum ab ipso dicere, & aliud compositum. [Verū enim est dicere, qm̄ tu factus es] .s. olim. [Sed non nunc tu factus es.] E

Putas ne, ut potes, & quæ potes, sic & ipsa facies? non citharizans autem habes potestatem citharizandi, citharizabis igitur non citharizans. An non habet potestatem huius, ut non citharizans citharizet, sed non cum facit hoc, ut faciat.

Hoc sophisma componit Alexander, ut iacet. [Putas ne. ut potes, & quæ potes, sic & ipsa facies?] ita subaudi dicendum, [non citharizans autem habes potestatem citharizandi?] ita rursus dicendum, [citharizabis igitur non citharizans,] hoc est sophisma, seu paralogismus, respondet, quod ipsum non F citharizans, possit componi, aut cum ipso potes, aut cum ipso citharizandi. Si componitur cum ipso potes, uera est oratio, nam Socrates non citharizans hodie, potest citharizare postea, uel habet potestatem citharizandi in futurum, aut potest componi cum ipso citharizare, uel cum ipso citharizandi, & sic est falsa, quia nullus nec Socrates, nec Plato habet potestatem dum non est citharizans citharizandi, uel ut citharizet. dicit. [An non habet potestatem huius,] uidelicet. [ut non citharizans citharizet.] quare falsa est ut ipsum non citharizans componitur cum ipso citharizare. [Sed] bene [cum non facit hoc, ut faciat,] hoc est ut componitur ipso non citharizans cum ipso potest, uera est, nam Socrates, qui hodie non citharizat, potest citharizare. Hæc est uera solutio. G

Soluunt autem quidam id, & aliter, nam si dedit, ut potest facere, non dicunt accidere non citharizantem citharizare. Non. n. omnino, ut potest facere, datum est facere. Non idem autem esse est, ut potest, & omnino, ut potest facere.

Nunc assignat solutionem aliorum ad illum paralogismum, quæ est secundum Egidium, quod uidelicet non per compositionem peccet, sed per fallaciam consequentis. Nam non ualet, est homo. igitur hic homo, nec ualet, facis, ut potes. ergo facis hoc modo, scilicet non citharizans. sed si uniuersaliter sumeretur, ualeret. uerbi gratia. facis omnino, ut potes. id est omni modo, ut potes. ergo facis hoc modo. scilicet non citharizans, sicuti ualet. omnis homo currit. igitur Socrates currit. Sic Egidius intelligit solutionem antiquorum. Alexander uero H aliter exponit & uult antiquos negasse consequentiam, quia non sequitur, ut potest quis facere, faciet. ergo non citharizans citharizabit. Nam oportebat addere, ut potest quis omnino facere, faciet. Aliquis enim potest facere aliqua omnino, & ex necessitate, ut cum potest facere ea, & non est aptus impediri. Aliquis potest facere ea, sed est aptus impediri. propterea oportet addere ut potest quis omnino, id est ex necessitate, & sine impedimento facere, faciet, dicit. [Soluunt autem quidam id] .s. dictum paralogismum. [Et aliter, nam si] respondens [dedit] ac concesserit [ut potest facere] non addens oīo, [nō dn̄t accidere non citharizantem citharizare. nō. n. oīo ut potest facere, datū est] a r̄ndente [facere,] & ꝑꝑea

I non sequitur, ut potest facere faciet. igitur non citharizans citharizabit, quia oportet addere, ut potest qs omnino facere faciet, igitur non citharizans citharizabit, & quia posses dicere nullam esse differentiam inter posse facere, & posse omnino facere, ideo subdit. [Nõ idem autem esse est ut potest, & omnino ut põt facere,] quia omnino, ut potest, est ex necessitate, & sine impedimento, ut potest uero est ex necessitate, & sine necessitate. Hæc est responsio antiquorũ, ut exposuit Alex. & certa utraque potest uerbis conuenire, ut patet uerba percunctanti.

Sed manifestum, quoniam non bene soluunt. Nam orationum omnium, quæ propter idem, eadẽ solutio. At eadem non accõmodabitur ad omnes, nec omnino ad interrogatas, sed est ad interrogãtem, & non ad orationem.

K Reprobat autem Arist. solutionem antiquorum, quia non possunt per illam solui omnes paralogismi, qui propter idem deficerent. Per solutionem autem Arist. possunt oẽs consimiles dilui, ut si sic interrogaretur, utrum ut concedis, & ponis, quæ concedis, & ponis, sic & hæc facies, ita dicendum, non citharizans uero concedis & ponis citharizare, ita etiam dicendũ: non citharizans igitur citharizabis. Ad hunc paralogismum responderi potest per solutionem Arist. nõ autem per solutionem antiquorum, nã per solõnem Arist. dicere possumus per compõnem esse sophisma, qm̃ non citharizans põt cõponi cum cõcedis, & ponis, & tunc est uera, quia tu non citharizãs cõcedis & ponis aliquem alium citharizare, & põt componi cũ ipso citharizare, & est falsa, nam tu non potest concedere & ponere animal non citharíçans citharíçare, & ita conclõ non debet esse, qm̃ non citharíçans cithariçabis. Sed ꝙ non citharíçans concedis & ponis aliquẽ

L citharizare, quod quidem non est impossibile, dicit. [Sed manifestum, qm̃ non bene soluunt] .s. antiqui sophisma prætactum. [Nam orationum] .s. paralogisticarum [omnium, quæ propter idem] .i. propter compositionem peccant, [eadem] scilicet erit solutio, [ac eadem non accommodabitur, ad omnes] orationes paralogisticas, sed bene eadem, quæ datur ab Arist. non. n. per solõnem antiquorum põt solui paralogismus, quem Alex. pro exemplo induxit. Sed bene per solutionem Arist. Addit ꝙ si solutio ueterum sit bona, [nec omnino est ad interrogatas] .s. ad paralogismos ptactos [sed] est ad hoĩem [interrogantẽ, & non ad oronem.] Est quidẽ ad interrogãtẽ, quia id,

M quod proponit interrogans, interimit, non aũt est ad rationem, quia non ostendit quo modo ratio peccat per compositionem, inquantum. n. simpliciter negat id quod proponit interrogans, responsio dicitur apparens, & ad hoĩem, inquantum uero non est simplr̃ negandum id, qđ ꝓponit interrogãs, quia est multiplex & in uno sensu uerũ, & in alio falsum. & sic rñsio nõ est ad rationem. Ex his patet duos esse modos paralogismorum, qui peccant per compositionem, nam alij peccant per compositionem inquantum unus terminus, uel una oratio potest componi cum pluribus. Alij uero inquantum, aliquis terminus, uel aliqua oro præcedens ipsum põt, contingit, possibile uel contingens, & alia eius generis põt componi cum ipso põt, uel possibile, aut cum eo, supra quo cadit ipsum põt, uel aliud eiusgeneris, ut non citharizans, quod potest componi cum ipso potest, uel cum eo, supra quo cadit ipsum potest. uidelicet. cum ipso citharizare, ideo

N primo mouebimus sophismata Iuniorũ iuxta primũ modũ, postea iuxta secundũ modũ. ¶Arist. n. disputauit sophismata, q̃ habebant̃ suo tpe, nos aliqua quæ hñr nostro tpe. Quorum primum est, utrum omnis homo, qui est albus, currit, probat̃, ponendo ꝑ casum ꝙ sint aliqui homines albi, & aliqui nigri, & ꝙ omnis homo, qui est albus currat, & nullus qui est niger currat, tunc argumentor, omnis homo albus currit. patet per casum. ergo oĩs homo, qui est albus currit, consequentia patet, quia iste terminus hõ albus, & homo q est albus, conuertunt̃. Deinde omnis hõ albus currit, sed omnis hõ qui est albus, est hõ albus. ergo omnis homo qui est albus, currit in primo primæ. Maior uero patet per casum, & minor est nota. Improbatur uero, quia si omnis homo albus currit. omnis hõ currit, qui est albus. consequentia patet, quia inter illas propositiones nulla uidetur dñia. Falsitas autem cõsequẽ tis probatur, nam sequit ur. omnis homo currit, qui est albus, omnis homo niger est homo. igitur omnis homo niger currit, qui est albus. Syllogismus est bonus, & conclusio falsa. ergo aliqua propositionum, non minor quidem, ut patet omnibus. ergo maior quæ est sophisma. ¶Dicendum sophisma peccare secundum compositionem, nam illa oratio, qui est albus potest componi cum subiecto, & sic est oratio uera, quia sensus est, omnis homo albus currit, ita ut totũ subiectum sit hõ albus. modo per casum hæc oro patet, uel potest componi cũ prædicato, & sic est oro falsa. Nã sensus est, omnis hõ est currens, qui est albus. ita ut totum prædicatũ sit currens, qui est albus. modo hic sensus falsus est, ut improbationes demõstrant. ¶Secũdũ sophisma est, utrũ omnis copulatiua, cuius q̃libet pars est uera, sit uera? ꝙ sic, ꝓbat̃ per inductionem in oĩbus copulatiuis, quarũ q̃libet pars est uera. Improbat̃ aũt, quia si omnis copulatiua, cuius q̃libet pars est uera, est uera, omnis copulatiua erit uera, cuius quælibet pars est uera, tenet consequentia quia inter antecedens, & consequens nulla uidetur differentia. Falsitas consequentis probatur, quia si omnis copulatiua est uera, cuius quælibet pars est uera. sed deus est, & homo est bos, est copulatiua. igitur deus est, & homo est bos est uera, cuius quælibet pars est uera. conclusio est falsa, & non propter figuram. igitur ꝑꝑ propositiones, & cum non ꝑꝑ minorem igitur ꝑꝑ maiorem, quæ est sophisma. ¶Diluitur sophisma, qm̃ est per cõpositionem, inquantum illa oratio, cuius q̃libet pars est uera, põt componi cum subiecto, & sic est uera, qa cũ totũ subiectum est omnis copulatiua, cuius q̃libet pars est uera, oro est uera. nã omnis copulatiua exñs de qualibet parte uera, est uera. Sin aũt componit̃ cũ prædicato, est falsa, quia non omnis copulatiua est de qualibet parte uera, ut improbatio demr̃at. ¶Tertiũ soph. utrũ deus incipit esse in, a, instãti? ꝓbat̃ ponẽdo ꝑ casum ꝙ sit, a, instãs primũ. Nã deus nũc est in, a, instãti, & ĩmediate ante hoc nõ fuit in, a, instanti. igitur deus incipit esse in, a, instanti. Consequentia patet ab exponentibus ad expositam. Añs quo ad primã partem est per se notum, quo uero ad secundam, ꝓbatur, quia immediate ante hoc nõ fuit, a, instãs. ergo immediate ante hoc non fuit deus in, a, instanti. Improbat̃. deus incipit esse in, a, instanti. ergo deus incipit esse, modo hoc est falsum. ¶Diluitur sophisma,

A ma, qm̄ illa oratio incipit esse, potest componi cum ipso deus subintellecto, & sic sophisma est falsum, qa est sensus deus incipit esse deus in,a,instanti. quod est falsum quia semper fuit & est,& erit deus,aut illa oratio incipit esse,pōt copulari atque componi, cum ipso in,a,instanti,& sic est uerum,quia ex quo,a,est primum instans,in eo nunquam antea fuit deus. Nec postea ualet deus incipit esse in,a,instanti. ergo deus incipit esse deus,uel incipit esse,quia argm̄ est a secundū quid ad simpliciter, sicuti non ualet, Socrates incipit esse in foro. igitur Socrates incipit esse Socrates, uel

Sop.4. incipit esse. ¶Quartum sophisma est,utrum Socrates incipiat esse homo, postquam fuit per uiginti annos? probatur, nam sit, a, instans terminans inclusiue uiginti annos,per quos Socrates uixit homo. Et argumentor,Socrates nunc in,a,instāti est homo,postquā

B fuit homo per uiginti annos, & immediate ante hoc non fuit homo postquam fuit homo per uiginti annos,quia immediate ante hoc nōdum fuit homo in, a, instanti. igitur Socrates incipit esse homo,postquam fuit homo per uiginti annos. ¶Diluitur etiam sophisma eodem modo,quia illa oratio Socrates incipit esse, potest componi cū homine simpliciter, & sic est falsa,quia Socrates fuit & est homo,aut potest componi cum ipso,a,instāti subintellecto,& sic est uera, quia immediate ante hoc non fuit homo in, a, instanti, & sic licet Socrates fuerit homo per uiginti annos,tn̄ incipit esse homo in, a, instanti, in quo nunquam antea

Sop.5. fuit, & hoc pacto sophisma est uerum. ¶Quintum sophisma,non aliquid est, uel tu es homo. probatur, quia sophisma est una disiunctiua,cuius altera pars est uera.s.tu es homo.igitur sophisma est uerum, ad ueri

C tatem enim disiunctiuæ sufficit alteram partem esse ueram.Improbatur autem, qm̄ contradictorium eius est uerum scilicet hæc aliquid est,uel tu es homo. igitur sophisma esse falsum. ¶Diluitur sophisma, qm̄ illa negatio non potest componi cum tota propositione sequente,& sic significat, qm̄ non est ita, ꝙ aliquid sit,uel tu sis homo. Et hac ratione falsum erit sophisma,uel potest solum componi cum illo termino aliquid, quo in casu est sensus, nihil est, uel tu es homo,& hoc pacto uerum est sophisma,ut probatū est, quia altera pars eius est uera scilicet tu es homo, nec sic contradictorium sophismatis est aliquid est uel tu es homo, sed hæc, nihil est & tu non es homo, modo hæc falsa est, quia est una copulatiua, cuius una pars est falsa.uidelicet.illa,tu non es homo.plurima alia sophismata fieri possunt, quæ soluuntur propter com=

D positionem,sed uolumus hæc sufficere, nam oratio nimis diffunderetur in longum. Hæc de primo modo.

Sophismata 2. modi. ¶Circa secundum modum est primum sophisma, nō scribens potest scribere,uel non scribentem possibile est scribere. probatur Socrates potest scribere. Socrates non scribit.igitur non scribens potest scribere.

1.Sop. ¶Simili ratione argumenror, Socrates potest esse ni=

Sop.2. ger. Socrates est albus.igitur album potest esse nigrū.

Sop.3. ¶Tertium sophisma. omnis gradus zodiaci potest esse supra nostrum orizontem, probatur. quia nullus gradus zodiaci est, quin ille possit esse supra nostrum orizontem,cum nullus zodiaci gradus sit, quin ille aliquando erit supra nostrum orizontem. Improba=tur autem,quia semper altera zodiaci medietas est supra terram, altera uero sub terra. igitur non omnis gradus zodiaci potest esse supra nostrum orizontem. E

¶Quartum in omnes partes continuum potest esse Sop.4. diuisum.probatur.quia in illas partes potest esse diuisum demonstratis duabus,& in illas demonstratis tribus,& sic ulterius. igitur in omnes partes continuum potest esse diuisum. Improbatnr. nam sequitur in omnes partes continuum potest esse diuisum. igitur aliquando ita erit ut sit diuisum in omnes partes.

¶Quintum,Socrates scire potest plura quam scit,pro Sop.5. batur,ponendo ꝙ Socrates non sciat, nisi duas ꝓpōnes, & cras sciat tres propōnes, tunc patet sophisma, nam Socrates sciet plura quam scit ergo Socrates potest scire plura quam scit. Improbatur uero, quia si Socrates potest scire plura quam scit. Aliquando erit ita ꝙ sciet plura quam scit. At Socrates nunquam sciuit,nec scit,nec sciet plura quam scit.igitur sophisma falsum. Omnia hæc unica regula diluuntur, nam id F quod præcedit potest,dupliciter potest componi,aut cum ipso potest,& sic semper sophisma est uerū, aut cum eo,supra quo cadit potest, & sic semper sophisma est falsum. Si n. non scribens componitur cū ipso potest,non scribens.s. Socrates,uel Plato,qui dormit, potest scribere postquam excitatur. At si componit cum ipso scribere,sophisma est falsum. Hęc n. falsa est potest non scribens scribere, quia nunquam non scribens scribet. Simili ratione album potest esse nigrum & tn̄ non potest album esse nigrum. Insuper omnis gradus zodiaci potest esse supra nostrum orizontem, & tn̄ non potest omnis gradus zodiaci esse supra nostrum orizontem. Præterea in omnes partes continuum potest esse diuisum,& tamen non potest continuum in omnes partes esse diuisum. Ad hæc Socrates scire potest plura quam scit, & tn̄ non potest Socrates scire plura quam scit. Causam autem assignauit G Alex. ex eo quia,cum id, quod præcedit potest, componitur cum potest,intelligitur diuisum ab eo, quod est posterius. Cum uero componitur cum eo, quod est posterius significat possibilem coniunctionē prioris cum posteriore ut non scribilis cum ipso scribere, & albi cum ipso nigro,& reliqua.modo hæc compositio nunquam erit,uel fuit,uel est. Hæc sufficiant pro exemplis.plura alia sophismata fieri possunt,quæ peccant secundum hanc fallaciam,quæ prætermitto breuitatis causa.

¶De accentu.

Propter accentum autem orationes non sunt,neque in ijs,quæ scribuntur,neque in ijs,quæ dicuntur. præterquam si quæ paucæ fiunt.ut hac oratio,putas ne est,quod habites domus?sic.igitur ipsum quod ne habites?negatio eius est,quod habites, dicebas autē H *esse ꝙ ne habites domum,negas igitur te habitare domum. Quo modo autem soluendum est,palam.* Non.n.idem *significat grauiter, & acute prolatum.*

Illud,quod de accentu libro primo dixit, nunc repetit(ut Alex.inquit)& dicit. [Propter accentū autem orationes non sunt,neque in ijs, quæ scribuntur, neque in ijs, quæ dicuntur] dicit tn̄ ibi,in scripturis autem & poematibus magis,propterea dicit hic, [ꝓter quam si quæ paucæ fiunt] quasi dicat licet tam in ijs, quæ scribuntur, quam in ijs, quæ dicuntur,paucæ orationes fiant secundum accentum, tn̄ illæ paucæ, q̄ fiunt,magis accidunt in ijs,quæ scribunt. Et assignat exēplū,& dicit. [Vt hæc oro,putas ne est ꝙ habites domus,sic.] Contra obijcit dicens. [Igitur ipsum ꝙ

I ne habites negatio eius est ꝙ habites. dicebas autem esse ꝙ ne].i.sic [habites domum negas igitur te habitare domum.] respondet & dicit. [Quo modo autē
ne οὐ soluendum est, palam. Non.n. οὐ.i.ne [idem significat grauiter, & acute prolatum.] nam cum ipsum οὐ.i.ne profertur grauiter, ut cum habuerit accentum grauē, interrogans est, & non negans. cum uero profertur acute, est negans, illud autem iustos uiros iustum est pendere, ut hr̄ in ueteris translationibus, nullo modo
1. Sop. literæ respondet. ¶Iuxta hunc locum licet pauca fiant sophismata, tn̄ primum est. quicquid deus fecit inuite, fecit inuoluntarie, unam fecit deus inuite. igitᵉ unam fecit inuoluntarie. ¶Diluitur, qm̄ ipsum inuite potest esse una dictio, & sic uno accentu scribitur, &
K maior est uera, & minor falsa, & potest esse plures dictiones, ut in & uite, & sic minor est uera, & maior fal
Sop. 2. sa. ¶Secundum est, qualecunque est aliquid si ipm est album tale est aliquid si ipsum est nigrum. probatᵉ pro prima parte, album est aliquid, si ipsum est albū, nigrum est aliquid, si ipsum est nigrum, mediū inter album & nigrum est aliquid si ipsum est medium igitᵉ qualecunque est aliquid si ipsum est album. Pro secūda parte etiam probatur, album est aliquid, si ipsum est nigrum, & sic de alijs. igitur tale est aliquid si ipm est nigrum, quare qualecunque est aliquid, si ipsum est album tale est aliquid si ipsum est nigrum. Improbatur. quia si qualecunque est aliquid si ipsum est album tale est aliquid si ipsum est nigrum, tūc sub quacunque qualitate est aliquid dum est album, sub eadē qualitate erit ipsum dum est nigrum. Consequens est falsum, & consequentia est perspicua. ¶Diluitur sophisma, quia potest fieri punctum inter album, & ta-
L le. Et sic sunt duæ propositiones abiunctæ ambæ ueræ, quarum prima est, qualecūque est aliquid si ipsum est album. Hæc.n. est una propositio uera, cuius subiectum est qualecunque, prædicatum autem aliquid si ipsum est album. Secunda propositio est tale est aliqd si ipsum est nigrum, ubi subiectum est tale, prædicatū aliquid si ipsum est nigrum, & sic sophisma est uerum (ut probat ratio) aut non fiat punctum illo modo, sed legatur suspensiue, & sic sophisma est falsum, quia significat ꝙ sub quacunque qualitate est aliquid dum ipsum est album, sub eadem est aliquid dum ipsum est nigrum, & hoc pacto est falsum, ut patet per improba
Sop. 3. tionem. ¶Solent etiam fieri sophismata eiusdem uigoris, ut quantumcunque est aliquid si ipsum est bi
M cubitum tantum est aliquid si ipsum est tricubitū.
Sop. 4. ¶Insuper aliud sophisma est, ubicunque existens est aliquid si ipsum est Romæ, ibidem existens est aliquid si ipsum est Suessæ. Omnia n. hæc diluuntur pp differentiam punctuandi orationes. Et licet punctuatio non sit accentus, tamen pro eodem accipit Aristot.
Sop. 5. ¶Quintum sophisma, quodcunque dicitur parere, fœtum tulit in utero. Quicunque obedit parentibus, p̄ceptoribus, & dijs, dicitur parere, igitur quicunque obedit parentibus præceptoribus & dijs, detulit in utero fœtum. ¶Diluitur autem sophisma, quia parere cū accipitur pro obedire, habet penultimam productā, cum autem pro partum facere, habet penultimam breuem, & sic deletur captio propter differentiam ac
Sop. 6. centuum. ¶Sextum sophisma est quicquid habes adhuc non habes. probatur ponendo per casum ꝙ quicquid habes, usque ad instans, quod est præsens habeas, deinde non. igitur quicquid habes adhuc non ha N
bes Improbatur, quia quicquid habes adhuc, nō amisisti. igitur adhuc habes. ¶Diluitur propter differentiam punctandi, nam si punctuatio fiat post adhuc, sophisma est falsum, quia quicquid adhuc habes, non amisisti, & ita adhuc habes. Sin autem punctuatio fiat ante ipsum adhuc, sophisma uerum est, quia quicquid habes. s. usque ad a, instans, non habes adhuc, ut per casum patet. Hæc pauca sufficiant, siquidem per hunc locum perpauca (ut Aristoteles inquit) fieri possunt sophismata.

¶De figura dictionis.

Manifestum aūt & in ijs, quæ fiunt pp id quod similiter dicūtur, cum non sint eadem, quo modo obsistendum, ut quoniam habemus prædicamentorum genera.

Nunc de paralogismis agit, qui fiunt pp figuram dictionis, & primo ostendit generatim quonam pacto soluenda sunt, & dicit [Manifestū autem & in ijs] O
.s. sophismatibus [quę fiunt pp id quod similiter dn̄r, cum non sunt eadem] .i. quæ fiunt pp figuram dictionis, ob quam aliqua un̄r eadem, cum non sunt eadem. [Quo modo obsistendum, ut qm̄ habemus prædicamentorum genera.] ergo generatim patet ea omnia esse soluenda propterea quia habemus genera prædicamentorum distincta. Et hoc non imperite Egidius declarat, qm̄ si cognoscimus ipsa genera prædicamentorum quantum ad rem significatam, & quo ad modū sign̄andi, & quo ad modū terminandi, p quæ prædicamenta aliquo pacto distinguuntur, scire possumus, ut postea uidebitur, quonam modo diluentur hm̄oi paralogismi.

Nam hic quidem dedit interrogatus non esse aliquid eorum, quæcunque quid est significant. Ille uero ostendit esse aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid, aut quanta, quæ quidem uidētur quid est significare propter dictionem. 1. Paralogismus.

Vt patefaceret quod dixerat, ostendit hic per cōmutationem prædicamentorum fieri hm̄oi paralogismos, & dicit. [Nam hic quidem] uidelicet [interrogatus] subaudi si Socrates, qui est substantia, ad aliquid est, [dedit].i. respondit [non esse aliquid eorum]. s. nouem prædicamentorum. [quæcunque quid est] subaudi per quandam figuræ dictionis similitudinem [significant] substantia.n. quid est uere significat. Cætera autem prædicamenta significant quid est per figuræ dictionum similitudinem, ut primo libro patuit. [Ille uero] .s. opponens [ostendit] Socratem [esse aliquid eorum, quæ sunt ad aliquid,] utputa qa Socrates est pater [aut quanta] ut quia Socrates est corpus, [quæ quidem uidentur quid est significare Q
pp dictionem].i. pp similitudinem dictionis, ut primo libro patuit. Et sic patet per cōmutationem prædicamentorum fieri hm̄oi paralogismos. Componit autē paralogismum Alexander, sic, utrum Socrates est pater, ita fatetur interrogatus, & non ad aliquid, uel accidens Socratem existimans. sed ut filium habentem. deinde opponens inferret illico. Socrates est pater, hic uero est ad aliquid & accidens. igitur Socrates est accidens. Est itaque sophismatis inductio talis. Vtrū Socrates pater, ita. utrum pater eorum, quæ ad aliquid, ita. Socrates igitur eorum, quæ ad aliquid, quare Socrates accidens. Patet igitur per commutationem prædicamentorum fieri huiusmodi paralogismos.

Vt

A *Vt in hac oratione, putas ne contingit idem simul & facere & fecisse? non. Sed & uidere simul & uidisse idem, & secundū idem contingit.*

2. paralogismus fecisse πεποιηκέναι fieri uidisse ἑωρακέναι uideri.

Cum assignasset exemplum eius paralogismi, qui paralogizat substantiam esse accidens,nunc (ut Alex. inquit) dat paralogismum uel paralogismos, quibus paralogizat aliqua contineri sub facere,pp figuram dictionis,quæ non continentur. Et Egidius componit sic paralogismum, contingit aliquid idem secundum idem.i.secundum eandem partem simul.s.secundum oculum, siue secundum pupillam uidere & uideri. Sed uidere & uideri sunt,ut facere,& fieri. ergo cōtingit aliquid idem secundum idem facere,& fieri.Causa autem est quia antiquus translator uerbum πεποιηκέναι fieri,& ἑωρακέναι uideri transtulit.Alex.autem aliter cōponit paralogismum,& quidem uerius & dicit ꝙ so-
B phistæ interrogabant,si idem est facere & fecisse, & respondebant ꝙ non.Non.n.est uere idem facere & fecisse,nam fecisse in ijs dicitur,quæ iam facta sunt. Facere autem in eo,qui nunc operatur. Interrogabant & rursum,si idem contingit uidere & uidisse,quod & uerum apparet,nam quod uidi prius,& nunc idem uidere non est absurdum. modo in prolatione dictionis idem uidetur facere cum ipso uidere, & fecisse cum uidisse.igitur idem est facere & fecisse. Qm̄ idem est uidere & uidisse. Vlterius si idem est facere,& fecisse.igitur idem est facere & fieri,nam facere est facere, & fecisse est ut fieri.dicit.[Vt in hac oratione].i.paralogismo est subaudi figura dictionis. [Putas ne contingit idem simul & facere & fecisse,non] .s.dicebat respondens contra.[Sed uidere simul & uidisse idem & secundum idem] .s. secundum pupillam & oculum
C [contingit.]Sed facere & fecisse sunt,ut uidere & uidisse. igitur contingit idem secundum idem.s.easdem manus facere & fecisse, sed facere est agere, fecisse est, ut fieri atque pati,igiť aliquod eorum,quæ sunt pati, est ut facere. Hic est paralogismus secundū Alex.qui re uera conuenit uerbis.

3. paralogismus. *Putas ne est aliquid eorum,quæ sunt pati,facere aliquid? nō. Nonne igitur secatur,uritur,operatur similiter dicuntur, & hæc pati aliquid significant.*

opatur αἰσθάνεται sentitur.

Secundum Egidij expōnem sophisma est utrum facere est pati,uel importat passionem. Paralogismus uero talis,secatur,uritur,operatur,similiter dnr,& important passionem.i.secatur, uritur ipsi operatur silr dnr,sed hæc.i.sed operatur pati aliquid significant,& est facere.ergo facere est pati.Hęc expositio pace Egi-
D dij non est intelligibilis.nec uerbis accōmodabilis, ut intelligenti uerba satis perspicuum est. Alex.uero aliter,& dicit. & rursum interrogant si pati facere est. Quod non,confitente respondente dicunt,qm̄ similr, cum dicantur secari,comburi,& operari, siue sentire, sub pati reducuntur.Sed secare & urere & id genus,similiter sunt prolata ipsis.uidelicet. secari & uri, saltē quo ad dictionum maiorem partem (nam sola una lra differunt,quæ in fine est) & significant facere. igiť uri & secari significant facere. Secundum igitur Alex.uis paralogismi talis est comburere, & secare & id genus, sunt sub facere,comburi & secari significant passionē & sunt eadem illis ergo pati est facere,uel aliquid eorum,quæ important passionem facere est.Hæc expō Alex.utrum conueniat uerbis Arist.uel non,nolo definire.Melior autem expositio est Herminij,quæ patebit legendo uerba,dicit itaque Arist. [Putas ne aliquid eorum,quæ sunt pati] subaudi esse [facere aliquid? non] respondet interrogatus,contra obijcit opponens[nonne igitur] hæc uerba [secatur,uritur,operarur similiter dicuntur, & hæc pati aliquid significant]est ergo paralogismus secatur, uritur, operatur pati significant. Secatur,uritur,operatur facere significant.igitur aliquod,quod est uel significat pati,est uel significat facere. Quod autem secatur,uritur,operať facere significant,declarat Herminius, quia cū aliquid secatur,est secare,secari,quæ sunt eadem. similiter cū aliquid uritur,& operatur,quare secatur, uritur,operatur facere significant. Quod autem secare & secari eadem sint, supponit Herminius ex primo libro de generatione & corru.& ex qnto auscultationis physicę,qm̄ sunt unus & idem motus. Quare paralogismus
est talis,secari,uri,operari sunt facere,secari,uri,operari sunt pati.igitur aliquid eorum,quæ sunt pati, sunt facere in tertia figura. Hæc expositio mihi placet. F

¶ Quo uero ad uerba attinet,illa uerba secatur, uritur pro secari, & urere accepit, uerbum autem operatur græce est αἰσθάνεται,quod latine uocem habet actiuam. uidelicet.sentit, ideo posita est ab interpræte alia dictio,quæ uocem habeat passiuam,quale operatur. Siquis autem uoluerit, poterit paralogismum sic componere,& sophistice probare,secari, uri, operari sunt facere,patet similitudine dictionis saltem, ut dictū est, quia una sola litera differunt ab ipsis secare & urere. Secare & urere,& operari sunt pati. igiť aliqd eorū,q̄ sunt pati,est facere.Fortasse hæc est optima expō,uerum tuum sit in his iudicium. Non.n.hic locus fuit mihi facilis. G

4. paralogismus *Quid autem rursus dicere,currere, uidere. similiter inuicem dicuntur.Sed uidere est sentire aliquid.quare est & pati aliquid. simul autem & facere.*

Egidius, qm̄ habebat translationes falsas, sic composuit paralogismum. Scribere significat facere,quia est,ut currere.Scribere significat pati,quia est,ut operari.ergo scribere simul significat facere,& pati.Causa autem,quia loco ipsius uidere in suis translationibus habebat scribere,& loco ipsius sentire habebat,operari,quæ in græcis codicibus non habentur,quare iuxta uerba græca paralogismus talis est, uidere significat facere,quia est,ut scribere,& currere, uidere significat pati, quia uidere est aliquid sentire, & hoc est aliquid pati.igitur uidere simul significat facere & pati. dicit. [Quid autem rursum]nonne [dicere currere,uidere similiter inuicem dicuntur]ita.[sed],nonne subaudi
[uidere est sentire aliquid,]ita.[Quare est & pati aliquid.] Nam sentire aliquid est pati aliquid ab ipso sensibili. [Simul autem] uidere significat, [& facere] inquantum dicitur similiter ipsis dicere,& currere.igitur uidere simul significat facere & pati. H

Si autem aliquis illic dans non contingere simul idem facere & fecisse,uidere & uidisse,dicat fieri posse, nondum redargutus est.Si non dixerit uidere facere aliquid,sed pati.Indiget enim hac interrogatione.

Egidius dicit Arist. in hoc loco assignare in dictis paralogismis causam defectus,quæ est,quia in eis accipitur ut similiter,quod non est similiter.Accipitur.n. uidere,ut facere,quod non est ut facere,sed ut pati. Hoc autem si non accipiatur, nunquam respondens erit redargutus. Hæc de causa defectus generatim.

Alij ex recentioribus parum differentes asserunt Aristotelem in præsenti loco docere soluere assignatos paralogismos, intendens ꝙ consequentia non ualeat, nisi respondens concedat opponēti, qm̄ uidere significat ut facere. Nam si hoc non concesserit, sed dixerit uidere esse ut pati, nunquam redarguetur, qm̄ nunquam concedet aliquid eorum, quæ sunt pati esse facere. Alex. uero exponit quid opus est, ut respondēs redarguatur in primo paralogismo, & quid nō opus est per quæ uult habere solutio ad primum, & dicit. [Si autem aliquis]. s. respondens [illic]. s. in assignato primo paralogismo, [dans] atque concedens [nō contingere] i. non sequi [simul idem facere & fecisse, uidere & uidisse,] ut in primo paralogismo est deductum, [dicat] tn̄ [fieri posse]. i. dicat tn̄ posse contingere atque sequi, idem facere & fecisse uidere, & uidisse. i. si aliquis in primo paralogismo negauerit assumptam consequentiam, concesserit tn̄ eam tanquā
K quoddam possibile, [nondum] pp concessionem talem [redargutus est]. s. quantum ad primum paralogismum [si non dixerit uidere] esse [aliquid facere, sed] dixerit uidere esse aliquid [pati. indiget enim hac interrogatione] id est hac concessione, si respondens debet esse redargutus quantum ad primum paralogismum, id est si respondens debet concedere aliquid eorum, quæ sunt sub pati esse sub facere quod prius negauerat. Est ergo responsio ad primum paralogismū, ꝙ siue concedatur idem facere & fecisse, uidere & uidisse, siue negetur, non propterea sequetur, ut aliquid eorum, quæ sunt sub pati, sit sub facere, nisi primo cōcedat respondens uidere esse, ut facere. Nam hoc concesso, sequitur aliquid eorum, quæ sunt pati, esse sub
L facere, quia si uidere est ut facere, cum uidere aliquid sit sentire, & sentire in quodam pati consistat, sequitur ut idem sit facere & pati, & sic aliquid eorum, q̄ sunt pati, erit sub facere. Videre enim ex eo quia est ut facere, est facere, ex eo autem quia est sentire est pati: ¶ Quo uero ad uerba attinet, per interrogationem, concessionem intelligit, nisi enim respondens prius interrogetur quid de ipso uidere opinetur, utrū sub agere contineatur, & concesserit ipsum esse sub ipso facere, tunc redarguitur. ergo per interrogationē, concessionem intelligit.

sed ἀλλα & ἰά. *Sed ab audiente creditur datum esse, cum & secare facere aliquid, & secari fieri aliquid dedit, & quæcunque alia similiter dicuntur. nam reliquum ipse addit, qui audis, uelut similiter dictū. uerum illud dicitur quidem nō similiter, uidetur autem propter dictionem.*

M Nescio qua ratione uelit Egidius Aristotelē in hoc loco assignare causam apparentiæ in dictis paralogismis, cum talem causam Aristoteles non semel assignauerit primo huius. Melius ergo cum Alexandro dicerem Aristotelem obiter declarare, qn̄ & quo modo audiens percipit respondentem esse redargutum in dictis paralogismis, licet re uera non sit redargutus, & dicit. [Sed ab audiente]. s. indoctio [creditur datum esse] atque concessum uidere esse facere, [cum & secare facere aliquid, & secare fieri aliquid] respondens ipse [dedit, & quæcunque alia similiter dn̄r,] ut ꝙ urere sit facere, & uri fieri, & alia simili ratione. [Nam] cum audiens indoctus respondentem audierit hæc cōcedere [reliquum ipse addit, qui audit, uelut similiter dictum.] Addit. n. ꝙ uidere sit facere, & uideri fieri, quia secundum dictionem hæc unr̄ eadem. Nam uidere ita terminatur, ut secare, & urere, & uideri ut secari, & uri. Quare uidere idem significat cum illis. Contra hoc dicit Aristoteles non esse ob id redargutum respondens, licet audiens indoctus sic credat, & hoc dicit. [Verum illud dicitur quidem non similiter,] N reuera enim uidere & secare non sunt similia. [Videtur autem] ipsum uidere simile ipsi secare [propter dictionem] id est propter consimilem dictionum terminationem. ergo licet illa appareant similia, tamen non sunt similia. Et sic decipitur audiens.

Idem autem accidit hic, quod in æquiuocationibus. Putat. n. in æquiuocis inscius orationum, qui dixit, negare rem, non nomen. Ideoq; adhuc indiget interrogatione, si ad unum aspiciens dicat æquiuocum. Sic enim dante, erit redargutio.

Declarat hic id, quod dixerat de deceptione audientis per similem deceptionem in æquiuocis, & dicit. [Idem autem accidit hic]. s. in paralogismis figuræ dictionis, [quod] accidit [in æquiuocationibus] id est in paralogismis æquiuocationis. [Putat enim] auditor [in æquiuocis inscius orationū] scilicet ignarus multiplicitatum, quæ reperiuntur in orōnibus, [qui dixit] id est respondens cum negauerit æquiuocum, [negare rem, non nomen.] & non est ita, nam nomen quidem idem. Res autem non est idem. [Ideoque] (ut inquit.) [Adhuc indiget interrogatione] scilicet ipse opponens ad redarguendum respondentem, quam exponit, & dicit. [Si ad unum aspiciens dicat æquiuocum.] Debet enim opponens interrogare, utrum respondens ad unum, ad quod respicit opponens ipse aspiciat. [sic enim dante] ac cōcedente scilicet in illo eodem sensu, in quo interrogabat opponens, [erit redargutio.] Sed subaudi si concesserit æquiuocum in alio sensu, non erit ibi redargutio. Oportet enim ut respondens & opponens ferāt simpliciter intellectum ad unum significatum, sic & hic, nisi sophista uidere & secare, & currere acceperit, ut similia, nō decipiet. ergo oportet interrogare utrū uidere facere est, nam sic erit redargutio. ¶ Tale & hoc sophisma est. quod ego sum, tu non es, homo aūt sum ego. tu igitur homo non es. Alexander respōdet in hoc sophismate, ipsum ego, & ipsum tu in indiuiduis dici. hominem uero non eorum, quæ particularia sunt. Quare paralogismus factus est, quia non aliquo, ut aliquo sophista usus est. Vtitur enim homine, qui est non aliquid pro eo, quod est hoc aliquid propter similem esse figuram in dictionibus. ¶ Ex ijs etiam Alex. soluit aliud sophisma, per quod probatur motum non esse in ipso moto, cuius contrarium dictū est tertio naturalis auditus. s. ꝙ motus sit actus moti inquantum motum. ergo motus est in moto. ¶ Contra uero hoc instant sophistæ, quia uisus est in uidente, & auditus in audiente. igitur & motus in mouente. Est enim circa figuram dictionis paralogismus. Nam ipsum uidere, & omnino sentire. pati est, & non facere.

O

P

Sophi. Alexā.

Sophi. Alex. d motu.

Q

S. paralogismus calculum ἀσχέγα λον talū lu dū cal caneū cōiuns ctura pedis digiti.

Similes autem & hæ orationes illis. si quod quis habens, postea non habet, amisit. Nam unum solum amittens calculum, non habebit decem calculos.

Inductio sophismatis, secundum Alexandrum, talis est, utrum quod quis habens, postea non habet, amisit, ita. Sed qui decem habent calculos, unum amittens, postea non habet decem. igitur amisit decem, qd̄ est absurdum. Absurdum enim est dicere eum, qui unum

A unum calculum amisit,amisisse decem,dicit. [Similes autem & hæ orationes] scilicet quæ dicentur [illis] scilicet quæ dictæ sunt. uidentur nam sicuti in illis erat fallacia figuræ dictionis, sic est in his, etiam quia ibi & hic est mutatio unius prædicamenti in aliud, ut patebit.ut uerbi gratia. [Vtrum quod quis habens postea non habet,amisit?] ita hæc est maior. Deinde assignat minorem,& dicit. [Nam unum solum amittens calculum, non habebit] postea [decem calculos,] & tamen prius habebat.igitur subaudi amisit decem.

An quod non habet quidem prius habens amisit. Quantum autem uel quot non habet,non necesse est tot amittere. Interrogans igitur quod habet,colligit in quot.nam decem aliquot. Si igitur dixisset a principio, si quot quis non habet, prius habens, putas ne amisit tot?nullus utique dedisset,sed aut tot,aut horum aliquid.

collígit συνάγει cōmutat cōgregat

B Soluit,& dicit.[An quod non habet quidem,prius habens,amisit.]nam amisit illud quo ad substantiam. [quantum autem,uel quot non habet] .s.decem, nā amittens unum calculum postea non habet decem, [non necesse est tot amittere,] quia non necesse est amittere decem,ex eo quia amisit unum calculum secundum substantiam. Sic igitur concedendum est aliquem amisisse quod nunc non habet,si prius habebat illud, sed non est cōcedendum eum amisisse tot, quot nunc non habet, dato ꝙ prius tot habuerit, puta decem.Non .n.si non habet decem, habens decem prius necesse est decem amittere. Deinde ostendit hoc sophisma peccare propter figuram dictionum, & dicit, [Interrogans igitur quod habet colligit] .i.cōmutat [in quot]& ita substantiam mutat in numerum, &
C quantitatem. [Nam] mutat in decem,quæ sunt [quot]& numerus,& quantitate,uel fortasse(ut Alexander monstrat) est mutatio qualis in quantitatem & numerum. Nam numerus uidelicet.decem quantitas est. Decima uero quale,quare habens prius decimam postea non habens si infertur amisisse decem, mutauit interrogans quale in quantum, & ideo licet amisit decimam,non tamen amisit decem,habet enim adhuc nouem,quia ut dixi si non habet decimam, nō necesse est decem unitates amittere. Et sic cum interrogauerit quale,infert quantum. Quare secundum figuram dictionis est hoc sophisma. Deinde docet respondere ad mutatam interrogationem, & prius proponit eā.& dicit. [Si igit̃ dixisset a principio,si quot quis non habet prius habens,putas ne amisit tot] ut
D si quis non haberet decem habens prius decem,amisit decem, docet ad hanc mutam interrogationem respōdere,& dicit [Nullus utique dedisset] .s.cum amisisse decem. [Sed aut tot] .s. fortasse tria uel duo, [aut horum aliquid] .i.aut aliquid decem partium,decem autem non.

6.par. *Et quoniam dabit aliquis quod non habet. Non enim habet unum solum calculum.*

Egidius sic componit, hic dat unum solum denarium, hic non habet unum solum denarium. igit̃ hic dat quod non habet. Alex.autem dicit sophisma esse tale,utrum dat aliquis quod non habet?non.Hic uero non habet unum solum calculum, & dat unum solum calculum.igitur dat quod non habet. Sed utraq; forma sophismatis peccat per ignorantiam elenchi. Quare potest sic componi, quicunque habens plures calculos dat unum solum calculum, dat quod non habet.Socrates habens plures calculos dat unum solum calculum, igitur Socrates dat quod non habet. Dat enim unum solum calculum, non habens utique unum solum, sed plures, dicit. [Et qm̃ dabit aliquis quod non habet,] etiam fieri potest paralogismus,cuius uim tangit,& dicit. Non enim habet unum solum calculum, & tamen subaudi aliquis dat unum solum calculum. ergo aliquis dat, quod non habet. E

An non dedit quod non habuit,sed ut non habuit,unum. Nā solum non quid significat,neque quale,neque quantum,sed ut se habet ad aliquid.ut quoniam non cum alio.

Soluit & uult consequentiam non ualere, quia ibi mutatur quid in ad aliquid, quia illud relatiuū quod importat substantiam,sed ipsum solum neque substātiam,neque quantum, neque quale, sed ad aliquid significat. Dicitur.n.aliquid solum,qm̃ non cum alio,dicit. [An non dedit quod non habuit.]Multa.n.habens,habebat & unum. Quare non dedit,quod non habuit [sed ut non habuit] subaudi dedit [unum] quia non habens unum solum, dedit unum solum. Sed dices nonne solum significat substantiam,respondet,& ostendit in dicto paralogismo substantiam mutari in ad aliquid, & dicit. [Nam solum non quid] id est substantiā[significat,neque quale,neque quantum,sed ut se habet] subaudi aliquid [ad aliquid].i. sed relationem,[ut qm̃ non cum alio]sed per se sine omni alio,esse autem non cum alio non est esse substātiam,sed ad aliquid. ergo mutatur ibi substantia in relationem. F

G

7.par. *Quemadmodum si dicat,putas ne quod non aliquis habet, dabit?non annuente autem,interroget si dabit quis aliquid cito, qd non habet cito? astruente autem, syllogizet,quoniam dabit quis quod non habet.*

Dilucidans assignatum sophisma, alterum accipit exemplum hoc, & formatur sic secundum Egidium, hic dat aliquid cito,& non habuit illud cito, igit̃ dat, quod non habuit.dicit. [Quemadmodum si dicat] id est defectus assignati paralogismi est,quemadmodū si opponens dicat. [Putas ne quod nō aliquis habet, dabit?non annuente autem] id est ipso respondente dicente ꝙ non,ulterius opponens [interroget si dabit quis aliquid cito, quod non habet cito, astruente autem,] & dicente quod ita,(nam contingere potest ut una dic, quis det, quod non habuit per decem annos) [syllogizet, quoniam dabit quis, quod non habet.] H

Et manifestum, quoniam non syllogizauit, nam cito non est quid dare,sed hoc modo dare.Quo autem modo non habet, dabit aliquis,ut quod delectabiliter habet,meste dabit.

Respondet,& dicit. [Et manifestum quoniam nō syllogizauit] .s. opponens,qm̃ uariauit medium. [Nam cito] .s.dare [non est quid] .i.substantiam [dare,sed est dare hoc modo.] Cito .n. modum donationis significat.uidelicet quō quis dat. non tñ quod non habet,aut quod habet. [Quo autem modo non habet,dabit aliquis, ut quod delectabiliter habet] & non meste, [meste dabit.] Patet igitur ibi mutari prædicamentum. Nam dare meste uel cito non est dare quid, & substantiam, sed est dare quomodo, & qualitatem.

I 8.par. 9.par. *Similes autem & hæ omnes, putas ne quam non habet, manu percutiet quis, aut quem non habet, oculo uidebit.* Non enim habet unum solum oculum.

Assignat adhuc duos alios paralogismos, quorum primus talis est, aliquis percutit una sola manu, & non habet unam solam manum: ergo percutit manu, quã non habet. dicit. [Similes autem & hæ omnes] quæ dicentur, quia peccant per eandem fallaciam. Et exponit primam, & dicit. [Putas ne quam non habet, manu percutiet quis?] hæc est conclusio paralogismi primi. Paralogismus uero talis, aliquis percutit una sola manu, & non habet unam solam manum. igiť percutit manu, quam non habet. Secundus est aliquis uidet uno solo oculo, & non habet unum solum oculum. igitur uidet oculo, quem non habet, dicit. [Aut quem non habet, oculo uidebit] hæc est conclusio, K deinde dat minorem, & dicit. [Non enim habet unũ solum oculum.] solutio horum ex dictis patet. nam in ijs, ut in alijs mutatur quid in ad aliquid. nam solũ non dicit quid, sed ad aliquid, & ita non percutit quis manu, quã non habet, sed quemadmodũ non habet. non hñs. n. unam solam, percutit una sola. Similiter & de oculo dicatur.

Soluunt autem nonnulli dicentes, ꝙ etiam habeat unum solũ & oculum, & aliud quodlibet, qui plura habet.

Nunc inducit solutiones aliorum, & primo eorũ, qui instant ad propositiones, & dicit. [Soluunt autẽ nonnulli dicentes ꝙ etiam habeat unum solum, & oculum, & manum, & calculum. [& aliud quodlibet qui plura habet.] & sic negant minorem in omnibus illis paralogismis. Dicebant. n qm̃ cum hoc quod aliquis habeat plures calculos, uel plures manus, uel plu L res oculos, habet unum solum calculum, uel manum, uel oculum.

calcu = lum ψηφὸν suffragiũ tessera. *Quidam autem & ut quod habet, accepit. Dedit. n. unum solũ hic calculum, & hic habet (dicunt) unum solum ab hoc calculũ. Accepit. n. ab hoc. ergo unum solum habet hic calculum.*

Nunc inducit solutionem eorum, qui instant ad conclusionem. Isti. n. negant aliquem percutere manu, quam non habet, & uidere oculo, quem nõ habet, & dicere calculum, quem non habet. dicit. [Quidam autem] subaudi dicunt [&] eum, qui [accepit] ita accepisse, [ut] is, qui dedit [habet] id quod dedit. uerba hæc obscura sunt, & sic, ut exposui, sunt legenda. Per ea. n. Arist. nihil aliud uult, nisi nullum posse manu pcutere, quam non habet. oculo uidere, quem non habet. uel calculum dare quem non habet. Et sic negant conclusiones. probant uero hoc ex eo, quia accipiens M nihil accipit, nisi quod dans habet. Sed accipiens accipit unum solum calculum, percutitur una sola manu, uidetur uno solo oculo. igitur dans habet unum solũ calculum, percutiens unam solam manum, uidẽs unũ solum oculum, dicit. [Dedit. n unum solum calculũ hic]. s. qui dat [& hic] qui accipit [habet]. i. recipit [dicunt, unum solum calculum ab hoc]. s. a donante [accepit. n.] subaudi qui habet [ab hoc] i. a donãte [ergo] (ut concludit) [unum solum habet hic]. s. donans [calculum.] Quare patet eum qui dat unum solum calculum habere unum solum calculum, & eũ, qui percutit una sola manu, habere unam solam manum, & eum, qui uidet uno solo oculo, habere unum solum oculum, negandæ igitur sunt conclusiones pp hanc causam. Quare negari debet, ut quis det calculũ, quem non habet, ut quis uideat oculo, quem non habet, ut quis percutiat manu, quam non habet, & sic N sunt pp hanc causam omnes conclusiones falsæ. Laborat autem Egidius assignare dñam inter primã, & hanc secundam solutiones, quod cum sit perspicuum, non opus est ut immoremur. Alex. n. hanc dñam assignat, ꝙ primi instent ad propõnes, secũdi uero ad cõclusiones. Cætera aũt Egidius suppleuit cum sua plixitate, ut solet.

Alij autem statim interrogationem interimentes, quia contingit quod non accepit, habere ut uinum accipientem suaue, si corrũpatur in acceptione, habere acre.

Egidius dicit hos tertios diluisse paralogismos per interemptionem maioris, sed dubitatur, quia isti tertij negant illam propositionem, utrum aliquis dat, quod non habet? & dicunt nullum dare, quod non habet. modo hæc non est maior. Nam captio hæc erat, hic O dat unum solum calculum, & non habet unum solum calculum. igitur dat quod non habet. Similiter hic pcutit una sola manu, & nõ habet unam solam manũ. igitur percutit manu, quam non habet, hic etiam uidet uno solo oculo, & non habet unum solum oculũ, igitur uidet oculo, quem non habet. Egidius, ut sibijpsi faueret, mutat captionem, nam uult, ut sic componatur captio, nullus dat, quod non habet, hic non habet unum solum calculum, igitur non dat unum solũ calculum, modo si hoc pacto captio fiat, dubio procul o bene dicit hos tertios instare ad maiorem. Sed pace Egidij dixerim, tunc oportet mutare in paralogismis conclusiones, quod uidetur absurdum. Nam Arist. & Alex. conclusiones in paralogismis semper easdẽ immutabiliter seruant. Preterea si mutentur concl'ones, tunc secundi non instetissent ad conclusionem, quare si ultimi obijcerent contra maiorem, secundi nõ obijcerent contra conclusionem, qm̃ mutata forma captionis, conclusiones non remanent eædem. Dicerem P igitur hos ultimos respondere ad conclusionem, ꝙ illa non sit absurda. Nam dare potest quis aliquid, qđ non habet. Potest. n. quis dare uinum acre, quod suaue habet. primi igitur negabant minorem, secundi ne gabant conclusionem, ultimi denique pro absurda cõclusionẽ non habebant, dicit. [Alij autem statim interrogationem] . s. quæ de conclusione fiebat, erant [interimentes.] Cuius causam assignat, & dicit. [Quia contingit habere, quod non accepit.] ergo a simili contingit aliquem dare, quod non habet. Quod autem aliquem contingat habere, quod non accepit, Q probat, & dicit. [Vt uinum accipientem suaue, si corrumpatur in acceptione, ut plerunque accidit contingit [habere acre.] ergo a simili contingit aliquem dare, quod non habet, nam dat uinum acre, & habebat suaue, quia in acceptione corrumpebatur. sic igitur perspicuum primos instetisse ad minorem, secundos autem ad conclusionem, tertios uero non habuisse pro absurda conclusionem, quam pro absurda habebant.

Sed quod dictum est & prius, hi omnes non ad orationem, sed ad hominem soluunt. Nam si esset hæc solutio, dantem oppositum non possibile esset soluere, quemadmodum & in alijs.

Refellit has solutiones Arist. asserens eas non esse rectas, sed ad hominem solum apparentes. Et hoc pponit, & dicit. [Sed quod dictum est & prius] cum loquebamur de recta & apparente solutione, ita est

nunc

A nunc dicendum,ꝙ [hi omnes non ad orationem] .s. recte,[sed ad hominem] .s.apparenter. [Soluant.] probat,quia si hæc eorum solutio esset recta,tunc aliquis dicens aliter,non posset recte soluere,hoc est falsum , quia superius aliter ad hos paralogismos est responsum,& quidem recte,ut uisum est. Igitur hæc eorum solutio non est recta.dicit.[Nam si esset hæc solutio]& accepit singulare pro plurali.i. nam si essent hæ rectæ solutiones , [dantem oppositum] .s.earum uel aliter dicentem[non possibile esset soluere.]probat consequentiam,quia sic est in omnibus rectis solutionibus,& hoc dicit . [Quemadmodum & in alijs] .s. rectis solutionibus. Qui n.diceret oppositum recte solutionis,uel aliter quam sit recta solutio, nunquam poterit recte soluere . Consequens uero relinquit pro absurdo ex eo,quia aliter prius solutum est ad pa-
B ralogismos,& quidem recte,non igitur hæ sunt rectæ solutiones .

Diffi= cultas expõis huius loci.

Vt si est quidem quod, est autem quod non, solutionem utiq; simpliciter dici,det,concludit.Si autem non concludit,non erit solutio.Et in prædictis omnibus datis non dicimus fieri syllogismũ .

Hunc textum nec ab Egidio inter Latinos non ignaro expositore, nec ab Herminio, qui Alexandrũ præcessit, nec ab Aspasio expositore clarissimo , nec ab Alexandro summo peripatetico,nec ab aliquo Iuniore iuueni bene expositum. Nec ego scio quid Aristoteles uelit dicere . Alexander.n. miscuit cœlum cũ terra,& eandem,nihil præclari tradit. Impossibile est autem, uel difficile, uerba Arist. intelligere,nisi ductu græcorum expositorum , pro intellectu tamen eorũ , quæ sentio de præsenti loco,sumatur syllogismum,in
C quo accipitur aliqua propositio multiplex,non concludere,quia est in quatuor terminis,& qui cõcludit , non habet multiplex , uult itaque (ut mihi uidetur) Arist. declarare,ꝙ recta solutio est qñ non potest aliter dici, qñ uero potest aliter dici , non est recta solutio,hoc.n. accepit in proximo textu,& nunc per qđdam simile declarat, & dicit. [Vt] si id,quod accipitur in syllogismo [est quidem quod] .s.est uerum, [est autem quod non] .s.est uerum.i.ut si id,quod accipitur in syllogismo est multiplex tale,ut in uno sensu sit uerum,in alio non uerum,& respondens [solutionem simpliciter dici det .] id est & ad tale multiplex respondeatur ꝙ est,aut uerum,aut falsum,hoc est per interemptionem, uel concessionem , sylls hñs tale multiplex[concludit]tanquam oratio syllogisti-
D ca, & responsio subaudi quæ datur per interemptionem,uel affirmationem est recta solutio. [Si autem] pro quia [non concludit] qm̃ habet multiplex,pp quod est in quatuor terminis, [non erit solutio] .s. recta.igitur recta est, quæ datur conuenienter ad syllogismum,ita ut aliter dari non possit. [&] subaudi quia [in prædictis omnibus datis] i.assignatis paralogismis, [non dicimus fieri syllogismum] quia oẽs habent multiplex,ideo recta solutio subaudi non erit simpliciter per interemptionem minoris , uel per interemptionem conclusionis,uel per concessionem cõclusionis. Nam aliter,ut dictum est,responderi nõ posset . Nescio tñ an hæc sit Arist. expositio , tu uero si melius habes, melius exponas . Nobis autem satis sit monstrasse locum. Volo tñ,ut scias hunc textũ mutilatum esse indicasse Alexandrum , cum dicit , alia autem scriptura habet sic . [Vt si est quidem. est uero non.] quod non dixisset,nisi in græcis codicibus scri- E
pturam haberent expositores mutillatam.

10. paralogismus.

Insuper autem et hæ sunt ex hmõi orationibus.Putas ne quod scriptum est, scripsit quis? Scriptum est autem,quoniam nunc tu sedes , falsa iam oratio,erat autem uera,cum scribebatur , igitur simul scribebatur falsa & uera .

Sophisma hoc,quod Arist. hic tradit supponit ꝙ aliqua oratio cum scribebatur , erat uera, scripta uero falsa,uerbi causa.hæc oratio,tu nunc sedes , dum scribebatur , erat uera, quia dum scribebatur, sedebas,ut ponimus per casum, scripta uero ac completa scriptura,falsa,quia uolo per casum ut mouearis, uel stes completa scriptura . Hac suppositione stante , sophisma erit tale,quod scriptum est,scripsit aliquis, scripta uero est oratio,qm̃ tu nunc sedes,quæ est falsa, erat autẽ uera hæc oratio,cum scribebatur.igitur eadem oratio scribebatur falsa,& uera. tenet consequentia , quia si F
scripta est falsa,prius scribebatur falsa , qm̃ omne qđ scriptum est,prius scribebatur,sicuti omne quod motum est,prius mouebatur. igitur omnis oratio scripta falsa,prius scribebatur falsa,& illa tu nunc sedes, dum scribebatur erat uera.igitur eadem oratio erit uera & falsa . Quare potest paralogismus etiã esse hoc pacto. Hæc oratio,tu nunc sedes,cum scribebatur,erat uera. & hæc oratio cum scribebatur,erat falsa. Nam scripta est falsa,igitur prius scribebatur falsa, quia (ut dictum est)nihil scriptum est falsum,quin prius scribebať falsum.igitur hæc oratio cũ scribebatur,erat falsa, quare eadem oratio uera & falsa .

Nam falsam , aut ueram orationem, uel opinionem esse, non hoc sed quale significat . eadem.n.oratio,& in opinione.

Egidius intelligit solutionem , qm̃ quod scriptum G
est, scripsit quis , sed non quale scriptum est , scripsit quis. Non enim oportet,si oratio scripta est falsa, ut scribens scripserit eam falsam . Nam scripta est falsa, quia sedens non amplius sedet , sed stat uel mouetur . dicit. [Nam falsam,aut ueram orationem, uel opinionem esse,non hoc] .i.substantiam [sed quale significat.]& sic licet omne quod scriptum est scripserit qs, non tñ quale scriptum est.s.uerum uel falsum scripsit quis. Alexander autem per illud pronomen hoc intelligit quantum. Quare sophista interrogationem faciens in quanto,cum dixit, utrum quod scriptum est, scripsit quis,mutauit in quale. Cum .n.aliquis interrogauerit,utrum quod scriptum est,hoc aliquis scripsit, interrogauit in quanto,postea intulit in quali. Nam falsum & uerum non hoc.i.quantum,sed quale significat,scriptum autem quantum , qm̃ significat orationem,aut syllabam,aut dictionem,quæ sub quanto re- H
ducuntur.qñ uero sophista infert,in quali infert. Falsum.n.& uerum qualia sunt,quia dixit falsam aut ueram orationem,uel opinionem,ne quis crederet paralogismum intellectum esse de oratione, & non de opinione,dicit.[Eadem.n.oratio].i paralogismus[& in opinione] esse potest,qui factus est in oratione, nam siquis dum opinaretur aliquid,opinio esset uera. Eo autem cessante opinari,opinio esset falsa,posset sic cõfici paralogismus,illud de quo opinio est opinabatur quis,sed de falso est opinio . igitur falsum opinabatur quis,& opinabatur uerum.igitur eadem opinio simul uera & falsa. Vtrum autem uerũ & falsum sint qualitates orationis,ut Arist. & Alex. supponunt,non est præsentis indagationis .

I *Et putas ne quod discit discens, hoc est, quod discit? Discit autẽ aliquis quod est tarde, celeriter. non igitur quod discit, sed ut discit, dixit.*

11. paralogismus. Hic paralogismus ab Alexandro per interrogationem sic componitur, ut Arist. dicit. [Et putas ne qđ discit] aliquis [discens hoc est, quod discit?] ita. [discit autem aliquis quod est tarde, celeriter,] nam fieri potest, ut quis discat quercum, quæ tarde perficitur, [celeriter.] igitur aliquis tarde & celeriter discet, qđ est falsum respondet, & dicit. [Non igitur quod discit, sed ut discit dixit] peccant ergo sophistæ, nam interrogant in quanto, & inferunt in quali. Cum. n. dicitur ꝙ discit, celeriter discit, non dixit quod discit, sed ut discit, & ita uult Egidius, ut mutetur quid in quale, uel quid in quando. Nam celeriter uno modo potest dicere tempus, alio modo põt dicere modum K quendam. Alex. ꝙ mutent quantum in quali. & omnibus modis bene dicitur.

12. paralogismus pessundat πατεῖ calcat pagrat *Et putas ne quod ambulat aliquis pessundat. Ambulat autem totam diem.*

Hic est duodecimus paralogismus, qui sic componitur. [Et putas ne quod ambulat aliquis, pessundat?] ita. [Ambulat autem totam diem.] igitur pessundat totam diem hic est paralogismus.

An non quod ambulat, sed quando ambulat, dixit.

Respõdet in hoc paralogismo mutari quid in qñ. nam quod ambulat, quid dicit, cum uero dicitur, ambulat autem totam diem, ipsum totam diem qñ dicit, & hoc ait. [an non quod] id substantiam & quid [ambulat] dicit, cum dixit totam diem, [sed quando ambulat, dixit.] quia non ambulat totam diem, sed in tota die.

L *Nec cum cyphum quis bibat, quod bibit, sed ex quo.*

13. paralogismus cyphũ κυλικα crateram. Decimustertius paralogismus est hic, quem Alexã. sic componit, utrum quod bibit quis, illud bibit? ita. bibit autem crateram. igitur bibit crateram. Alij sic, putas ne quod quis bibit liquor est? ita. Cyphum aũt quis bibit. cyphus igitur liquor est. aut sic, putas ne quod quis bibit, hoc intrat in uentrem? ita. Cyphum quis bibit. igitur cyphus intrat in uentrem. Respõdet Arist paralogismum nihil concludere. Nam cyphum bibere non est quod bibere, sed ex quo, quia quod bibit, ex cratera, uel cypho est, & sic mutatur quid in ubi.

14. paralogismus. *Et putas ne qood quis sciuit, hoc inueniens uel discens sciuit. Quorum autem hoc quidem inuenit, illud autem didicit, ambo hæc neutrum.*

Decimusquartus paralogismus est hic & supponit M ꝙ aliquis duo scierit, alterum per inuentionem. s. per semetipsum considerando, alterum per doctrinam traditam ab alijs Tunc componitur syllogismus sic, omne quod quis sciuit, uel inueniens, uel discens sciuit. Socrates sciuit hæc ambo. ergo uel didicit hæc ambo, uel inuenit. Consequens est falsum, quia hæc ambo, nec inuenit, nec didicit, non. n. hæc duo didicit, qm̃ alterum tantum didicit, nec hæc duo inuenit, quia alterum tantum inuenit. Si igitur hæc ambo, nec didicit, nec inuenit, nullum eorum sciuit, dicit. [Et putas ne quod quis sciuit, hoc inueniens uel dicens sciuit?] ita. [Quorum autem hoc quidem inuenit illud autem didicit, ambo hæc neutrum] .i ambo hæc, nec inuenit, nec didicit. igitur ambo hæc non sciuit, & sciuit, igiť eadem sciuit, & non sciuit. Vnde paralogismus breuis est, quod quis sciuit, aut inuenit, aut didicit. Hæc ambo, nec inuenit, nec didicit. igitur in secũda figura N hæc ambo non sciuit, sed positũ est ꝙ hæc ambo scierit alterum per inuentionem, alterum per doctrinam quare redargutio est.

An quod quidem omne, hæc autem non omnia.

Alexander exponit solutionem, & asserit paralogismum peccare quia mutat quale in quãtum, & ego hanc expositionem nescio uerbis applicare. Melius autem dico peccare paralogismum, quia mutat singulare in plurale. In singulari. n. uerum est [quod quidem omne,] subaudi quod quis sciuit, aut per inuentionem, aut per doctrinam sciuit. In plurali autem nõ est uerum, non. n omnia, quæ quis sciuit, per doctrinã sciuit, aut per inuentionem, ut patet per casum paralogismi, & hoc dicit. [An quod quidem omne] subaudi quod quis sciuit, aut per inuentionem, aut p doctrinam sciuit [Hæc autem non omnia,] sed non in O plurali, quia non omnia sciuit, aut per inuentionem, aut per doctrinam. Animaduerte tñ uerba hæc in nostro græco codice legi corrupte.

15. paralogismus. *Et quoniam est quis tertius homo a se, & ab unoquoque.*

Decimusquintus paralogismus cõponitur ab Egidio, & a cæteris qui eum sectantur, hoc pacto, Socrates est tertius ab homine. ipsemet est homo. igitur Socrates est tertius ab ipsomet, uel a se. & ꝙ sit a quolibet tertius, quia Socrates est tertius ab homine. Callias est homo. igitur tertius a Callia, & ita de quolibet alio Sed isti non intellexerunt hunc paralogismum. & ideo secundum Alexandrum, paralogismus est talis, cum dicitur. homo ambulat, certum est, quia nõ dicimus ideam hominem ambulare. Nam illa est immobilis nec aliquem singularium, qm̃ nullum cognoscimus. At hominem ambulare cognoscimus. quis uero singularium sit, non cognoscimus alium igitur aliquẽ P præter hoc tertium hominem dicimus ambulare. Tertius igitur homo erit, de quo ipsum ambulare prædicamus, dicit. [Et quoniam est quis tertius homo a se, & ab unoquoq;.] etiam paralogizatur per hoc quia cum dicitur homo ambulat, non nisi tertius a se & ab unoquoque ambulat.

Nam homo, & omne cõmune, nõ hoc aliquid, sed quale quid, uel ad aliquid, uel aliquo modo, uel hmõi aliquid significat.

Solutio est, quoniam homo & omne cõmune non hoc aliquid significat, sed tale. Similitudo enim est singularium (ut exponit Alexander.) non enim quod in singularibus uidetur, & in eis habens essentiam, substantia est quædam, & alterum præter illa. Non igitur Q tertius homo, dicit [Nam homo, & omne cõmune] uniuersale [non hoc aliquid] scilicet substantiam [sed quale quid] quantum ad substantiam.] uel ad aliquid,] quantum ad relationem [uel aliquo modo] quantum ad qualitatem, [uel huiusmodi] aliquid] quantum ad alia prædicamenta [significat,] non autem substantiam, & hoc aliquid quoniam similitudo est singularium. igitur nec tertium hominem.

16. paralogismus. *Similiter autem & in hoc, coriscus & coriscus musicus, utrũ idem an alterũ? Nam illud quidem hoc aliquid, hoc autem quale quid significat. quare non est idem exponere.*

Egidius hic signat alium paralogismum, & erit secundum hoc decimussextus paralogismus, quem sic componit, coriscus est alter a corisco musico. Coriscus est

A est coriscus musicus. ergo coriscus est alter a se. Melius autem cum Alex. dico, hoc quod Arist. de corisco musico dixit, ad monstrandum, q̄m non est tertius homo, acceptum esset, ut quasi dicat. quemadmodum musicus coriscus alter existens a corisco, non est per se, nec essentiam habet propriam, q̄m non est hoc aliquid & substātia, sed tale & quale, nec homo, cum dicitur homo ambulat, (& si alteri sit ab idea, & ab unoquoque homine) erit per se, quasi tertij hoīs afferens essentiam, dicit. [Similiter autem & in hoc] est dicendum, ut dictum est de homine in illa propōne, homo ambulat & exponit, quid uelit in hoc, & dicit. [Coriscus & coriscus musicus, utrum idem, an alterū, nam illud quidē] .s. coriscus [hoc aliquid significat, hoc autem] .s. musicus coriscus [quale quid sigñat: quare
B non est idem] .i. coriscum musicum [exponere.] .i. dare ut aliquid per se, & essentiam propriam habens. non.n. est hoc aliquid, & substātia, sed & tale, & quale. igitur nec est dare hominem tertium, licet in illa ꝓpositione homo ambulat, homo sit alter ab idea, & ab unoquoque homine determinato, quia est quale, & similitudo.

Exponere autem non facit tertium hominem, sed idipsum quid esse concedere. Non.n. erit hoc aliquid esse, quod callias, & quod homo est.

Remouet dubium, nam dictum est exponere esse per se accipi, & propriam essentiam habere, igitur exponere hominem a singularibus hominibus est facere tertium hoīem. Dubitaret igitur aliquis, utrum exponere facit tertium hoīem. respōdet & dicit, licet sit (ut dictum est) tñ [exponere] .i. numerari singulares
C homines, & alterū ab illis dicere subaudi in illa propositione homo ambulat, [non facit tertium hoīem, sed idipsum quia esse cōcedere] facit tertium hoīem, q.d. non ualet consequentia, homo exponitur .i. numeratur & dicitur alter a singularibus hominibus. igitur est tertius homo. Sed oportet addere, ꝙ dicatur alterum, & ipsum quid esse. bene tñ potest sequi capiēdo exponere pro per se esse, ut superius accepit. Sed sumendo exponere, pro dici alterum a singularibus hominibus. non ualet. Superius igitur cum dictū est, [quare non est idem exponere] accepit exponere, ꝓ per se esse, & propriam hr̄e essentiam, quasi postea se corrigens, dicit exponere hominem non est facere tertium hoīem, nisi cum hac additione, ꝙ id quod exponit̄ quid esse concedat̄, quod non est in casu. nam hō cōis est quale quoddam, quia similitudo singularium. Et hoc probat & lege sic more Alex. [Non.n. erit,
D & quod homo est, hoc aliquid esse quod callias,] sed quale quid. Est enim similitudo (ut dictum est) singularium.

Neque si quis expositum non idem quod hoc aliquid esse dicat, sed id, quod quale, quicquam refert. Erit.n. præter plures unū quid, ut homo.

Remouet hic aliam dubitationem, quæ talis est, dato ꝙ expositum non dicat ipsum hoc aliquid esse, sed id, quod quale. utrum detur pręter singularia aliquod cōe? Respondet ꝙ sic, uerum illud cōe non erit quid ipsum, sed quale quid, & similitudo quædam singularium, quæ licet sit alterum quid a singularibus, tñ nō est per se, sed in ipsis singularibus existens, dicit. [Neque si quis expositum non idem quod hoc aliqd esse dicat, sed id, quod quale quicquam refert] ad ponendum præter singularia aliquod cōe. [Erit.n. ꝑter E plures] .s. singulares homines [unum quid] .s. ul'e, [ut homo] qui licet non sit ipsum quid ipsum, est tñ quale quid, & commune.

Manifestū ergo, quoniā non dandū hoc aliquid esse, quod cōiter prædicatur de omnibus, sed aut quantū, aut quale, aut ad aliquid, aut aliquid talium significare.

Ex ijs concludit uniuersam solutionem quasi epilogando, & dicit. [Manifestum ergo, q̄m non dandū hoc aliquid esse, quod cōiter prædicatur de oībus,] & ita non est dandum tertium esse hoīem. Non.n. quod cōiter prædicat̄ de omnibus, est substantia, [sed aut quantū, aut quale, aut ad aliquid, aut aliqd taliū. s. decem ꝓdicamentorū.] Loquit̄ aūt sub disiunctione, qa illud cōe (ut Alex. inquit.) est quoddā quale, quia sil'itudo singulariū. Tu uero uelim non ignores Egid. nō recte paralogismum hunc decimūquintū intellexisse, F ideo expōnem horum textuum scire non potuit, laborauit aūt extra textus multa dicens inutiliter, ut consideranti patet.

Omnino igitur in ijs, quæ propter dictionē sunt orationibus, semper per oppositum erit solutio quam propter quod est oratio. Vt si propter compositionem oratio est, solutio diuidendo. Si autem propter diuisionem, componendo. Rursum si propter accentum acutum, grauis erit solutio. Si uero propter grauem, acutus.

Consonum mihi est, ut textus sit potius illatiuus, q̄ aduersatiuus. Nam postquam Arist. speciatim determinauit de solutione paralogismorum, qui fiunt secū dum fallacias inductione, in præsenti parte per uiam consequentiæ determinat gñatim de solutione eorūdem, ut prōptiores nos reddat ad illorū solutionem. Et primo docet gñatim (ut dixi) soluere paralogismos, qui fiunt secundum compōnem & diuisionē, & G secūdum accentū, quos uocat ꝑ excellentiā paralogismos secundū dictionē, non ꝙ alij non sint secundū dictionē, sed q̄m isti sunt ita ex parte dictionis, ut nulla rōne sint ex parte rei. Alij aūt licet sint scd'm dictionē, quia tñ hn̄t nō nihil ex parte rei, ut 1. lib. patuit, ideo hos ꝑ quandā excellentiā uocat scd'm dictionē, & dicit. [Oīno igitur] .i. gñatim. igit̄ in ijs orōnibus, & paralogismis, [quæ ꝑꝑ dictionem sunt, semper per] oppositū [erit solutio q̄ ꝑꝑ quod est oratio] .i. paralogismus [ut si ꝑꝑ compōnem orō] .i. paralogismus [est, lolo] erit [diuidendo] hoc est per diuisionem. [Si aūt] paralogismus [erit ꝑꝑ diuisionem, solutio erit [componendo] .i. per compōnem, [rursum si] paralogismus erit [ꝑꝑ accentum acutum,] accentus [grauis erit solutio] .i solutio erit per accentum grauem .i. circunflexum, per grauem.n. (ut Alex. inquit) H ubique circunflexum intellexit, ut est ου marcesit pluuia? nam ου idest ne si habet accentum grauem, interrogans est, & non negans, si accentum acutū est negans. [Si uero] paralogismus est [ꝑꝑ grauem] .i. circunflexum, solutio erit accentus [acutus] .i. per accētum acutum.

Si autem propter æquiuocationem est. oportet oppositum nomen dicendo soluere, ut si animatum accidit dicere, negando non esse, manifestum, quoniam est inanimatū. Si aūt inanimatū dixit, hic animatum syllogizet, dicendum, quoniam est inanimatum. Similiter autem & in amphiboliam.

Nunc docet generatim soluere paralogismos, qui ex æquiuocatione sunt, & dicit. [Si autem propter ęquiuocationē] subaudi [est] paralogismis, [oportet

I oppositum nomen] .s.in opposito sensu [dicendo nomen soluere.] Deinde tangit quendã paralogismum,& dicit. [Vt si accidit] respondenti [dicere] esse [animatũ,] id de quo interrogabatur in maiore, opponens [negando] & dicendo in minore [non esse] animatum subaudi. [Manifestũ q̃m est inanimatum] id quod sumit̃ in minore,& ita inanimatũ erit animatũ in conclusione, ut si interrogatio esset, utrũ docens [animatũ est,] diceres uero ita,deinde opponens sumeret inanimatum docere,hoc pacto,sed liber docet.igit̃ animatus est liber, & est inanimatus, quare redargutus,& hoc dicit. [Vt si animatum accidit] .s. respondenti [dicere,] utputa cũ concedit illam maiorem decens est animatũ,opponens uero [negãdo] & dicendo [nõ esse] .s.animatum in minore,quia dicit, ꝙ liber sit docẽs,ꝙ inanimatus est. [Manifestũ q̃m]
K in minore id quod sumitur, [est inanimatum,] quia sumitur liber, qui est inanimatus docere. Quare ex his erit consequens ꝙ inanimatum sit animatum. Docuit respondere, & dixit esse dicendum ꝙ in minore non inaĩatum .s. liber docens dixi, sed præcepto, qui animatus est. Sil'r econuerso faciendum est, nam si interrogaret̃,utrum docens animatum est,& diceres nõ. Deinde dicat. At Plato docet.animatũ igitur docens, dic ꝙ in libro docens dixi, cũ negaui animatum docere,dicit. [Si aũt inanimatum dixit] docere,cum negauit respondens illam utrum docens animatum est? [hic aũt] .s.opponens [syllogizet animatũ] cũ accipit Platonẽ docere, [dicendum q̃m est inanimatũ,] nam in libro docens dixi, cum negaui animatum docere. [Sil'r autem] dicit est [in amphibolia] intelligẽdum, fuit autem mihi hic textus pobscurus, nec Egi-
L dius eum intellexit, quoniam non legit commentaria Alexandri,Alexander enim laborauit circa hunc textum,& non clare exposuit. Expositio tamen sua est, ut diximus.

Si autem secundum similitudinem dictionis, oppositum erit solutio. Vt putas ne quod non habet,dabit aliquis? An non quod non habet,sed ut non habet,ut unum solum calculum. Putas ne quod scit aliquis discens,uel inuenies scit? Attamen non quæ scit, & si quod ambulat,pessundat? non tamen quando. Similiter autem & in alijs.

Nunc docet soluere generatim paralogismos, qui sunt secundum similitudinem dictionis,& dicit. [Si autem secundum similitudinem dictionis] fuerint paralogismi [oppositũ erit solutio.] & repetit exẽpla, & dicit. [ut] si sophista proponat. [Putas ne q̃d non habet,dabit aliquis?] r̃ndet,& dicit. [an non q̃d non
M habet,sed ut non habet, ut unum solũ calculum,] & tñ non habet unum solum calculum. Assignat secundum exemplum,& dicit. [Putas ne quod scit aliquis, discens uel inueniens scit? Attamen non quæ scit.] quasi dicat,oportet soluere ꝙ sic, quoniã illud quod scit,didicit,aut inuenit,sed non quæ scit,didicit. non enim dixit interrogans,quæ quis scit,didicit,aut inuenit,sed singulariter quod quis scit,didicit,aut inuenit. Assignat tertium exemplum,& dicit. [Et si quod ambulat,pessundat?] dic ita [non tamen quando.] non enim pessundat tempus,in quo ambulat. [Similiter autem & in alijs.] nam nunquam est concedendum aliquid in illo sensu,in quo fit redargutio,sed in sensu opposito, siue in alio sensu, in quo non fit redargutio. Hæc de paralogismis in dictione, qui fuerunt tempore Aristotelis. ¶Nos uero nonnul- N
los alios gratia maioris doctrinæ mouebimus. Quo- 1.Sop.
rum primus est,hodie emisti carnes crudas, posito ꝙ heri emeras crudas carnes, hodie uero comedas bene coctas.tunc probo sophisma,quicquid heri emisti, hodie comedisti. Sed tu heri crudas carnes emisti.igitur hodie comedisti carnes crudas. Contra uero improbatur. quia quicquid hodie comedis, illud bene coctum comedis per casum, igitur non crudas carnes.
¶Secundum album hodie uides,posito quod heri uideras omnia quanta alba, hodie non uideas alba, sed eadem quanta.& probo quantumcunque uidisti heri hodie uides,album uidisti heri. igitur album hodie uides. Improbatur per casum,nam heri uideras omnia quanta alba, hodie uero uides illa quanta omnia, & non alba.igitur hodie non uides album. ¶Tertium Sop.2.
tu eris cras aliquid, quod hodie non es, posito quod hodie & cras sis idem nullo pacto in substantia mutatus,sed in albedine, probatur. tu hodie non es albus, & tu cras eris albus. ergo tu eris cras aliquid, quod hodie non es. Improbatur,quia quicquid cras eris per casum hodie es. ¶Quartum quicquid a Socrate est auditum, illud est probatum a Platone, dato ꝙ Plato proferat hanc, nullus homo est equus, & Socrates non audiat primam dictionem, sed residuum .s.homo est equus,& nihil plus audiat. Tunc probatur sophisma,quia a Socrate est audita hæc oratio,homo est equus,& nihil plus per casum. Et illa oratio est probata a Platone, etiam cum alia uoce. igitur quicquid est auditum a Socrate, illud est probatum a Platone. Improbatur uero quia a Platone non est prolatum falsum, sed uerum, sed a Socrate auditur falsum, scilicet homo est equus. igitur a Socrate est auditum,quod a Platone non est prolatum. ¶ Diluuntur omnia hæc, quoniam unum prædicamentum mutatur in aliud. Et hæc cognoscitur, quando sub distributiuo unius prædicamenti sumitur terminus alterius prædicamenti. Hinc diluitur primum, quia in eo mutatur quid in quale, quoniam sub ipso quicquid, quod est distributiuum prædicamenti substantiæ, non debet accipi terminus prædicamenti qualitatis, sed terminus eiusdem prædicamenti,ut sic dicatur,quicquid emisti,comedisti, carnes emisti. ergo carnes comedisti. nec debes accipere carnes crudas, uel coctas, quia tunc assumitur terminus de prædicamento qualitatis. ¶Contra obijcit sophista, quia ipsum quicquid distribuit pro omni ente.igitur potest sub illa distributione accipi terminus cuiuscunque prædicamenti. unde iste est bonus syllogismus,quicquid est aliquid, illud est ens. crudum est aliquid. ergo crudum est ens. Diluitur quoniam ipsum quicquid distribuit pro omni ente, quatenus omne ens est substantia secundum rem, uel secũdum modum,aliter autem non,& ideo cum dicitur crudum est aliquid,ille terminus crudum,licet non sit substantia secundum rem,est tñ substantia secundum modum. Diluitur etiam secundũ pp eandem causam, quia in eo mutatur quantũ in quale.nam ipsum quãtumcunque est distributiuũ quantitatis. Insuper pp eandem rationem diluitur tertium, quia etiam mutatur quale in quid,sed sic deberet conclusio inferri.igitur eris cras talis, qualis hodie non es. Diluitur quoque propter similem causam sophisma quartum.

nam

A nam ibi mutatur quid in quale, quia sub distributiuo de prædicamento substātiæ accipitur terminus.s.ipm
5.Sop. falsum de prædicamento qualitatis. ¶Quintū sophisma, qñcunque fuit homo, homo fuit omni illo tpe omni tpe fuit homo. igitur homo fuit omni illo
6.Sop. tpe. ¶Sextum est, omne quod ab aliquo differt, differt ab illo, Socrates ab homine differt. igitur Socrates differt ab homine. Suppositionistæ dicunt hæc non ualere. bene enim quandocunque fuit homo, fuit omni illo tempore homo, non tamen homo fuit omni illo tempore, quia mutaretur suppositio (ut dicunt) confusa, in determinatam, similiter nec ualet secundum, bene enim omne quod ab aliquo differt, ab illo differt, non tamen quod ab aliquo differt, differt ab illo, quia ibi mutatur suppositio determinata in confusam distributiuam. Peripatetice
B tamen loquendo omnes illæ essent distinguendæ. nam si homo capitur eodem modo in prima & secunda, concedenda est, quia in prima capitur uniuersaliter & secundum speciem, nam semper fuit homo secundum speciem, si ita etiam in secunda intelligat, concedenda est. At si in prima accipitur secundū speciem, & in secunda homo capit secundum particularē hoīem, neganda est, quia nullus hō particularis est oī tpe. Silr modo de scda dicendū, nā si intelligit oē qd a particulari hoīe differt, differt ab illo hoīe particulari, uera est, sed si intelligitur omne quod a particulari homine differt, differt ab homine uniuersaliter, falsa
7.Sop. est. Verum de his in ludicris satis diximus. ¶Septimum sophisma homo est species, probatur auctoritate Porphyrij, qui sæpe dicit hominem esse speciem, &
C animal esse genus, & probat per definitionē speciei, quia homo prædicatur de pluribus.s.Socrate, & Platone numero differentibus in eo qd quid igit homo est spēs. Improbat, quia si hō est spēs, aut idea est spēs aut aliquis particularis hō, aut tertius hō alius ab idea, & ab unoquoque hoīe non idea, quia illa est substantia indiuisibilis, q̄ de nullo prædicat nisi de seipsa, non particularis hō, qa nullus particularis homo est spēs. igitur tertius homo est species, hoc aūt est improbatū. Alex. dixit cōem & ulem hominem esse speciem, qui nec est idea, nec tertius homo, nec particularis aliquis homo, sed similitudo quædam particularium hoīum, quæ est qualitas secundum essentiam, sed secundū repræsentationē est substantia. hanc similitudinē in mēte dicunt conceptum, in uoce uel scripto terminum. Suppositionistæ dicunt in illa propōne homo est species, φ homo accipiatur materialiter pro illo termino
D homo, non autem personaliter. Sed dices, quæ est contradictoria illius, homo est species. ut homo accipitur materialiter, dicendum φ est illa, non homo est species. modo homo sumatur materialiter. Sed dices nonne ualet hanc, nullus homo est species, dico, φ ualet hanc nullus terminus, homo est species, quæ (quia est
Sophis. ultim. falsa,) illa erit uera, homo est species. ¶Vltimum sophisma, genus est in plus quam generalissimum. probatur, quia prædicatur uniuersaliter de generalissimo, & non conuertibiliter. Omne.n. generalissimum est genus, & non econuerso. Improbatur, quia omne genus est generalissimum, uel subalternum, & neutrū est in plus q̄ generalissimū. igit nullū genus est in plus q̄ gn̄alissimum. Diluit quia mutat quale in qd, uel terminus in personā. nā cū dr genus est in plus q̄ generalissimum uerū est sumendo genus p termino, sed pro E
persona non est ita, sed generalissimū est in plus. Hęc sufficiant.

¶De paralogismis accidentis.

Ad illas uero, quæ propter accidens, una quidem in ipsis solutio est ad omnes. Cum.n. indeterminatum sit, quando dicendum de re, cum aliquid accidenti insit, & in quibusdam quidem uidetur, & dicunt, in aliquibus autem non dicūt necessarium esse, dicendum ergo conformantes similiter ad omnes, quoniam non est necessarium uerum habere oportet, & proferre.

Transit nunc ad paralogismos, qui fiunt secūdum accidens, & docet qūo oportet hos soluere, & dicit. [Ad illas uero] orationes paralogisticas, [quæ] sunt [propter accidens, una quidem in ipsis solutio est ad omnes.] Hoc autem (ut Alexander inquit) dicit mordendo quosdam afferentes solutionem quandam talibus sophismatibus, non quidem omnibus eādem, F
nec talem, quæ soluat omnes paralogismos, qui secundum accidens sunt. Deinde ostendit causam, quare ad omnes tales sit una solutio assignanda, & quæ sit illa solutio, & primo accipit non esse semper determinatum, utrum quod accidenti inest, insit rei, quę accidenti subijcitur, uel quod rei ipsi accidenti, & dicit. [Cū enim indeterminatum sit,] quando quod inest accidenti sit [dicendum de re,] quæ accidenti subijcitur, & qñ non, & econuerso quando quod rei & accidenti. Et assignat causam, quare non sit semper determinatum, & legendum est &: pro qm̄, & dicit. [Qm̄ in quibusdam quidem] subaudi accidentibus [uidetur] ita esse, ut quod accidenti inest, rei insit, & econuerso [& dicunt] ita esse, φ id quod accidenti inest, insit rei, uerbi causa (ut Alexander exponit) bisyllabū quidem dr de albo, & uerificatur ēt de equo, cui accidit album. Quare uerum erit in his concedere has pp̄ōnes, ut utrum hic est equus? ita. Vtrum equus albus? ita, hic igitur albus. Et quid album bisyllabū? ita. G
Equus igitur bisyllabus, in his itaque uerum quod de accidente.s. albo dicitur, ut bisyllabum, & de equo dici. [In aliquibus autem non dicūt necessarium esse,] quod accidenti inest, rei inesse. Non enim in Socrate uerum. non enim si Socrates albus, album autem bisyllabum, & Socrates bisyllabus, quia igitur hæc sic se habent, nec determinatum est utrum quæ insunt accidenti insint rei. id est subiecto, nec contra quod rei, accidenti. nam aliquando sic, aliquando uero non, ideo dicit. [Dicendum igitur conformantes similiter ad omnes] .s. orationes paralogisticas. [quoniā non est necessarium,] quod accidenti inest, & rei inesse, nec contra quod rei, accidenti, qm̄ (ut dixit) in H
quibusdam quidem casu contingit, in quibusdam uero, immo in maiore parte non contingit. Addit, & quasi dicat, licet ita sit, [uerum] hoc est tñ [habere oportet,] s. hanc solutionem in promptu, quæ est, qm̄ non est necessarium, quod accidenti inest, rei subiectæ in esse, & non solum oportet hoc hr̄e, sed [& pferre οἷον.i.ut, uel qūo, ut exponit Egidius, non concludunt de necessitate. & per exempla (quę posterius dn̄r,) monstrabit. Alexander exponit οἷον, id est quale. sicut in minos Platonis accipitur. Sunt autem illius uerba, hæc. lex nobis quid est οἷον, id est quale. & uult dicere [uerum habere oportet, & proferre quale] scilicet accidēs est, & quale subiectum, & qūo non oportet qd accn̄ti inest, subiecto inesse, nec cōtra.

I Attentione dignum, paralogismos secundum accñs nonnullos esse, in quibus proceditur ab eo, quod rei accidit, ad accñs. ut coriscus est ueniens, coriscũ cognosco. igitur cognosco uenientẽ, nõnullos aũt, in quibus contra ab eo, quod accñti accidit, ad rem, ut albũ bisyllabum cygnus albus, igiť bisyllabus. Arist. igitur in sequentibus paralogismis procedit ab eo, quod rei accidit, ad accidens.

Sunt autem omnes hmõi orationes pp accidens ut putas ne scis, quod debeo te interrogare?

Nunc assignat paralogismos, qui peccant secundũ accidens in quibus (ut dixi) procedit ab eo, quod rei accidit, ad accidens. & Egidius sic cõponit, tu nosti bonum, uolo aũt te interrogare de bono. igiť nosti quod

K uolo te interrogare. Alij sic tu scis quatuor paria esse. id autem debeo te interrogare. igitur scis quod debeo te interrogare. Alex. uero aliter componit, & legit textum. [Sunt autem omnes hmõi orationes pp accidens] .s. peccantes, [ut putas ne scis, quod debeo te interrogare,] hoc est sophisma, & paralogismi cõclusio, non respondebis. paralogismum contra hoc reliquit nobis considerandum. qui talis est, utrum scis uirtutem esse honestum? ita. Hoc autem debeo te interrogare. scis igitur quod debeo te interrogare.

Age cognoscis ne uenientem, aut coopertum?

Deinde tangit secundum sophisma. & dicit. [Age cognoscis ne uenientem, aut coopertum?] hoc est sophisma, siue quæsitum sophisticum, quod est cõclusio paralogismi, respondebis ad hoc sophisma non, uenientem quidem non, quia procul, coopertum uero minime, quia obtectum, reliquit uero nobis paralogismum improbatiuum, qui talis est, nonne patrem

L tuum cognoscis? ita. qui autem uenit, & qui coopertus est, pater tuus est. cognoscis igitur uenientem, & coopertum. Alexander sic proponit, utrum scis uenientem, & coopertum? non. Deinde ablata coopertura, & quid scis hunc, ita. eundem igitur scis, & non scis.

Putas ne statua tuum opus est?

Nunc tangit tertium sophisma, & dicit. [Putas ne statua tuum opus est?] hoc est sophisma, & conclusio, ad quod respondebis ꝙ non. Sed improbatur. nonne statua opus est? ita. nonne tua? ita, opus igitur tuum est statua, sed tamen non est. nam phidiæ est.

An tuus canis pater?

Hic tangit quartum sophisma, & dicit. [An tuus

M canis pater?] hoc est sophisma & conclusio, ad quod respondebis quod non. Sed improbatur sic. utrum canis pater est? ita. utrum tuus est? ita. tuus igitur canis pater.

Sunt ne paucies pauca, pauca?

Hic tangit quintum sophisma & dicit. [Sunt ne paucies pauca, pauca?] hoc est sophisma, ad quod respondentur ita. Improbatur uero, quia centum ad decem milia sunt paucies pauca. centũ igitur pauca, sed tñ & multa sunt. Egid. uero somniauit alium paralogismum, de quo non est curandũ, & de paucis, & multis alio modo paralogismos componunt, qui ad Chrysippum mittantur.

Manifestum. n. in omnibus his, quoniam non necesse est, quod de accidente dicitur, & de re uerum esse. Solum. n. ijs, quæ secundum substantiam sunt indifferentia, & quæ unũ sunt, omnia uidentur eadẽ inesse. bono aũt, non idem est bonũ esse, & uenturũ esse interrogare. Neque uenienti, aut cooperto, & uenientẽ esse, & coriscũ. Quare non si cognosco coriscũ, ignoro aũt uenientem, eundem cognosco & ignoro. Neque si hoc est meum, est aũt opus, meum est opus, sed possessio, uel res, uel aliud quippiam eodẽ autem modo & in alijs. N

Nunc Arist. docet soluere, nolo tamen ignores, in his paralogismis non esse unum peccatum duntaxat, sed plura, omnes. n. ultra fallaciam accidentis peccant contra ignorantiam elenchi, quoniam peccant contra rationem syllogismi. cum nullus seruet syllogisticam figuram, Aristoteles tamen docet eos soluere quantũ ad peccatum illud, quod est secundum fallaciam accidentis, nam istud nunc est ad suum propositum. Cætera autem peccata patebunt in alijs fallacijs. dicit igitur. [Manifestum enim in omnibus his] .s. sophismatibus, [quoniam non necesse est, quod de accidente dicitur, & de re] .s. subiecta [uerum esse,] nec cõtra quod de substantia subiecta, de accidente, utrũque. n. O hoc Arist. intelligit, licet de uno tantum loquatur. exponit autem ea, in quibus uerum est, & dicit. [Solum enim ijs, quæ secundum substantiam sunt indifferentia, & quæ unum sunt, omnia uidentur eadem in esse] per quæ dat intelligere, in quibus uerum est, quod alicui inest, oportet subiecto illi inesse, & uult hoc esse intelligendum in his, quæ secundum substantiam nõ differunt, & quæ sunt unum, aut subalternatim ut animal, & homo, aut conuersim ut homo & rationale. Homo enim & bos secundum substantiam non differunt, non tamen secundum substãtiam sunt unum, & ideo non oportet, quod homini inest, boui inesse. At quod animali inest, oportet homini inesse, & quod rationali etiam homini. Tũc soluit, & dicit. [Bono aũt, P non idem est bonum esse, & uenturum esse interrogare.] accidit. n. bono, ut cognitum a te, cadere sub interrogatione. Est igitur solutio ꝙ non est idem uirtutẽ bonum esse, & deberi interrogari, si est bonum. Sed ipsi existenti bono accidit interrogari, si est bonum, ideo non ualet. tu scis bonum hoc. uidelicet. uirtutem esse bonum, uel librum physicorum esse bonũ. & debeo te interrogare de eo igitur scis quod debeo te interrogare. sic igitur illi rei, quæ est uirtus est bonum, accidit sciri, hoc autem non oportet, ut insit accidenti, quod dicitur de re illa. s. debenti dubitare. Deinde diluit secundum, & dicit. [Neque uenienti, & cooperto] idem est, [& uenientem esse & coriscum,] quasi dicat in ijs omnibus medium ipsum diuersificari, quia accidit corisco, qui est cognitus, ut sit ueniens, uel coopertus, qui non cognoscitur, ut est ueniens, uel co- Q opertus. [Quare non si cognosco coriscum, ignoro autem uenientem, eundem cognosco, & ignoro eundem] intelligas sub eadem ratione. Re enim uera eundem cognosco & ignoro, sed non sub eadem ratione, quia non est idem, ut stat sub cognitione, & ut est ueniens, & ideo uim habet duorum terminorum, sic igitur licet accidat corisco cognosci, non uidelicet. ut inscit uenienti. Deinde diluit tertium, & dicit. [Neque si hoc est meum, est autem opus,] sequitur ergo [meum est opus. sed] sequitur, ut mea sit [possessio, uel res, uel aliud quippiam] meum. nã sicuti accidit statuę esse meum, sic accidit cani esse tuũ, & quia non oportet quod rei accidit, accidenti accidere. ideo non oportet, si statuæ accidat esse meum,

ut

A ut accidat operi nec oportet si cani accidit esse tuũ, ut accidat patri.[eodem autem modo & in alijs.] accidit.n.ipsis centum esse paucies pauca, non.n.in eo ꝙ centum sunt. Sunt paucies pauca, immo semper pauca, quare non oportet ut paucies insint paucies pauca. Non.n.quod rei.s.centum accidit, accidenti.s. paucis accidit, formaliter itaque primum diluitur, cōcedendo, uirtutem esse bonum, id esse, de quo debeo dubitare, & concedendo uirtutem esse bonum, esse cognitum. Non tñ pp hoc sequitur id de quo debeo dubitare esse cognitum, quia nō oportet, quod subiecto inest, accidenti inesse, nec contra, & sic non oportet, ut si cognitio insit illi, quod est uirtutem esse bonũ, ut insit debenti dubitare, qm̄ futurũ dubitare, & uirtutem esse bonum, non sunt secundum substantiam

B indifferentia, & secundum substātiam unũ, sed alterũ alteri accidit. Silr diluitur secundum, cum concedēdo te cognoscere coriscum, & coriscum esse uenientem, non tñ sequi, ut cognoscas uenientem. Non.n.oportet, si cognitio inest corisco, ut insit uenienti, qm̄ coriscus & ueniens, nec sunt secundum substantiam indifferentia, nec unum, sed alterum alteri accidit. Simili modo diluuntur alia, quia.n.accidit statuæ esse tuũ, non oportet ut accidat operi esse tuum, ut est opus, quare non sequitur, statua est opus, statua est tua. igit tuum opus, quia nō oportet quod accidit rei.s.statuæ accidat accidenti.s.operi. Insuper quia accidit cani esse tuum, non oportet ut accidat pr̃i esse tuũ. ideo nō sequit, canis est pr̃, canis est tuus. igitur tuus pr̃, quia non oportet quod rei.s.cani accidit, accidenti.s.patri accidere, & de paucis simili ratione.

C *Soluunt autem quidam interimentes interrogationem. Dicũt enim contingere eandem rem cognoscere, & ignorare, sed non secundum idem. Venientem igitur non noscentes. Coriscum autem noscentes, eundem quidem cognoscere & ignorare dicunt, sed nō secundum idem.*

Cum Arist. assignasset propriam solutionem, & q̃dem ueram, nunc assignat solutionem aliorum, qui asserebant id, quod pro absurdo concluditur, non esse absurdum, id autem quod pro absurdo concludebat, erat eundem cognoscere & ignorare. dicunt modo isti hoc non esse absurdum, & dicit. [Soluunt autem quidam interimentes interrogationem.] id est absurdum, quia dicunt non esse absurdum, quod concludunt pro absurdo, quia nullum absurdum est, si coriscum scimus, & non scimus. [Dicunt enim eandem rem cognoscere, & ignorare, sed non secũdum idem, uenientem igitur non noscentes, coriscum autem noscentes, eundem quidem cognoscere & ignorare di-

D cunt, sed non secundum idem.] quoniam secundum aliud scimus, & secundum aliud ignoramus. Scimus enim coriscum, quo est coriscus, ignoramus uero, quo est ueniens.

Attamen primum quidem (quemadmodum iam diximus) oportet earum orationum, quæ pp. idem sunt, eandem esse solutionem. Id autem non erit, si quis non in cognoscere, sed in eo quod est esse, aut aliquo modo se habere, idipsum, quod approbant. sumat (ut si hic est pater, est autem tuus) nam tametsi in quibusdã id uerum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tamen hic nihil commune habet quod dictum est.

Obijcit Arist. contra solutionem horum, & utitur syllogismo hypothetico a destructione consequentis, hoc pacto, si hæc esset solutio conueniens paralogismos, qui peccant per fallaciam accidentis, posset dari ad omnes paralogismos, qui peccant secundum hanc fallaciam. destruitur consequens, sed hæc non potest dari ad eos, in quibus propositiones accipiuntur secundum esse, igitur non est solutio conueniens, dicit. [Attamen primum quidem] quod est contra hanc solutionem, [quemadmodum iam diximus] superius est, quoniam [oportet earum orationum.] scilicet paralogisticarum, [quæ propter idem sunt,] id est quæ peccant propter eandem fallaciam, [eandem esse solutionem.] Hæc est hypothetica, & maior, quam probauit Alexander exemplo eorum paralogismorum, qui peccant secundum ęquiuocationem, uel amphiboliam, uel aliam fallaciam in dictione. Omnes enim una & eadem soluuntur solutione. Deinde destruit consequens, ut inferat oppositum antecedentis, & dicit. [Id autem non erit.] id est sed in quibusdam paralogismis huius fallaciæ hæc solutio non adaptabitur. Addenda est conclusio, scilicet igitur non est conueniens solutio. probat minorem & ostendit quomodo quædam orationes sunt, quibus non conuenit hæc solutio, & dicit, nō conuenire hãc solutionem [si quis non in cognoscere, sed aut in eo, quod est esse, aut] in eo, qd' est, [aliquo modo se hr̃e] .i. uel in aliquo alio uerbo faciat paralogismum. Nã si fecerit paralogismum in alijs uerbis, quam cognoscere, & ignorare, solutio hæc assignata non cōueniet. Si .n.a sophismate tollemus ipsum scire, & posuerimus ipsum est, solutio nullo pacto cōueniet, & ppea dicit. Si igitur in paralogismis huius fallaciæ non [idipsum quod approbant].s.scire & ignorare [sumat] opponens, sed esse. uerbi gratia dicendo, [ut si hic est pater, est autem tuus.] ergo canis pater tuus. solutio illa nō habebit locum. Alex. ponit exemplum in Glaucone Platonis fratre, qui Glaucon non solum frater erat Platonis, sed etiam erat pater propriorum filiorum. Habebat enim filios. fiat ergo interrogatio. utrum o Plato Glaucus tuus est? ita. Vtrum Glaucus pater est? ita Glaucus igitur o Plato tuus pater est. Ad hoc igitur sophisma quonam modo assignata solutio locum habet, non.n.ad hoc dici potest, qm̄ hunc quidē scio, & ignoro secundum aliud, & aliud. Scit.n.ambo Plato, & ꝙ sit pater Glaucus, & ꝙ ipsius Platonis sit frater. [Nam tametsi in quibusdam id uerum est, & contingit idem cognoscere, & ignorare, tñ quod dictum est] ab his, [hic nihil habet cōmune] cum alijs paralogismis. non igitur conueniens est hæc solutio.

H *Nihil autem prohibet eandem orationem plures uitiositates habere. Sed nō omnis peccati manifestatio solutio est. Nã possibile est ostendere quempiam, ꝙ falsum quidem syllogizauerit, pp quid autem non ostendere.* uitiositates μοχθηρίας occasiones fallendi.

Remouet hic contra dicta unam tacitam q̃onem. nam dici posset solutionem superius assignatam esse optimam, quia manifestat falsum. Manifestat.n.id, qd' putabat absurdum, falsum esse quod sit absurdũ. ergo est optima solutio. Cōtra obijcit Arist. & dicit. [Nihil autem prohibet eandem orationem] .s.paralogisticam [plures uitiositates habere, sed non omnis peccati manifestatio, est] paralogismi, [solutio.] Et assignat causam, & dicit. [Nam possibile est ostendere quempiam] scilicet respondentem ꝙ opponens [falsum quidem syllogizauerit, propter quid autem]

E F G

I falsum syllogizauerit,[non ostendere.]si.n.in secunda figura ex duabus affirmatiuis aliquis concludat hominem esse equum,non sufficit respondenti monstrare hoc falsum esse, sed & causam dicere, q. uidelicet. falsum illatum sit pp figuræ modum, non bene syllogizatum. Egidius disputat Arist. non dixisse eandem orationem habere plures causas fallendi, sed plures occasiones. & asserit eum sic dixisse,quia falsitatis una est causa. sed occasiones plures. Sed hoc,quod Egid. dicit,consideratione dignum non tñ necessarium, nã uerbum uitiositates græce est μοχθηρίας,quod magis sonat deceptiones,seu flagitia, modo non oĩs deceptionis manifestatio,est solutio. Sed ea,quæ monstrat causam,propter quam decipit opponens.

K *Vt Zenonis orationem,quoniam non est moueri,quare & siquis conetur colligere,ut ad impossibile peccat,& si milies syllogizet.non.n.est hæc solutio.Nam erat solutio manifestatio syllogismi falsi propter quid falsus.Si igitur non syllogizauit, quamuis aut uerum aut falsum conetur colligere, illius manifestatio est solutio.*

Assignat Arist.ad id,quod dictum est exemplum, quod est tale. dicebat Zeno non esse motum, siquis igitur eniteretur soluere orationem illam, inferendo impossibile posita Zenonis ratione,peccat. Non.n. soluit paralogismum,si.n.dixerit, ego quidem o Zeno esse motum dico,si hoc quidem est falsum, uerum erit,quod tu dicis non esse motum. sit igitur hoc, & supponatur non esse motum,nec moueri. Tunc argumentor,si non est motus,nec moueri,nec unde fit moueri,erit. Si ita hoc est,nec sol ab ortu in occasum mouebitur,nec ab occasu in ortũ.& si non hoc,nec dies, nec noctes erunt,quod est impossibile,& si hoc est impossibile,falsa erit o Zeno tua oratio,& impossibilis.

L Qui igitur sic syllogizat,etiam si ad innumera impossibilia ducet,positionem quidem Zenonis refellit,orationem autem,qua probauit non esse motum,nõ soluit.Erat autem Zenonis oratio,syllogismus hypotheticus sic,si motus est, oportet infinita pertransire,sed infinita non possunt pertransiri. non igitur est motus. Maior patet,quia non potest motus esse, quin ptranseantur omnes partes continui,supra quo fit motus,quæ sunt infinitæ.dicit igitur Arist. [ut Zenonis orationem,qm̃ non est moueri,] non est subaudi soluere,per hoc quia respondens monstrauerit illam falsum & impossibile,syllogizare, propterea concludit. [Quare & siquis conetur colligere] .i. syllogizare

M [ut ad impossibile].i.ducendo ex conclusione Zenonis,atque ex ratione illius ad impossibile,[peccat].s. contra præcepta solutionis. [& si milies syllogizet] semper ducendo ad impossibile. [Non.n.hæc] id ratio ducens ad impossibile[est solutio].s.paralogismi,qui.n.ducit ad impossibile,non soluit. Cuius causam dicit. [Nam erat solutio manifestatio syllogismi falsi,]assignando causam & id, [propter quid est falsus,] ppea dicit. [Si igitur] Zeno [non syllogizauit,] utputa quia peccauit contra rationem syllogismi,[quamuis aut uerum,aut falsum]Zeno per suam rationem [conetur colligere] atque syllogizare.[illius] .s. quia peccauit contra rationem syllogismi, [manifestatio est solutio.] Ex hoc loco accipitur illud cõe uerbum,argumentari contra rationem nõ est eam soluere, & si ad mille milia absurda respondens dixerit.

N *Fortasse aũt & id in quibusdã nihil prohibet accidere.Verum in his,nec hoc uidebitur. Nã & coriscũ quoniam coriscus,& uenientem,quoniam ueniens,cognoscit.*

Recte dicit Egidius Arist.refellere assignatam solutionem,ostendendo illam non facere ad propositum, & dicit. [Fortasse autem & id] .i.idem cognoscere, & ignorare [nihil prohibet accidere.uerum in his] scilicet paralogismis propositis, [nec hoc uidebitur] accõmodabile. [Nam] in dictis paralogismis accipit, qm̃ aliquis [cognoscit & coriscum,qm̃ coriscus,] & concluditur q cognoscit [& uenientẽ,qm̃ ueniens.] Si.n.dictus paralogismus monstraret. qm̃ cognosco coriscum, & ignoro uenientem, forte haberet locum hæc solutio,quæ asserit fieri posse,ut idem non secundum idem sciatur,& ignoretur, sed quia dictus paralogismus accipit, qm̃ cognosco coriscum, & concludit, qm̃ cognosco uenientem, non ostendit, qm̃ coriscus est notus,& ignotus, sed solũ,qm̃ est notus, tam quo O est coriscus,quam quo est ueniens,& quia non ostendit idem esse notum & ignotum,ideo solutio(quæ asserit fieri posse, ut idem non secundum idem sit notũ & ignotum)non erit ad propositum. Alexã.assignat tres expositiones,quarum duas(qm̃ non placent)prætermitto. Tertia est,q in quibusdam nihil prohibet dicere idem scire,& ignorare, secundum aliud tamen, & aliud. At in ueniente,& corisco nõ habet locum illud,qm̃ respondens & scit uenientem, qm̃ uenit, & coriscum qm̃ est coriscus,& sic non idem scit, & ignorat,dicit. [Fortasse autem & id].s.idem scire & ignorare [in quibusdam nihil prohibet accidere,] ut dictum est.[Verum in his.]scilicet corisco,& uenięte, [nec hoc uidebitur.] scilicet accidere. [Nam] respondens [& coriscum cognoscit,qm̃ est coriscus,& P uenientem] cognoscit, [qm̃ ueniens.] Non.n. coriscum cognoscere aliud est, quam cognoscere coriscum qm̃ est coriscus, nec cognoscere ueniętem aliud est quam cognoscere uenientem,qm̃ est ueniens. sicuti cognoscere album nihil aliud est quam cognoscere album, quoniam est album. Et quia respondens cognoscit utrunque scilicet coriscum,qm̃ coriscus est, & uenientem, qm̃ est ueniens, solutio illa in his non habet locum,quia in his non reperitur quod scitur,& ignoratur.

Contingere autem uidetur idem cognoscere, & non, ut quoniam album quidem cognoscere,quoniam autem musicum, non cognoscere.Sic.n.idem cognoscit,& non cognoscit,sed non secundum idem.Venientem aũt & coriscum,& quoniam ueniens,& quoniam coriscus,cognoscit.

Q Cum demonstrasset idem non secundum idẽ scire & ignorare non habere locum in corisco, & uenięte, ostendit in quibus habet locum, & postea redit ad ostendendum, qm̃ non habet locum in corisco, & ueniente,ut prius dixerat,dicit. [Contingere autem uidetur idem cognoscere & non]subaudi in his,de quibus dñr diuersa prædicata, [ut qm̃ album quidem] uidetur [cognoscere, qm̃ autem musicum, non] uidetur [cognoscere, sic.n.] in his, quibus insunt diuersa accidentia,[idem cognoscit] aliquis [& non cognoscit,sed non secundum idem.] Deinde redit ad propositum,& dicit. [Venientem autem & coriscum,& qm̃ ueniens,& qm̃ coriscus,cognoscit].s. respondens,ideo in his illud, quod dictum est, locum non habet. Quare solutio non erit ad propositum.

Ex

A De recta solutiõe. ¶ Ex ijs patet quæ sit recta solutio. Est.n.quæ uniuersalis est omnibus syllogismis, qui sunt secundum idem genus deceptionis. & quæ manifestat falsitatis causam, nõ.n.sufficit dicere syllm esse falsum, uel non cõcludere, nisi assignetur causa falsitatis, & quæ est ad propositum, & ad casum paralogismi, & quia soloni assignatę a ueteribus hæc omnia desunt, fit, ut nullo pacto sit recta.

Similiter aũt peccant, & qui soluunt, quoniam omnis numerus & multus & paucus est, ut ij, quos diximus. Nam cũ non conclusum sit, id omittentes, uerũ cõclusum esse dicunt. Omnia.n.esse & multum & paucum dicentes, peccant.

Vltimum sophisma fuit, centum sunt paucies pauca. Centum uero sunt pauca. igitur pauca sunt paucies pauca. Hi igitur respondent non esse absurdum pauca esse paucies pauca, & multa. nam numerus qui ad minorem est multus, ad maiorem est paucus. Vt B centum ad quinquaginta est numerus multus, ad mille autem paucus. dicit Arist. [Similiter autem peccant, & qui soluunt, qm̃ omnis numerus & multus & paucus est, ut ij quos diximus,] qui. uidelicet. dicebãt non esse absurdum idem sciri, & ignorari. nam ut solutio illorum nõ erat uniuersalis ad omnes paralogismos eiusdem fallaciæ, sic nec solutio istorum est uniuersalis ad omnes paralogismos huius fallaciæ. Deinde dat secundam causam, quare isti peccant sicuti illi, & est, quia cum sophisma illud concludat, non demõstrant causam, quare non concludit. Debebant.n.dicere illud, ideo non concludere, quia non oportet qđ rei accidit, accidere accidenti, & ita licet ipsis centum accidant paucies pauca, non oportet ea accidere ipsis paucis, dicit. [Nam cum non conclusum sit].s.quod C pauca sint paucies pauca, eo quia oratio asyllogistica est, [id omittentes].s.exponere (non.n.exponunt causam, quare non concludit.) [Verum cõclusum esse dicunt.] nam dicunt idem esse multum & paucum. non ostendentes causam, quare sophisma non concludit. [Omnia.n.dicentes] & soluentes [esse multum & paucum, peccant] quia siue uera, siue falsa sit conclusio, cum paralogismus non concludat, non declarant causam quare non concludit.

Quidam aũt & duplici soluunt syllogismos, ut quoniam tuus est pater, aut filius, aut seruus.

Hic assignat tertiam uiam soluendi. uerum ante dictorum manifestationem oportet scire (ut Alexã. inquit) hæc sophismata, quæ nunc Arist. exponit, ad sciẽ D tes dirigere. Supponit.n.eos, qui locum hunc legunt, scire hæc sophismata. hoc itaq; sophisma, huius filius est, sic concludebant. utrum iste filius est? ita. Vtrum iste huius est? ita. Huius igitur filius est. hoc autẽ falsum est, quia est seruus. Si autem respondens sciret hunc esse seruum Glauconis, & nõ filium, interrogãs sic interrogaret. utrum iste filius est? ita. Vtrum iste Glauconis est? ita. Filius igitur Glauconis est, & non seruus alius, utrum iste est pater? ita. nam est pater ꝓpriorum filiorum. utrum iste est tuus? ita. Est.n.seruus tuus. igitur tuus pater. Alius utrũ iste est seruus? ita. quia Glauconis. utrum iste est tuus? ita quia filius. igitur tuus seruus. Arist. igitur ad scientes faciebat has interrogationes, hoc itaque supponens Arist. inducit tertiam uiam soluendi, & dicit. [Quidam autem & duplici soluũt syllogismos,] & intelligit per duplex, æquiuocationem, & amphiboliam. Dicunt.n.utrum E iste est huius, esse duplex, & ꝙ seruus sit huius, & ꝙ filius huius. Similiter illa duplex, iste filius est huius, qa aut Glauconis, aut generantis ipsum. Egidius autem dicit omnes hos modos soluendi respexisse ad conclusionem, nam primi soluebant conclusionem interimendo. secundi eam concedendo. ultimi uero conclusionem distinguendo. Alex. uero hos ultimos putat respexisse ad propositiones, ut patet per ea, quę dixit hic. & hoc puto esse exquisitius dictũ. exponit Arist. quos syllogismos soluunt duplici per exemplum, & dicit. [Vt qm̃ tuus est pater, aut] quoniam tuus est [filius, aut] quoniam tuus est [seruus.] Omnes enim hos paralogismos soluunt (ut dictum est) ipso duplici.

Attamen manifestum, quoniam si eo, quod multipliciter dicitur, appareret redargutio, oporteret nomẽ, uel orationem proprie esse plurium. Hunc aũt esse huius filium, nemo dicet proprie, si dominus est filij. Sed pp accidens compositio est, putas ne est hoc tuũ? sic. Est aũt hoc filius, tuus igitur filius, quia accidit & tuũ esse, & filium, sed non tuum filium. F

Refellit hanc respondẽdi uiam, & primo facit hoc, & dicit. [Attamen manifestum, qm̃ si eo, quod multipliciter dicitur, appareret redargutio].i. si redargutio assignata esset paralogistica pp multiplex.s. propter æquiuocationem, uel amphiboliam, [oporteret nomen].s. aliquod, quod in eo poneretur,] uel orõnem esse plurium].s. ęque primo, & proprie significatiuã, sicuti est hoc nomen canis. Canis.n. (qm̃ est de numero eorum, quæ multipliciter dñr) proprie ac æque primo, & principaliter dicitur & de terrestri, & de cœlesti. [Hunc autem esse huius filium] demonstrato seruo alicuius dñi, [nemo dicet proprie, si dñs est filij.] G & quia hæc est simpliciter falsa, ideo non potest illa oratio plura significare. unde (ut recte Alexã. inquit) si hæc oratio hic huius, est duplex, filius & dñi erit filius, & patris, & pater serui pater, & filij, sed cum filius non dicatur dñi, sed patris & seruus non dicatur pris, sed dñi nec dñi & patris significatiuũ, (quod est hoc, hic huius) duplex erit. Similiter & in seruo dñi. Quod autem non dicatur dupliciter, manifestum. nullus.n. seruus huius filium proprie dicet, si illum eius seruũ cognoscit, & non filium. ergo patet illam orationem, (quæ fuit altera paralogismi propositio) hic est huius, non esse duplicem. Deinde redit ad id, quod dixerat, & exponit illum paralogismum peccare secundum accidens, & dicit. [Sed pp accidens compositio est,] & non pp æquiuocationem, uel amphiboliam, quod H declarat iterum paralogismum conficiendo, & dicit, [putas ne est hoc tuum,] uel est hoc huius? [sic] dicendum, & ita habetur minor. [hoc autem est filius.] Hæc est maior, componatur itaque totus, hoc est filius, hoc est huius, siue tuum. Igitur in tertia figura huius, uel tuus est filius. Assignat causam & dicit. [quia] ei, quod demonstratur per hoc [accidit. & tuum esse, & filium.] Accidit enim seruo, uel cani, qui demonstratur per hoc, tuum esse, & filium. [sed non] accidit [tuum esse filium.] Propterea quia illa duo accidunt eidem, quoniam non oportet quod rei inest scilicet cani, uel seruo, cui accidit tuum esse, accidere accidenti scilicet filio, qui accidit seruo, uel cani.

I *Et esse aliquid malorum bonum, nam prudentia est disciplina malorum, uerum hoc esse horum, non dicitur multipliciter, sed possessio.*

Egidius asserit Arist. id, quod dixerat contra tertiã uiam, nunc cõfirmare per locum a maiore, hoc pacto, magis contra duplex peccare uidetur paralogismus cõcludens quoddam bonum esse malorum quam concludens canem esse patrem tuum, uel tuum filium, sed iste non peccat secundum duplex igitur nec ille. Aristoteles igitur secundum Egidium primo exponit paralogismum, qui concludit quoddam bonum esse malorum. Deinde exponit non esse peccatum in illo secundum duplex. Melius autem cum Alex. ego dicerẽ Arist. per aliud exemplum monstrare assignatos syllogismos non pp duplex peccare, sed pp accidens. Non enim in uerbis Arist. potest colligi hæc ratio per locũ
K a maiore, nisi supplementum sit plusquam textus. Egidius etiam sic componit paralogismum, prudentia est disciplina malorum. Prudentia est quoddã bonum. igitur quoddam bonum est malorum. Alex. uero sic, utrum scientia malorum? ita. Nam mala sunt scibilia. Sed prudentia est scientia. igitur prudentia est malorum, & sic prudentia erit aliquid malum. Sed pace Alex. dixerim, sophisma hoc pacto formatum non potest uerbis Arist. applicari, ut consideranti patet. Melius ergo cum Egidio uidetur esse dicendum, Aristotelem primo tangere conclusionem paralogismi, q̃ est sophisma. i. quæsitum sophisticum, & dicit. [Et esse aliquid malorum bonum,] hæc est conclusio, deinde tangit maiorem, & dicit. [Nam prudentia est disciplina malorum.] Addit minorem, sed prudentia est aliquid bonum, igitur aliquod bonum est malorum.
L Ad hoc autem dixit quosdam soluisse duplici, nã hoc esse horum, uel prudentiam esse disciplinam malorũ duplex esse dicunt. Contra uero hoc Arist. inquit. [Verum hoc esse horum,] ut prudentiam esse disciplinam malorum, [non dicitur multipliciter, sed] dr̃ uno modo tantum. s. [possessio.] Quemadmodũ. n. locus iste Atheniensium existens, non dr̃ multipliciter, sed possessio, aut seruus, ut dictum est, sic nec prudentiam esse disciplinam malorum, multipliciter dr̃. omnibus. n. patet non esse quoddam malum prudentiam. nemo. n. malum ipsam dicens proprie loquitur. Quare nec erit malorum. s. de numero malorum, nec erit malorum. s. possessiue. Sed dicetur malorum ut scientia scibilium, quia de scibilibus, circa accidens igit̃ & hoc, & non circa duplex, quia. n. accidit prudentiæ esse disciplinam malorũ, & accidit prudentiæ esse qđ-
M dam bonum, ideo non oportet quod accidit prudentiæ. s. esse disciplinam malorum, accidere accidenti, scilicet cuidam bono, & ita nõ erit quoddam bonum malorum.

sed quoniam. sed quoniam. *Quod si fortasse multipliciter? nam & hominem animalium dicimus esse, sed non possessionem aliquam, & si quid ad mala dicitur, ut aliquorum, propter id malorum est. Sed non hoc malorum, propter id igitur, quod aliquo modo, etiam simpliciter apparet.*

Sed hic Arist. remouet dubium, quia hoc huius est multiplex, nam dicimus hominem animalium esse, qa animal, & prudentiam malorum, quia malorum regulatrix, & scientiam scibilium, quia de scibilibus, dicit Arist. hæc omnia dici posse secundum quid, proprie tamen & simpliciter hoc esse huius, non dicitur nisi possessiue, & sic in illis paralogismis non erit peccatũ secundum duplex. Nam duplex significat æque primo, ac proprie omnia sua significata. Sed erit pct̃m secundum accidens, ut dictum est, dicit. [Quod si fortasse] hoc esse horum uel huius dicatur [multipliciter, nam & hominem animalium dicimus esse,] subaudiendum est secundum Alex. etiam non bene dñt. Et assignat Arist. causam, ubi Alex. [sed] legit causaliter, hoc pacto, [q̃m non possessionem aliquam] ipsorum animalium dicemus hominem esse. q. d. licet dicatur homo animalium, quia est animal, non tñ dicit̃ simpliciter esse animalium, q̃m non est illorum possessio, ut pyreus, & tynegra sunt possesiones Atheniensium. [Et si quid ad mala dicitur, ut aliquorum.] Veluti prudentia ad mala, ut illorum regulatrix, subaudi non [pp id malorum]. s. simpliciter. Cuius causam assignat, & legatur [sed] causaliter sic, [q̃m nõ hoc malorum] . s. possessio est. dicitur igitur hoc esse horum multifariam, aut quia de numero illorum, ut homo animalium, quia est animal, aut quia aliquo modo se habet illa saltem, ut regularium, & sic est prudentia malorum, quia illorum regulatiuum, tñ unum solum significatum est principale, cum dicitur hoc esse horum possessiue, ut pyreum, & tynegram Atheniensium, & q̃m unum solum significatum est principale, non põt illa oratio hoc est horum, esse multiplex, nec pp æquiuocationem, nec pp amphiboliam, quia (ut dictum est) tam æquiuocum quam amphibolum sua significata dicit æque primo simpliciter & proprie. Tunc ex his concludit sophismata assignata esse facta secundum accidens, & non pp duplex, & dicit. [pp id igitur qđ aliquo modo]. i. pp id igitur, ꝙ illa oratio, hoc est huius, dicitur multipliciter secũdum quid, & aliquo modo. (nam hoc esse huius, quia de modo illius, uel quia aliquid illius, est secundum quid, & aliquo modo dicitur illius.) [etiam simpliciter] secundum. s. fallaciã accidentis apparet, hoc est etiam simpliciter peccat secundum accidens. Nam illa multiplicitas est secundum quid. & non simpliciter, & ideo non tollit fallaciam illorum esse in accidente. Egidius uero exponit alio modo, & quod dicit, non est intelligibile. N O P

Et quanquam contingit fortasse bonum esse aliquid malorũ dupliciter, non tamen in oratione hac, sed magis si aliquod mancipium fuerit bonum mali. Verum fortasse, neque sic. Non. n. si bonum est, & huius, bonum huius simul.

Remouet dubium circa dicta, quia uidetur illa oro hoc est horum, multiplex, hæc. n. oratio statua est malorum ipsa existens bona est duplex, aut quia malum quoddam est statua, aut quia scit mala: Obijcit tñ hãc duplicitatem non possumus dicere in oratione illa, prudentia est malorum, q̃m prudentiam esse malorũ, non est, nisi uno modo. s. quia illorum regulatrix. dicit. [Et quanquam contingit fortasse bonum esse aliquid malorum dupliciter,] ut in statua, & diuitijs & sanitate, [non tñ in hac oratione] . s. prudentia est malorum. Prudentiam. n. esse malorum dicitur uno modo tm̃. s. regulatiuum. Addit. [Sed magis] multiplicitas est. [si aliquod mancipiũ fuerit bonum mali]. i. sed multiplicitas magis est in hoc sophismate bonum est mali. Supponit autem Arist. hoc sophisma esse notum, ideo non assignauit illius paralogismum. Est autem paralogismus talis, hoc mancipium est mali, hoc mancipium est bonum. igitur bonum mali. In Q

A hoc itaque paralogismo erit multiplicitas, quia mancipium dici bonum est dupliciter, aut quia eius nomē est bonum, unde sicuti Plato est proprium nomē hominis, qui dicebatur Plato, sic esse potest, ut nomen ꝓprium alicuius mancipij sit bonum, & sic mancipium potest dici bonum, uel quia eius proprium nomen est bonum, uel quia morali uirtute est præditum, igit̃ illa conclusio, bonum est mali, erit duplex, uel quatenus mancipium, quod nuncupatur bonus, uel bonū, dicitur bonum mali, uel quatenus mancipium uirtute præditum est mali, & per malum Alexā. uitiosum dn̄m intelligit. Dicit Arist. non pp hoc esse fallaciam multiplicis, sed accidentis, quia licet esse mali insit mācipio, non tn̄ oportet, ut esse mali insit bono, quouis modo mancipium dicatur bonum. Non. n. quod rei inest, accidenti oportet inesse. ideo dicit. [Verū for-
B tasse nec sic] .s. cōmittitur fallacia multiplicis, sed accidentis, [non. n. si] mancipium [est horum] quouis modo sumendo bonum, hæc est minor [&] est [huius]. s. mali, hæc maior est, sequetur ut [simul] sit bonum huius. s. mali, quia nō oportet quod inest rei, inesse accidenti illius, & sic non oportet, si esse mali accidat mancipio, ut esse mali accidat bono. Contingit. n. accidere, & non accidere. igitur hic erit potius fallacia accidentis.

Insuper neque hominem dicere animalium esse dicitur multipliciter. Non. n. si interdum aliquid significamus auferentes, id dicitur multipliciter. nam & dimidium dicentes uersus da mihi, illiada significamus, ut iram pande dea.

Acceperat hæc non esse multiplicia. uidelicet. hoc est huius, homo est animalium, nunc probat, ex eo qa nulla oratio est multiplex, qn̄ in ea omittitur aliquid notum, quia licet uideatur multiplex, non tn̄ est mul-
C tiplex, qm̄ semper subintelligitur illud notum, quod in ea omittitur. dicit. [Insuper neque hominem dicere animalium esse dicitur multipliciter,] qm̄ semper subintelligitur illud notorium. uidelicet. de numero. Est. n. homo animalium, quia de numero animalium. Et cum dicitur, hoc huius est, semper intelligitur, uel seruus, uel filius uel canis. ꝓpea dicit. [Non n. si interdum aliquid auferentes significamus] tanquam notorie subintelligendum, [id]. i. oratio in qua notorie illud significamus, [multipliciter dicitur,] qm̄ semper intelligitur, illo subintellecto, quod omittitur. probat ducens ad absurdum, quia tunc iram pande dea esset multiplex, & hoc dicit. [Nam & dimidium dicentes uersus, ut] illud dimidium primi uersus illiados [iram
D pande dea dicentes] .s. discipulo [da mihi, illiada significamus.] Si. n. præceptor diceret discipulo da mihi iram pande deo, quia per iliam partem uersus subintelligitur illia, non erat illa oratio iram pande dea, multiplex. licet posset accipi multipliciter, quia pro illiade, & ꝓ dimidio illius uersus. nō tn̄ est multiplex, quia quod subintelligitur, est notissimum. Similiter si diceretur alicui discipulo. Da mihi arma uirumque cano, quia uolumus significare ęneida, non erit illa oratio duplex. quare eodem modo neque cum dicit̃ homo animalium est, oratio est duplex, quia subintelligitur, de numero, neque cum dicitur hoc huius est, semper. n. intelligitur, seruus, aut canis, aut filius. Orationes hæ igitur non sunt multiplices, licet uideantur pp truncationem quandam multiplicitatē contrahere. Ex ijs patet paralogismos secundum accidens fieri bifariam, aut cum aliquid prædicatur accidētaliter de E
accidente, & infertur de re, quæ illa subijcitur, uelut cum dicitur album bisyllabum. Socrates est albus. igit̃ Socrates bisyllabus. Non. n. oportet quod accidenti accidit, rei subiectæ accidere, aut contra, cum aliquid accidentaliter prædicatur de re, & infertur de accn̄te illius rei, uelut cum dicitur, coriscus est ueniens, coriscum cognosco. igitur cognosco uenientem. Insuper patet paralogismos hmōi fieri posse affirmatiue, & negatiue. Hic. n. est negatiuus, uenientem nō cognosco, pater meus est ueniens, igitur patrem meum non cognosco. Insuper accidens, ut libro topicorum dictum est, licet multipliciter dicatur, hic tn̄ Arist. accepit pro omni illo prædicato, quod non per se prædicatur de eo, cuius assignatur accidens. Solet. n. dici aliquid inesse alicui, posse esse aut per se, aut per accideus, & defini-
rem sic ipsum, accidens est, quod non est necessarium F
in consequendo. i. in quo conclusio non necessario sequitur uirtute medij, sicut in syllogismo perfecto.

¶Post hæc tāgenda sunt aliqua sophismata, quæ post Arist. tpa emerserunt, quorum primū est, utrum monachus est albus? non. Contra iste est albus, quia non ethiops, iste est monachus, igitur monachus albus, & tn̄ falsum est, quia supponitur monachum esse de nigris. (Sophismata emersa post tempora Aris. 1 Soph.) ¶Secundum, tu cognoscis uenientem, pro disputatione huius sophismatis, pono casum ꝙ patrem tuum uideas a longe uenire, adeo ut nescias discernere an sit pater, uel alius. (2. Sop.) Tunc probatur sophisma, tu cognoscis patrem tuum, & ille est ueniens. igitur tu cognoscis uenientem. Præterea tu cognoscis illum, qui a te cognoscitur, sed ueniens a te cognoscitur, qa pater tuus a te cognoscitur, & ille est ueniens. igitur G
ueniens a te cognoscitur. Improbatur, quia illum nō cognoscis, de quo si quæratur a te quis est, uere dices, nescio. Sed de illo ueniente tu hoc dices. igitur nō cognoscis uenientem. ¶Tertium sophisma, tu credis 3. Sop.
te esse equum, probatur. quia quicunque credit patrē suum esse equum, credit se esse equum. ab equo. n. nō nisi equus, ueluti ab homine non nisi homo est. Sed tu credis patrem tuum esse equum probo posito casu, ꝙ tuus pater indutus sit equina pelle, uideasque ambulare ipsum supra pedes atque manus adeo, ut credas illum esse equum. Tunc argumentor expositorie, hoc tu credis esse equum, hoc est pater tuus. igitur patrem tuum credis esse equum. Improbatur uero, quia tu non credis, immo scis oppositum. s. ꝙ tu non sis equus. ¶Quartum sophisma, tu scis denarios in 4. Sop.
bursa mea pares esse probatur, quia tu scis omnia duo esse paria denarij in bursa mea sunt duo, igitur scis de- H
narios in bursa mea esse pares. Improbatur, posito ꝙ credas in bursa mea non esse nisi unum denarium, & ita tu credis in bursa mea non esse denarios pares. Tunc argumentor, tu nescis illud, cuius oppositum tu credis, quia opiniones oppositorum. s. contradictoriorum, uel contrariorum non possunt in eodem intellectu simul esse, quia sunt contrariæ. Sed hæc sunt opposita, denarij in bursa mea non sunt pares, & denarij in bursa mea sunt pares, & tu credis eos non esse pares, igitur tu nescis ipsos esse pares. ¶Quintum 5. Sop.
sophisma, tu scis, a, esse uerum. pro disputatione sophismatis, pono ꝙ, a, sit illa propositio, deus est & hoc te lateat, scias autem illam, deus est. esse ueram. Et ulterius sit ita ꝙ nihil aliud ab illa, deus est, sit, a. Tunc

I probatur sophisma, hoc tu scis esse uerum, demonstrā do illam, deus est. & hoc est, a. igitur tu scis, a, esse uerum. Improbatur, quia te latebat, a, esse illam, deus est, ut per casum patet. igitur non scis, a, esse uerum.

Solutio sophismatū. ¶ Ex ijs, quæ Arist. dixit, omnia hæc diluuntur ex eo, quia non oportet quod accidenti inest, rei inesse, nec contra quod rei, & accidēti. Quare primum diluitur, qm̄ licet album accidat huic, utputa homini huic, non oportet, ut accidat monacho. utraque n. accidūt huic homini, neutrum tn̄ alteri necesse est inesse. Similiter diluitur secundum, nā de patre tuo dicitur cognosci & ueniens, uerum per accidens. ideo non oportet si patri tuo accidat cognosci, id accidere uenienti. Simili ratione diluitur tertium, quia non ualet expositio in accidentaliter prædicatis. non. n. si credere esse equum acciderit huic, oportet ut accidat patri tuo, nam & pa K ter tuus, & credere esse equum utrunque accidit huic. Similiter & quartum diluitur, qm̄ scientia ꝙ duo sint paria, accidit denarijs, qui sunt in bursa mea, sunt. n. de narijs duo accidentia, & ꝙ sint in bursa mea, & ꝙ sciātur pares esse, uel duos esse, & ita licet ipsum sciri ꝙ sint duo, accidat denarijs, non tn̄ oportet ut accidat denarijs, qui sunt in bursa mea. Similiter quoque diluitur quintum sophisma, qm̄ illi propositioni deus est accidit, ut sciatur a te esse ueram, & accidit, ut sit, a. Et propterea non oportet illud accidens sciri esse ueram accidere ipsi, a. non enim omne quod rei accidit, accidenti accidere necesse est, licet interdum accidat. Hæc sufficiant pro dilucidatione eorum, quæ Aristoteles dixit.

¶ De eis, qui sunt per secundum quid & simpliciter.

L *ad παρὰ pp hæ τοδὲ autem hoc hoc āt.*

Eas uero, quæ ad ipsum principaliter (hæ autem uel qua, uel ubi, uel aliquo modo, uel ad aliquid dicuntur, & nō simpliciter,) soluendum est considerando conclusionem ad contradictionem. Si contingit horum aliquid passas esse.

Nunc docet soluere paralogismos, qui peccant per fallaciam, quæ est secūdum quid & simpliciter, & primo docet soluere illos generatim, & dicit, ꝙ ad soluēdum paralogismos inferentes dictum simpliciter ex dictis uel dicto secundum quid, oportet cōsiderare cōclusionem & referre ipsam ad suam contradictionem, nam sic poterimus scire utrum ipsa sit uera simpliciter, uel uera secundum quid. Nam si sua contradictoria uel opposita est simpliciter uera, cōclusio erit simpliciter falsa, aut saltem non erit simpliciter uera. At si contradictoria erit secundum quid uera uel falsa, & secundum quid. dicit [Eas uero, quæ ad ipsum prin- M cipaliter] subaudi syllogizant ex ipso dicto secundū quid, uel ex ipsis dictis secundum quid, deficit. n. uerbum syllogizant [Soluendum est considerando conclusionem] & subaudi referendo ipsam [ad contradictionem] s. suam, ut dictum est, & dicemus, per talem considerationem poterimus scire, an uera uel falsa sit simpliciter, uel non simpliciter Ad quid uero sit utile scire, utrum conclusio sit simpliciter, uel secūdū quid uera uel falsa, postea declarabitur. Et per principalr (quod græce est κυρίως,) simpliciter intelligit. Exponit autem quæ sunt istæ orationes, q̄ ex dicto uel dictus secundum quid syllogizant dictum simpliciter, & dicit. [Hæ autem dn̄r] quæ subaudi accipiunt in propositionibus dictum secundum quid. s. [uel qua, uel ubi,] quo ad secundum quid in loco, uel per locum, aut qua. s. quatenus, ut polycletus qua albus non est statuarius, sed qua statuæ factor est statuarius, atque N simpliciter statuarius, ubi autem secundum locum [uel aliquo modo,] quo ad secundum quid in parte, uel alia ratione, [uel ad aliquid,] quo ad secundum quid in relatione, hæ dico dn̄r secundum quid ueræ. [& non simpliciter] dicit Arist. has soluendum esse esse considerando & referendo conclusionem ad contradictionem [si contingit] subaudi secundum Egidium conclusiones [passas esse aliquid horum] s. ut ipsæ simpliciter dictæ syllogizentur ex aliquo horum s. uel ex dicto secundum in loco, uel in tpe, uel in aliquo alio prædicamento. Potest etiam intelligi [si contingat] s. orationes paralogisticas [passās] esse aliqd horum. s. ex aliquo dicto secūdum quid, uel in ubi, uel in tpe, uel in aliquo alio syllogizare dictum simplr. uerbum hæ autem, græce est τοδὲ, & Alexan. uult ip- O sum esse expositiuum, & legit ipsum in plurali, ut nos legimus.

Nam contraria, & opposita, & affirmationem, & negationē simpliciter quidem impossibile est inesse eidem. Qua aūt utrunq; uel ad aliquid, uel aliquo modo, aut hoc quidem qua, illud autem simpliciter, nihil prohibet.

Quia proposuit pro generali solutione ad omnes hmōi paralogisticas orationes, oportere respondentē considerare conclusionem, & referre ipsam ad suam contradictionem, nunc assignat causam, ut declaret ad quid utile est hanc considerationem facere. Et primo exponit quo modo est impossibile uel possibile opposita eidem inesse, & quo modo non, & dicit [Nam contraria & opposita] s. uel priuatiue, uel relatiue, [& affirmationem & negationem] i. & contradictoria, [simpliciter quidem impossibile est inesse eidē.] Simpliciter quidem idem & unum simul album esse & non album impossibile est, uel album & nigrum, P uel cæcum & uidens. [Qua autē] i. in parte, uel qua id est quatenus [uel ad aliquid, uel aliquo modo utrūque] subaudi non est impossibile, [aut hoc quidem qua] s. in parte. [illud autem simpliciter, nihil prohibet.] Est igitur impossibile opposita inesse simpliciter, opposita uero utraque in esse eidem secundum quid non est impossibile, sicuti oculus, qui est in parte albus, in parte uero non. Et sicut latro bonus quidem ad fodendum tumulos ut accipiat bona mortuorum, simpliciter autem non est bonus, nec est impossibile opposita inesse eidem, alterum quidem simpliciter, alterum uero in parte. Nam æthiops simpliciter secundum carnis superficiem niger est, secundū uero Q dentes, albus.

Quare si hoc quidem simpliciter, illud autem qua, nondum est redargutio. Hoc autem in conclusione considerandum ad contradictionem.

Nunc exponit ad quid utile est considerare conclusionem ad suam oppositionem, & uult hoc esse utile ad sciendum, utrum respondens sit redargutus, nam si respondens concesserit aliquid esse album, & non album, nōdum poterit dici redargutus, qm̄ pōt aliquid simpliciter non esse, & secundum quid esse. Similiter potest aliquid simpliciter esse, & secundum quid non esse, ad hæc potest secundum quid aliquid esse & nō, respondens igitur si debet esse redargutus, debet concedere aliquid esse simpliciter, & non esse simplr, ut sit paralogismus, omne album secundum quid est album.

A bum. Ethiops est albus secundum quid, igit est albus. Tunc ultra ethiops est albus, igitur albus, & non albus. Si respondens itaque concedat æthiopem esse album & non album, non erit redargutus, quia non sequitur ipsum esse album & non album simpliciter, nisi respōdens uoluit intelligere ipsum esse simpliciter album & simpliciter non album, nam sic redarguetur respondens, qm̄ sequitur idem esse album simpliciter, & non album simpliciter, dicit. [Quare si subaudi] respondens concedat opposita inesse eidem, [hoc quidem simpliciter, illud autem quã]. s. in parte [nondū est redargutio,] oportet. n. ꝙ concedat ambo simplr̄ inesse, [hoc autem] . s. utrum ambo simpliciter, uel ambo in parte, uel alterum in parte, & alterum simpliciter insit? [in conclusione considerandum ad contra dictionem]. s. suam, & ꝑ contradictionem oppositum
B intelligit generatim. igit utile est considerare conclusionem referendo eam ad suū oppositū, quia per hoc tandem scietur an respondens sit redargutus, aut non redargutus.

Sunt autem huiusmodi orationes omnes id habentes, ut putas ne contingit quod non est esse? Sed est ne aliquid id quod non est?

Nunc exponit sophismata, & paralogismos, q sunt secundum hanc fallaciam. Et primo proponit hoc, & dicit. [Sunt autem hmōi orationes omnes id habentes,] quod dictum est. s. quia omnes peccant secundū fallaciam, quæ est secundum quid, & simpliciter. Deinde exponit primum, & dicit. [Vt putas ne contingit, quod non est, esse,] hoc est sophisma, ad quod dicas non. Contra ponit paralogismum, [sed est ne aliquid id, quod non est] . i. utrum quod non est opinabile est, intelligit. n. per id, quod non est, ipsum opinabile ut id quod dicit, sit. utrum quod non est, opinabi
C le est? ita. Nam id quod non est, opinabile est, qm̄ nō est, de non ente enim opinio est, quod nihil sit, igitur quod non est, opinabile est. Tunc argumentor quod est opinabile, est, quia saltem est ipsius opinio, quod non est, opinabile est. igitur qđ non est, est. Sic Alex. componit, sic quoque & Egidius.

Similiter autem & quod est, non erit. Nam non erit aliquid eorum, quæ sunt.

Hic est secundus paralogismus, quem sic componit Egidius, quod non est equus, non est, sed aliquid, quod est, non est equus. igitur aliquid quod est, non est. Alex. autem dicit, rursus ens inferunt no esse sic, si est ens, aut homo est, aut equus, aut bos, aut aliquid hmōi, sed ens nullum horum est. igitur ens non est, dicit. [Similiter autem & quod est, non erit.] hæc est
D conclusio, [nam] ens, [non erit aliquid eorum, quæ sunt,] quia neque homo, neque equus, neque bos, neque aliquid eorum, quæ sunt. igitur ens non est. quare potest sic componi secundum Alexandrum, quod non est homo, nec equus, nec bos, nec aliquid eorum, quæ sunt, non est. Ens non est homo, nec equus, nec bos, nec aliquid eorum, quæ sunt, igitur ens non est.

Nunquid contingit eundem simul bene iurare, & peierare?

Tertium sophisma est, contingit eundem simul bene iurare, & peierare, & paralogismus sic componit, supponendo ꝙ aliquid iuret se peierare, & peieret, quicunque adimplet iurm̄, bene iurat, sed hic peierando adimplet iurm̄. ergo hic peierando bene iurat. Sed peierando non bene iurat. igitur simul bene iurat, & non bene iurat. tangit sophisma, & dicit. [Nunquid contingit eūdem simul bene iurare, & peierare? [nō. E Hoc est sophisma, paralogismum uero omisit tanquã notum sophistis sui temporis.

Nunquid possibile est simul eidem suadere & dissuadere?

Alexander componit hunc paralogismum quartū sic, utrum contingit eundem eidem simul obedire & non obedire? non. Contra hic obedit geometræ dicēti sine mensura esse latus. Et non obedit eidem geometræ dicenti cōmensuratum esse latus. igitur aliquis eidem simul obedit, & non obedit. Præterea hic suadet alicui maiorem terra esse solem. dissuadet uero eidem minorem esse. igitur idem suadet eidē & non suadet. Egidius uero sic componit, quicunque suadet dissuasionem mali, hic suadet & dissuadet, sed aliquis suadet Socrati dissuasionem mali. igitur hic suadet, & dissuadet.

An neque esse quid, & esse idem. Quod. n. non est, non si est quid, est & simpliciter. F

Assignatis paralogismis, nunc eos soluit, & dicit. An neque esse quid]. s. quiduis, ut opinabile, [& esse] . s. simpliciter, est [idem.] Cuius causam dicit. [quod. n. non est, non si est quid,] . s. opinabile [est & simpliciter.] Quare sicuti non sequitur, quod est quid, ut opinabile, ꝙ sic simpliciter, ita contra non sequitur quod non est quid, ut quod non est homo, uel equus, uel bos, uel aliquid aliorum, ut non sit simplr̄. Per hæc patet solutio ad prima duo sophismata.

Et si bene iurat id quidem, & quã necesse est bene iurare. Nã & qui iurat se peieraturum esse peierando bene iurat hoc solū. At non bene iurat.

Nunc docet soluere sophismata, quæ a Iunioribus dn̄r insolubilia, a Chrysippo autem inexplicabilia, qm̄ constructa pereunt, & perenta construuntur. Nã G si construas, eo ipso falsa apparent, & si destruas, illico ementiuntur uera. Nos uero dilemata in ludicris appellauimus, ꝙ sint inextricabilia, quatenꝰ sunt qōnes utrinque antistrephonta. i. reciproca argumenta habentes, hoc argutiarum genus Chrysippus, & Prothagoras magni penderunt, adeo, ut magnam partem studiorum Atheniensium peruerterint. Libri quoque de insolubilibus externorum usque ad hæc tpa maxime accreuerunt, & in aliquibus locis adhuc magis superfetant, ac magis. Fuerunt autem hæc studia tpibus elapsis impedimento non paruo pluribus præclaris ingenijs ad ueritatis inquisitionem. Et adhuc sunt, utinam ita reges libris istorum obsuissent, sicuti Atheniēses libris Chrysippi atque Prothagore. nã edicto publico igni mandasse exterminanda merito censuerūt, H ꝙ bonis literis, ac bonis moribus obessent. Arist. itaq; non magni momenti hæc putans, ea insolubilia nunc docet soluere, quæ fieri solent quantum ad agere, & dicit. [Et si]. subaudi qui iurauit peierare, & peierauit, [bene iurat, id quidem necesse est bene iurare] non simpliciter, sed [& quã] . i. sed secundum quid. Cuius causam assignat, & dicit. [Nam & qui se peieraturum esse, peierando bene iurat hoc solum.] ꝙ. uidelicet. seruet, quod iurauit facere. [non tn̄] simplr̄ [bene iurat.] Inquantū quidē igit iurauit non recte iurare, recte iurat, & ita scd̄m hoc solū nō recte iurat. Simplr̄ aūt non recte iurat, quia simplr̄ falsum dicit in iurō. Vnde quo obseruat primum iurm̄, recte iurat, quo uero in iuramento falsum dicit, simpliciter non bene iurat.

I *Neque qui dissuadet, suadet, sed secundum quid suadet.*

Soluit quartum similiter. nam qui suadet dissuasionem mali, simpliciter quidem suadet, quia simpliciter hortatur ad bene uiuendum. secundum quid uero dissuadet, inquantum id, ad quod hortatur, dissuasio est mali, dicit. [Neque qui dissuadet suadet] id est neque qui suadet dissuasionem mali, simpliciter suadet, [sed secundum quid suadet.] de his dilucide in ludicris nostris.

Similis autem oratio est & de eo, quod est mentiri eundem, simul & uerum dicere. Verum quia non est facile inspicere, utrũ quis assignet simpliciter uerum dicere, uel mentiri, difficile apparet.

Egidius pro dilemate conficiendo per casum ponit, ut aliquis promittat se dicere falsum, quod postea dicat hoc pacto, ego dico falsum, equus uolat. Et quæritur, utrum sic loquens dicat uerum uel falsum. Et
K probatur ꝙ uerum, quicunque dicit, ut est dicit uerũ, sed qui dicit falsum dicendo se dicere falsum, dicit. ut est. igit͛ qui dicit falsum dicendo se dicere falsum. dicit uerũ. sed ꝑ casum positũ est ꝙ dicat falsum igit͛ simul dicit falsum, & uerũ, aut saltẽ dicit uerum, & nõ uerũ.

q dicit falsum dicẽdo se dicere falsum.

dicit uerũ — dicens ut est

L Hoc dilema ab omnibus Iunioribus tangitur, uerum non uno modo, ꝓpea alij optimo ingenio præditi, ponunt per casum ꝙ aliquis incipiens loqui, dicat. ego dico falsum, & interrogant utrum hic sit simpliciter uerus in dicendo. & probant ꝙ sic, nam sequitur. ego dico falsum. igitur dico me dicere falsum. Et ulterius sequitur dico me dicere falsum, igitur dico uerum. igitur a primo ad ultimum sequitur. Ego dico falsum. igitur dico uerum. ꝙ autem dicẽdo me dicere falsum, dico uerum, probatur. quia qui dicit sicut est, dicit uerum. sed qui dicit se dicere falsum, cum dicat hoc falsum, ego dico falsum, ipse dicit sicut est. Quare quod dicit se dicere falsum, dicit uerum. Improbant uero, q̃m dicens denominatur a qualitate sui dicti. Sed hæc oratio est falsa. ego dico falsum, quam dicit incipiens sic loqui. igitur dicit simpliciter falsum. Arist. solum tangit dilema, siue sophisma dilematicum, & dicit.
M [Similis autem oratio est & de eo, quod] est mentiri [eundem simul & uerum dicere,] non autem exposuit orationem i. paralogismum, quo dilema istud deducit, quia erat omnibus notum. Egidius tñ eum cõposuit suo modo, alij uero aliter, ut uisum est. Alexã. sophisma in illis esse asserit, in quibus sil͛r erant opposita, hæc autem esse dicit, quorum alterum dimidium album, alterum nigrum est, quemadmodum in oculo se habere uidemus. Tunc sophismatis inductionem assignat Alex. talem, utrum contingit eundem simul uerum dicere & mentiri? hoc est sophisma, id quod si respondetur non. Contra obijcit, quicunque dixerit oculum album, mentitur, & uerum dicit, simul. n. est albus & non albus, hic dicit oculum album, igitur hic mentitur, & uerum dicit. Hoc pacto Alex. composuit sophisma, & paralogismum. Deinde Arist. ut exponit Alex. demõstrat difficultatem horum sophismatum. N
Nam dicit & horum eandem esse solutionem, sed qa non est facile inspicere, potissimum in quibus opposita sil͛r insunt, utrum sit uerum dicere oculum album, uel sit mentiri, difficile apparet. Egidius autem exponit non imperite, [uerum quia non est facile inspicere, utrum quis assignet simpliciter uerum dicere, uel mentiri.] q̃nque. n. uerum dicere simpliciter est, aliq̃n autem uerum dicere est secundum quid, & falsum dicere est simpliciter. Quia autem hæc non facile discernuntur, sophisma [apparet difficile] s. ad soluendũ. nam ꝑ difficultatem discernendi, & uerum dicere, & mentiri utrunque ui͛ esse simpliciter, difficultas autem discernendi oritur ex ipsa, ꝑ conuenientiam. n. in re inter dictum secundum quid, & simpliciter q̃nque nescimus distinguere, inter falsum secũdum quid, & simpliciter, & inter uerum secũdum quid & simpliciter. O
Dicit autem Arist. hoc faciendo comparationem ad alia dilemata alterius generis. Est. n. dilematũ triplex genus, q̃m uel dilema est, quo concesso sequunt͛ duo contradictoria penes esse, & non esse, aut dilema est, quo concesso sequũtur duo contradictoria, penes fieri & nõ fieri, aut dilema est, quo cõcesso sequunt͛ duo cõtradictoria penes uerum & falsum. Et genus huius dilematis est difficile ad soluendum, immo longe magis quam ad soluenda alia. ꝓpea hoc uoluit ad more quasi in sui protestatione pro ijs, quæ in solutione dicturus est.

Prohibet autem nihil eundem simpliciter quidẽ mentiri, qua autem uerum dicere. Aut aliquem secũdum quid uerum dicere, uerum autem non.

Alexander sequens suam expositionem, suamque sophismatis formam, circa uerba Arist. laborat, & assignat plures expõnes, & cũ uidisset expõnes esse uiolentas, tandem uenit ad sophisma, ut ipsum Egidius cõposuit. Ideo nos prætermissis nugis dicimus Arist. uelle, nihil prohibere eundem simpliciter mentiri, & secundum quid uerum dicere, ideo qui dicit falsum. s. equus uolat, simpliciter dicit falsum. Inquantum aũt dicit se dicere falsum, secundum quid dicit uerum. P
Quare ad paralogismum, concedatur maior, nam quicunque dicit, ut est, dicit uerum non semper simpl͛r, sed saltem secundum quid, ab eo. n. quod res est, uel non est, dicitur oratio uera, uel falsa, & concedatur ẽt minor, q̃m qui dicit falsum, dicendo se dicere falsum, dicit ut est saltem secundum quid. ideo sequitur, ut dicat uerum secundum quid, quare concedimus eũ simpliciter quidem. falsum dicere, quia equum uolare est simpliciter falsum. secundum quid autem uerum, quatenus uerum est ꝙ dicat falsum, dicit. [Prohibet aũt nihil eundem simpliciter quidem mentiri,] ut qui dicit se mentiri, & reuera mentitur, cum dicat equũ uolare, [qua autem]. i. in parte [autem uerum dicere] . s. inquantum dicit se mentiri, & mentitur. sub alijs uerbis, [aut] nihil prohibet [aliquid secundum quid uerum dicere,] ut qui dicit se mentiri & mentitur. [uerum autem non] . s. simpliciter, q̃m non est simpliciter uerum illud, in quo mentitur. uidelicet. equũ uolare. Sed q̃m sophisma fieri solet sub alia forma, ponendo ꝙ aliquis incipiẽs loqui dicat, ego dico falsum, non dicendo equum uolare, uel aliud h̃mõi, ꝓpea est difficultas, quo mõ in illo enũciabili ego dico falsum, Q

sit

A sit ueritas,& falsitas. q tamen in eo sit simpliciter falsitas,patet. quia sic incipiens loqui nihil dicit, q sit falsum. Si.n.diceret hominem esse equum, uel aliquid hmõi.enũtiabile illud esse uerum. quia uero nihil dicit,qđ sit falsum,ut positũ est in casu,ideo illud enuntiabile est simpl'r falsum,& tñ secundum quid uerum, quia non nisi accipiendo falsum material'r pro seipso, nam qui dicit falsum,uerum est, q dicat illum terminum falsum. Quare erit uerum secundum quid, non simpl'r. a termino.n.acceptu materialiter pro seipso nunq̃ oro dicetur simpliciter uera,sed ab eo, quod res est uel non est,dr oratio simpliciter uera uel falsa. Alij aliter respondent, sed de ijs in ludicris. satis enim est nobis colligere artem soluendi omnia dilemata ex traditis ab Arist. omnia.n.diluit per fallaciam secundũ B quid,& simpliciter,ut nos in ludicris dilucide demonstrauimus.

Similiter autem & in ad aliquid,& ubi,& quando. Oẽs.n. huiusmodi orationes propter id accidunt.

Cum docuisset soluere paralogismos, qui sunt a secundum quid diminuente,nunc docet soluere paralogismos, qui sunt a secundum quid pp additionem incompetentẽ,& primo ꝓponit suam intentionẽ, & dicit. [Sil'r aũt] soluendæ sunt orationes paralogisticæ, quæ sunt a secundũ quid p additionem incõpetentẽ, quæ est [& in ad aliquid,&] in [ubi,&] in [qñ].s.in tempus [Omnes.n.hmõi orationes pp id accidunt] .s.pp locum a secũdum quid ad simpl'r. Quare oẽs soluendæ sunt eodem modo.

Putas ne sanitas uel diuitiæ bonum? Attamen insipienti,& nõ recte utenti non bonum. igitur bonum & non bonum.

C Nunc exequitur de sophismatibus & primo mouet sophisma,& dicit. [Putas ne sanitas uel diuitiæ bonum,] ita supponit esse respondendum,obijcit cõtra,& dicit. [Attamen insipienti & non recte utenti non bonum. igitur bonum & non bonum.] erit igit̃ paralogismus, quæ nec insipienti, nec abutenti bona sunt,non sunt bona. diuitiæ & sanitas, nec insipienti, nec abutenti sunt bona. igitur diuitiæ & sanitas non sunt bona,& per te sunt bona, igit̃ bona & nõ bona, & sic redargutus.

Est ne sanum esse uel in ciuitate potestatẽ habere,bonum? Ueruntamen est quandoque non bonum. idem igitur eidem bonũ, & non bonum.

Egidius resoluit textum in duo sophismata, atque in duos paralogismos. Ego tñ puto esse quæsitũ unũ de extremo disiuncto,& unum paralogismum,qui accipitur a tempore,dicit. [Est ne sanum esse,uel in ci-
D uitate habere potestatem bonum?] ita. Contra obijcit,& dicit. [Ueruntamen est qñque non bonum,] ut tempore rebellionis. Tyrannus enim tpe rebellionis,solet aliqñ interfici a populo. Quare tũc bonum est,ut nullam potestatem haberet in ciuitate, & si potestatem habet,bonum est, ut ægrotus intra arcem ciuitatis contineretur. [idem igitur eidem bonũ & nõ bonum,] ut eidem tyranno. igitur erit paralogismus, quæ non sunt bona aliquando,non sunt bona. Sanũ esse, & potestatem habere in ciuitate non sunt bona aliquando. igitur non sunt bona,& sunt bona. igitur bona,& non bona.

An nihil prohibet,quod simpliciter est bonum,huic nõ esse bonum. Aut huic quidem bonum, non tamen nunc, uel non hoc in loco bonum.

Soluit omnes paralogismos uno uerbo, & dicit. E
[An nihil prohibet,quod simpliciter est bonum,] ut sanitas & diuitiæ. [huic.] .s.insipienti,uel abutenti [non esse bonum.] Hęc quo ad primũ paralogismũ. quo ad secũdum uero dicit. [Aut huic quidẽ bonũ] tyrãno.s.esse sanum,& habere potestatem, [non tñ nunc] .s.populo rebellãte,uel seditionem mouente, [uel non hoc in loco bonum,] uel secundum aliquã aliam additionem incompetentẽ. Addit [uel non hoc in loco bonum,] ad iudicandum omnes alios secundum quasuis alias additiones diluendos esse eodem modo.

Putas ne quod non uult sapiens,malum? Amittere aũt nõ uult bonũ. Malũ igitur bonum. Non.n.idem est dicere malum est bonum, & amittere bonum.

Mouet aliud sophisma,& dicit. [Putas ne quod non uult sapiens malum?] ita. Cõtra obijcit,& dicit. F
[Amittere autem] sapiens [non uult bonum. malũ igitur bonum.] Arist. non respondet ad sophisma, nec ad paralogismum,qui erat notus suo tẽpore, sed corrigit tantum paralogismum male a nonnullis formatum. Debuit.n sic formari, quod non uult sapiẽs, est malum. Sapiens non uult amittere bonum. igitur conclusio debet esse, amittere bonum est malum, & non illa. igitur malum est bonum. ideo dicit. [Nõ.n. idem est dicere malum est bonum] sicuti est eorum conclusio, [& amittere bonum] sicuti debet esse conclusio,nam amittere bonum est malum. Hoc enim est quod infertur,ex illo paralogismo, & non quoniam malum est bonum,hoc autem non est absurdum. Sed quis fuerit paralogismus suo tpe notus. Alex.non exposuit,tamen dici potest talis,quicunque nõ uult bonum amittere,non uult bonum. Nam qui non uult G
bonum cum amissione,non uult bonum,sapiens non uult bonum amittere. igitur sapiens non uult bonũ, & ita sequitur ut malum sit bonum. Diluitur autem, quia ille qui non uult bonum cum amissione, secũdũ quid nõ uult bonum,non aũt simpl'r.& ppea non sequitur simpliciter eum non uelle bonum. Egid.uero per insomnia loquens multa scribit,quæ bona fronte prætermittimus.

Similiter autem & furis oratio,non.n.si malum est fur, etiã accipere est malum. Ergo uult malum,sed potius bonum. Nã accipere bonum est.

Hic paralogismus non uno modo componitur. Egidius sic ipsum componit,quod uult fur, est malũ. Sed fur uult accipere bonum. igitur accipere bonũ est malum. non autem ponit Arist. hunc paralogismum, sed tanquam omnibus notum indicauit, cum dixit. H
[Similiter autem & furis oratio] i. paralogismus subaudi diluitur,quemadmodum & priores,& sic solõnẽ explicat,paralogismum aũt non explicat, sed tanquã notum supponit,soluens autem dicit. [Non.n. si malum est fur,] subaudi id quod uult fur,est malum. ita ut [etiam accipere] bonum [sit malum.] & ita non sequitur. [Ergo uult malum,sed potius bonũ,quia accipere] bona nõ [est] malũ furi,sed [bonũ.] erit igit̃ hic fallacia secũdũ quid,& simpl'r, quia accipere bonũ est malum simpl'r,& bonum secundũ quid,quia bonũ furi. Similiter quod uult fur, est malum simpl'r, bonũ aũt secundum quid,quia furi. Alij uero sic paralogismũ intelligunt,qui uult capere malũ,uult malũ. Fur malum est. igitur qui uult capere furem, uult malum.

I Arist.aūt soluendo dicit,non.n.sequitur,si fur sit malum,ꝙ malum sit capere furem. Neque sequitur, hic uult capere furem,fur autem malum. igitur uult malum. Quinimmo potius sequitur uult bonum. nam capere furem bonum. Si igitur hæc expō posset uerbis applicari,non esset mala,est tñ utcūque ambigua, quia non apparet in paralogismo, si sic conficeretur, quo modo esset fallacia secūdum quid & simpliciter. Alex.aūt dicit,est aūt paralogismi talis, utrum aliquis uult eius malum? non. Et quid furari malū? ita. Vult autem latro furari? ita. eius igitur malum uult. Iusta igitur hanc expositionem sophisma est,utrum aliquis uult eius malum? paralogismus uero est,furari est malum.latro uult furari. igitur latro uult eius malum. Quod uero malum sit furari, construebant sophistæ monstrantes malum esse furem, ex definitione furis,

K quam ipse orationem furis dixit. Si.n. fur(ut dicunt) est,qui uult clā aliena bona accipere inuito dn̄o, hoc autem malum.& fur igitur malū. quare & furari malum,& sic fur uult eius malum. soluit igitur Arist. & dicit. [Silr autem & furis oratio] .i. & furis definitio si est ꝙ fur sit,qui clā aliena bona accipit inuito dn̄o. sequitur subaudi ut furari sit malum. [Non.n.si malum est fur,etiam accipere] .i.furari [est malū.] Accipere n.pro furari, legit Alex.q.d.non n. si malum est fur,& furari,ut malum uult,sed ut bonum.Omne enim quod quis appetit,ut bonum appetit, quamuis malum sit.quare & fur non ut malum, sed ut bonum uult furari. ꝑpea non sequitur. [Ergo uult malum, sed potius bonum,nam accipere] .i.furari bonum est sibi.Hæc est expositio Alex.ubi patet Arist.non explicasse paralogismum, sed tanquam notum suppo-

L suisse,solum autem solutionem illius explicauit. Patet autem quo modo in hoc paralogismo sit fallacia secundum quid & simpliciter,cui.n.dr̄,quicquid uult fur,est malum eius,uerum est simplr̄,falsum aūt secūdum quid. Furari.n.quod uult fur,est simplr̄ malum furi & omnibus,tamen secundum quid, non est malū furi, sed bonum.

Et ægritudo malum est, sed non amittere ægritudinem malū.

Aristoteles in præsenti loco (ut exponit Egidius) non ponit paralogismum,sed potest esse talis,quicunque uult malum amittere,uult malum, quia uult malum,& amissionem.igitur uult malum. Egrotus uult malum amittere, quia uult amittere ægritudinē quæ est malum.igitur uult malum. supponēs itaque Arist. paralogismum,dicit. [Et ægritudo malū est,sed non amittere ægritudinem est malum,] & sic ad formam

M dico in syllogismo esse fallaciam secundum quid, & simpliciter,quia qui uult malum amittere,uel morbū, uult malum secundum quid, quia cum illa additione incongrua,quæ est amissio,non tñ uult malū uel morbum simpliciter,non.n uult morbum sine amissione. Alex.autem uult ꝙ Arist.hic uelit probare, ꝙ aliena bona accipere,nō sit malum accipienti, & hoc sit,sicuti amittere ægritudinem,quæ malum est iam,nō est malum,sic nec accipere bona nūmos.s.alienos malum est accipienti. nam,ut in topicis dictum est, quorum amissio malum,eorum acceptio erit bonum,furari igitur bonum.

Putas ne iustum iniusto, & quod iuste eo, quod iniuste magis eligendum est?sed mori iniuste magis est eligendum.

Arist.hic assignat alium paralogismum, & primo proponit sophisma,& dicit. [Putas ne iustū iniusto & quod iuste eo quod iniuste magis eligendum,] hoc est sophisma,ad quod ita respondendum. Cōtra obijcit. [sed mori iniuste magis est eligendum,] quam iuste mori. igit̄,ut sophiste deducunt,iniustū iusto eligibilius est. Erit igit̄ paralogismus,si iniuste mori eligibilius est q̄ iuste mori,iniustum eligibilius est iusto, per locum a coniugatis. sed iniuste mori eligibilius est q̄ mori iuste,ut elegit Socrates. igitur iniustum eligibilius est iusto. syllogismus est hypotheticus,& apparet bonus. Alexander ostendit iniuste mori esse eligibilius,quam iuste,ex eo,quia qui iuste moritur,ut homicida,& reus mortis moritur. At qui iniuste patitur mortem,iustus est,quemadmodum & Socrates. Quare iniuste mori eligibilius est quam iuste. Est enim eligibilius esse iustum quam esse homicidam, uel mortis reum. N

O *Putas ne iustum est sua habere quenqu ī? quæ autem aliquis iudicabit secundum opinionem suam(& si sit falsa,)sua sunt ex lege.Idem igitur iustum,& iniustum.*

Egidius componit sic paralogismum habere sua semper est iustum,sed habere sua secundum legem aliqn̄ est iniustum,ut cum iudex falsum iudicat. Igitur habere sua secundum legem semper est iustū, sed positum est aliqn̄ iniustum. igitur idem aliqn̄ iniustum, & semper iustum.

Et utrum oportet iudicare eum,qui iusta dicit,an qui iniusta? at uero & eum,qui iniuriam passus est, iustum est abunde dicere,quæ passus est.Ea autem erant iniusta.

Assignat alium paralogismum.& primo mouet sophisma,& dicit. [Et utrum oportet iudicare] .i.condemnare [eū,qui iusta dicit,an qui iniusta.] qui iniusta. Contra obijcit,& tangit paralogismum, & dicit. At uero & eum,qui iniuriam passus est, iustum est abunde dicere,quæ passus est.ea autem erant iniusta,] igitur eum,qui iniuriam passus est, iustum est condemnare.& est iustum,quia dixit iniusta.igitur idem iustum,& iniustum. Vnde paralogismus breuis est,qui dicit iniusta,iustum est condemnare, iustus dicit iniusta.ut patet per casum,quod sit passus iniusta,& dicat iniusta,quæ passus est. Igitur iustum erit iustum condemnare, & hoc est iniustum, igitur idem iustum, & iniustum. P

Non.n.si pati aliquid iniuste eligēdum,id quod est iniuste,eligibilius quàm quod iuste,sed simpliciter quidem quod iuste. Secūdum hoc autem nihil prohibet iniuste quàm iuste.

Soluit nunc paralogismos,& primo illum de iniusta mori.& dicit. [Non.n.si pati aliquid iniuste eligēdum.] ut iniuste mori,[id quod est iniuste] est simpliciter eligibilius, [quam quod iuste,sed simpliciter quidem] eligibilius est [qđ iuste. secundum hoc aūt] .i. secūdum quid aūt [nihil prohibet] eligibilius esse, quod [iniusto q̄] quod [iuste.] Cū igit̄ dicebatur eligendum est mori iniuste.igitur eligendū est qđ fit iniuste,non ualet,quia processus est ab eo quod est secūdum quid,ad id,quod est simplr̄, nō n.si eligendū est iniuste mori, sequitur iniustum esse simpliciter eligendum,nec sequitur si iniuste mori eligibilius est, q̄ iuste mori, ut iniustum simpliciter sit iusto eligibilius. Non enim si aliquid est eligibilius secundum quid, aut ad aliquid, & simpliciter quod sic dicitur, erit eligibilius. Q

Et

A *Et habere sua quęq; iustū, aliena aūt nō iustū. Iudiciū uero hoc iustū esse, nihil prohibet, ut quod sit secundū opinionē iudicantis. Non.n. si iustum est hoc modo, uel huic, & simpliciter iustum est.*

Pro declaratione eorū, q̄ Arist. dicit in hac solōne, oportet meminisse eorū, q̄ Arist. dicit 5. ethic. ꝙ. uide licet. aliud est natura iustum, aliud secundū opinionē iudicātis, aliud deniq; scd̄m leges definitū. hinc est, ut idē contingat iustū esse, & nō iustū. Nā qd' est secūdū legem iustum, non ex necessitate dicit esse iustū scd̄m opinionē iudicātis sed cōtingit quidē ut secundū naturā iniustū esse, sicuti Callicles apud Platonē in Gorgia ad Socratē dicit. ꝙ si quis illud, qd' est secundū leges dicat, tu resumas qd' secundū naturā. Et si aliquis secundū naturā tu qd' secundū leges afferēs, cōfundis disputationem. Quare iusto tripl'r diuiso, occasiones B multæ paralogismorū hinc sophisticis dant', ut ī p̄nti. Qd' aūt siquis iudicet secundū opinionē suā, ēt si falsum & iniustum iudicium fuerit, dn̄s sit sui iudicij, ex lege patet. nā Atheniensibus lex erat, iudicata iudicia dn̄antia esse, qd' manifectū fecit Socrates apud Platonē in Critone. Dicit.n. in illis Socrates, qd dicemus ad hoc o Criton, & alia hmōi, multa' nāque aliquis hr̄et al'r & retorta dicere de hac absoluta lege, quę iudicato iudicia mādat dn̄antia esse, rn̄det igitur Arist. & dicit. [Et hr̄e sua quenque iustū, aliena aūt non iustum.] subaudi est simpl'r, sed fortasse secundum quid, & cū dicebat' iudiciū ēt si falsum est, est suū, igit' est iustum hr̄e, dicit. [Iudicium uero hoc]. s. ēt falsum, [iustum esse nihil prohibet,] nō quidem simpl'r, [sed] secūdū quid, [ut qd' sit secundū opinionē iudicantis.] Nam secundū legē iudex dn̄s est sui iudicij. non t̄n simpl'r C iustum. [Non.n. si iustū est hoc modo] .s. secundum opinionē iudicātis, [uel huic] .s. iudici sic iudicāti, & simpl'r iustū est.] multa quidē.n. sunt iniusta, aut faltē apparēt. iniusta, q̄m non secundū leges, simpl'r t̄n sunt iusta, quia secundū naturā sunt iusta. multa ēt iusta, quia lege definita, iniusta uero secundū naturam, ppea dicit. non.n. si iustū est hoc modo, aut sic & sic, & simpl'r est iustū. i. nō.n. si lex iustū quidē dicit hoc, simpl'r iustū est, nam contrariū iudicauit sophista ad naturæ iustū respiciens, quod est simpl'r, sil'r quod secundum leegm dr̄ iustum, secundum iudicis opinionē iustum, & econuerso.

Similiter aūt, & quæ iniusta sunt, nihil prohibet dicere ea, iustū esse. Nō.n. si dicere iustū est, necesse est iusta esse. Sicut nec si est utile dicere, utilia. Similiter aūt & in iniustis, quare nō si quæ di cūtur sunt iniusta, qui dicit iniusta, cōuincitur. Dicit.n. quæ dicere est iustum. Simpliciter autem & pati, iniustum.

conuincitur ui æ reus criminis con uictus q; sceleris habetur uincit.

D Alexander circa expōnem huius loci ualde laborauit, tamen breuibus Arist. soluit paralogismum, ꝙ cōmittat fallaciam secundum quid & simpliciter, nam in dicendis iniustis non est iniustitia simpliciter, sed solū est iniustitia secundum quid, & material'r quatenus sermo est de rebus iniustis, dicit. [Similiter aūt & quę iniusta sunt, nihil ꝓhibet dicere ea, iustum esse, nō.n. si dicere iustum est, necesse est iusta esse,] quæ dicit. Alex. ad contrarium sensum dicit. non.n. inquit, necesse est iusta esse, quæ iustum est dicere, nec quæ & aliquis passus iniuste, dicit. est necesse iniusta dicere & hoc per exemplum ostendit, & dicit. [Sicuti nec si est utile dicere, utilia] sunt dicenti, quæ ipse dicit. Utile.n. est dicere morbum suum, & sui morbi accidentia declarare medico, non tamen hæc, scilicet morbus & accidentia morbi utilia sunt dicenti. [Similiter autē E & in iniustis.] non.n. si iniusta sunt, quæ dicit, iniustum est ea dicere prætori. Ex ijs concludit. [quare non si quæ dn̄r, sunt iniusta, qui dicit iniusta conuincitur,] tanquam dignus accusatione, uel tanquam reus criminis, atque sceleris. Et assignat causam, & ait. [Dicit.n. quæ dicere est iustum, sed] illa q̄ dicit. [est iniustum simpliciter pati.] unde quemadmodum siqs passus est iniuriam dicens se passum esse iniuriam, iniusta dicit. quæ.n. passus est, iniusta existentia dicit. Similiter qui fecit iniuriam dicens non fecisse iniuriā, iusta dicit. non facere.n. iniuriam iustum est. non t̄n si iusta dicit, & simpliciter iusta sunt, quæ dicit. ergo cōcedatur eum qui iniusta simpl'r dicit, hunc esse dignū accusatione, sed qui dicit iniusta secundum quid. s. iniusta se passum, non est dignus accusatione, quia dicere iniusta se passum non est dicere simpliciter iniusta, F sed secundum quid. Hæc de sophismatibus quæ tpe Arist. fuerunt, sunt apud Iuniores plurima dilemata, quasi innumera, quæ si uellem per ordinem recensere, longa nimis esset oratio, potissimum cum plurima in nostris ludicris dixerimus, dederimusque artem diluendi non modo ea, sed alia innumera, quæ esse possunt, nam ex declaratione eorum, quæ Aristoteles hic dixit de paralogismis huius fallaciæ, possunt accipi regulæ soluendi omnia. ideo hæc missa facimus.

¶ De paralogismis secundum ignorantiam elenchi.

Iis aūt, quæ pp definitionem fiunt redargutiones (quemadmodum dictum est prius) obsistendum considerantibus conclusionem ad contradictionem, ut sit ad idem & secūdum idem, & ad idē, & similiter, & in eodem tempore. G

Docet nunc soluere paralogismos, qui peccant pp ignorantiam elenchi, & primo docet soluere generatim, & exponit quid facere debet. respondens, ut cognoscat se esse redargutum, aut nō, & dicit. [Iis aūt] .s. orationibus paralogisticis, [quæ pp] definitionem elenchi [fiunt redargutiones, quemadmodum est prius,] q̄n diximus de paralogismis secundum quid & simpl'r, [obsistendū] est rn̄dentibus [considerantibus concl'onem] ad suam [contradictionem, ut sit] .s. contradictio ipsa [ad idem, & secundum idem, & ad idē, & similiter, & in eodem tpe] nam si contradictio, ad quam opponens ducit ipsum respondentē, non fuerit cum omnibus his conditionibus, rn̄dens non dicetur redargutus. uerbi causa, qui syllogizat, dormiens uisum habet, qui uisum habet, uidet. dormiens igitur uidet, non redarguit respondentem, qui concessit nō H uidere dormientem, nam uisum habere duo significat, habentem qui non exercet, & potentem, qui iam exercet. Habere igitur dormientem uisum, & non habere non contradicunt, quia alterum intelligitur secundum habitum, alterum secundum actum, & quia non similiter hæc sumuntur. ideo syllogismus ille nō est elenchus, nec respondens redargutus, & si concesserit non uidere dormientem.

Sed si in principio interroget, non conficiendum (quoniam impossibile est idem esse duplum & non duplum) sed dicendum nō sic, ut forte sit redarguere confitentem.

Et q̄m (ut superius dictum est) in disputatione sophistica, q̄nque interrogatio in principio fit circa propōnes, interdū de concl'one ipsa, nunc docet soluere,

I qñ in principio interrogatur conclusio ipsa, asserens
(cum in principio contra ipsa interrogatur, ut utrum
idẽ possit esse duplum,& nõ duplũ)rñdentẽ nõ debe
re simpl'r dicere nõ,sed nõ inquantũ illa cõtradictorie
accipiunt.nã duplum,& nõ duplũ pñt accipi contra-
dictorie,ut cũ ad idẽ referunt,& scdm idẽ,& sil'r,& eo
dem tpe,& pñt accipi non cõtradictorie,ut cũ non re
ferunt ad idẽ & reliqua.Debet igit rñdens rñdere nõ
inquantũ duplũ & non duplũ sumunt cõtradictorie,
quo aũt sumunt non contradictorie,rñdens nõ debet
rñdere nõ,dicit.[Sed si in principio interroget].s.ip
sam concl'onẽ,q̃ est utrum idem sit duplũ & non du-
plũ? [non cõfitendũ,qm̃ impol'e est idẽ esse duplũ &
nõ duplũ.sed dicendũ non sic] idẽ esse duplũ & non
duplũ [ut forte sit confitentẽ redarguere] .i.ut illa
accipiuntur contradictorie. Sic.n.dicendum non esse
K idem duplum,& non duplum.hæc generatim de solu
tione horum paralogismorum,post hæc speciatim.

Sunt autem omnes hæ orationes propter hoc, putas ne qui nouit unumquodque, quoniam unumquodque cognouit rem, & qui ignorat similiter. Cognoscens autem quis coriscum, quoniã coriscus, ignorabit utique, quoniam musicus, quare idem scit, & ignorat.

Nunc assignat sophismata, & paralogismos, & di-
cit.[Sunt aũt oẽs hæ rationes].s.q̃ dicent, [pp hoc]
.i.pp ignorantiã elenchi. Deinde narrat eas,& dicit.
[Putas ne qui nouit unumquodque].i.unãquanq;
rẽ, [qm̃ unũqđq;] .i.qm̃ est qđuis,utputa uel musi-
cũ,uel grãmaticum,uel quoduis aliud,[cognouit rẽ]
illam simpl'r[& qui ignorat]subaudi unumquodq;,
secundum unumquodque prædicatũ[sil'r] ignorat il
lud simpl'r? ita.Hoc est sophisma,& cõtra sophistica.
L Cõtra obijcit,[cognoscens aũt quis coriscus,]qm̃ co
riscus,[ignorabit utique]saltem aliqñ,[qm̃ musicus,
quare idem scit]coriscũ[& ignorat]coriscum,qđ est
absurdum.

Præterea etiam putas ne quadricubitum tricubito maius? Fieri.n.potest ex tricubito quadricubitum secundum longitudinem. Maius autem minore maius. idem igitur eodem secundum idem maius, & minus.

Secundus paralogismus, hæc cera est tricubita secũ
dum longitudinem,& infra horam erit quadricubita.
Sed quadricubitũ est maius tricubito. igit idem scdm
idẽ erit maius & minus seipso,ut eadẽ numero cera se
cundũ idẽ, qa secundũ lõgitudinẽ maior & minor se-
ipsa,dicit.[Præterea ẽt putas ne quadricubitũ tricubi
to maior?]sic.Cõtra obijcit,& dicit.[Fieri.n.põt ne
ex tricubito quadricubitum scdm lõgitudinẽ?] ita.
M qa cera tricubita fieri põt scdm longum q̃dricubita.
[Maius aũt minore maius] ut quadricubitũ tricubi-
to,[idẽ igit].i.eadẽ cera igit[eodẽ] qa seipsa] scđm
idẽ,qa scdm lõgitudinẽ[maius & minus est.]hos pa-
ralogismos non soluit Arist.qa p sol'onẽ gñalem,satis
dilui uñr, nam in primo non obseruat illa particula
ad idem.In secundo uero non obseruatur,alia.s.in eo
dem tpe,nec plura sophismata adduxit Aristot.in hac
fallacia, qm̃ omnia aliarum fallaciarum reduci pñt ad
Sophismata. hanc. tñ sunt adhuc alia. ¶Quorum primum est.
utrum oĩs homo bonus? q; sic probat. qm̃ oĩs hõ in
1.Sop. aureo seculo secundũ Hesiodũ est bonus. Improbat,
quia nullus homo in ferreo seculo est bonus. igit oĩs
2.Sop. homo & nullus homo est bonus. ¶Insup catulus
uidet,& catulus nõ uidet.igit idẽ uidet & nõ uidet.

¶Ad hæc niphus ieiunat ante uenationẽ.niphus non N
ieiunat post uenationẽ.igitur Niphus ieiunat,& non 3.Sop.
ieiunat.Omnes.n.hi peccant contra illam particulam
in eodem tpe. ¶Quartum, Socrates currit recte,& 4.Sop.
non currit oblique.igitur Socrates currit,& non cur-
rit.Diluitur quia peccat contra illam particulam sil'r.
¶Quintum duo sunt duplum & non duplum. duo 5.Sop.
sunt idem,igitur idẽ duplum,& non duplum. Diluit
quia paralogismus peccat contra illam particulam ad
idem. ¶Sextum,homo est species,Socrates est hõ. 6.Sop.
igit Socrates est species.Diluitur quia peccat cõtra il-
lam particulã syll's.Est.n.elenchus syll's contradictio-
nis,quare q non est syll's,non est elenchus. Silĩ modo
peccat,animal est equus,hõ est aĩal.igit hõ est equus.
Nam est ex puris particularibus, & ita peccat contra
rõnem syll'i. Eodẽ modo peccat hic,oĩs equus est aĩal,
omnis hõ est aĩal.igitur oĩs homo est equus.Est.n.ex O
duabus affirmatiuis in secunda figura.hoc aũt est con
tra rationem syllogismi.

¶De paralogismis petitionis principij.

Illas aũt quæ sunt, pp ea quia sumunt, atque petunt, quod in principio est, si interrogato quidẽ sit manifestũ, non dandum, neq; si probabile sit dicentem uerum dicere.

Nunc docet soluere paralogismos, q peccant scdm
fallaciã petitionis principij,& primo, cũ hmõi defect9
cognoscit a rñdente,& dicit. [Illas aũt].s.paralogisti
cas orones, [q̃ sunt pp ea quia sumunt,atque petũt,
qđ in principio est, si interrogato qdẽ sit manifestũ]
.s.illud in principio petere,illas subaudi orones[non
dandũ.]Dixit,si interrogato quidẽ sit manifestum,qa
petere illud qđ est in principio,non est semp manife-
stũ,dcm̃ est aũt qñ est manifestum. & qñ non est ma
nifestũ,in 2.priorum analytic. & in 8.top.ppea dicit. P
Si manifestum fuerit,non est dandum orationes, quæ
petant secundum illud. Sed dicendum q; in princi-
pio peccant.Dico non dandum, [neque si probabile
sit dicentem].i.opponentẽ[uerũ dicere,]esset utiq;
opponentẽ probabile dicere uerũ,qñ tu rñdens uerũ
dares,interrogans autem pbabile interrogaret, quod
conferret ipsi ad monstrandum contrarium tuæ posi
tæ positionis.Nihil.n.prohibet per quędam pbabilia
monstrare non animal,ut librum, aut aliud quoddam
tale,esse aĩal.tale iam quamuis apparẽs atque pbabile
esset,tñ non est concedendum.Hæc est una expositio
Alex.uel aliter,q; qñ probabile fuerit dicentem dice-
re uerum,& si appareret nõ accipere qđ in principio,
re tñ uera peteret qđ in principio,non est dandũ, sed
dicendum ipsi q; uerum dicat,sed quod oportet con-
cludere,petis. Q

Si autem lateat, ignorantiam ob uitiositatem talium orationum, ad interrogantem retorquendũ, tãquam non redarguentẽ. Nam redargutio sine eo est, quod est in principio. Deinde, quoniã datum est, non ut eo uteretur, sed ut ad illud syllogizaret contrarium, ut in semotis redargutionibus.

Cum docuisset rñdere,qñ qđ in principio petit,est
manifestũ,nunc docet rñdere,qñ latuerit,& dicit.[Si
aũt lateat]ipm petere,qđ est in principio.[ignoran-
tiã]talẽ q̃ est[ob uitiositatẽ taliũ orõnũ,ad ĩterrogã-
tẽ retorquẽdũ, tanq̃ nõ redarguentẽ] .i.dicẽdo q; nõ
redarguat. [Nam redargutio] est [sine eo,qđ est in
principio,] & qa opponẽs petit qđ est ĩ principio,iõ
dicẽdũ q; nõ redarguat.Deĩde docet rñdere,qñ rñdẽs
concesserit id, quod interrogauit opponens, & dicit.

[Deinde]

A [Deinde] dicendum ad concessum, [qm̃ datum est, non ut eo uteretur] tanquam propóne [sed] datũ est ut ꝓblema, [ut ad illud syllogizaret cõtrariũ] .i. ut accipiẽs ꝓpões, & syllogizãs, mõstres contrariũ. Si.n. datũ esset ipsum, qm̃ uoluptas est secundũ naturã, ipse aũt pp hoc syllogizaret cinedorũ uoluptatẽ esse bonũ, oportet nos dicere nõ ut ꝓpõnẽ dedisse uoluptatẽ esse secundũ naturã, sed ut ꝓblema, [ut in semotis redargutionibus] fieri solet, sunt aũt semotæ redargutiones, quæ fiũt extra propositum principale. In illis .n. rñdens concedit aliquid, non, ut redarguať ex eo, sed ut syllogizetur contra ipsum. ❡Quo uero ad secundũ documentũ attinet, illud secũdi priorũ esse uerum supponẽdũ est, ꝙ. uidelicet. idem fit syllogizare contra ꝓpositũ, & contra id qđ est ꝓposito ꝓpinquũ.

B Cũ igiť rñdens aliquid concesserit ꝓposito ꝓpinquũ, putãs id nõ esse ꝓpinquũ, si postea redarguitur ex eo ꝙ petiť qđ est in principio, dicere debet ꝙ non cõcesserit illud, ut opponens syllogizaret per ipsum, sed ut syllogizaret contra ipsum. sic.n. euadet a redargutione, nec hoc est absurdũ (ut Herm. exposuit.) Nã disputãdi cã põt quis cõcedere id, qđ nõ putat uerũ esse, ut syllogizetur contra illud, non aũt ꝑ illud. Et cũ tales digressiones fiunt, semotæ redargutiones fieri dñr, quæ ideo dñr semotæ, quia in talibus respondens aliquid sustinet, quod est semotũ a sua opinione, huius gñis sunt hi paralogismi, omne productiuum caloris est calefactiuum ignis est ꝓductiuus caloris. igitur calefactiuus. ❡Insuper nullus grãmaticus est homo, oĩs homo est homo. igitur nullus homo est grãmaticus. Præterea, nullus gladius est cereus, omnis spatha est

C gladius. igiť nulla spatha est cerea. In omnibus.n. his petiť qđ est in principio. idẽ.n. est ignẽ esse ꝓductiuũ caloris, & calefactiuũ. insup idẽ est nullũ grãmaticũ eẽ hoĩem, & nullum hoĩem esse grãmaticum. Silr idẽ est nullũ gladium esse cereũ, & nullam spathã esse cereã.

❡De consequente.

Accidẽtes συμβάντες concor=dãtes conie=ctãtes. *Et propter consequens accidentes in ipsa oratione monstrandum est.*

Docet nũc soluere paralogismos, qui peccant secũdum consequens, & dicit. [Et] paralogismos [pp cõsequens accñtes, mõstrandũ est] subaudi ꝙ non ualeat [in ipsa orõne] .i. (ut exponit Alex.) circa non conuerti hoc.n. est monstrare in ipsa orõne. Tũc.n. monstramus in ipsa oratione, cum monstramus cõsequens non conuerti cum ãnte. Non.n. si hoc sequiť hoc, & ecõuerso necesse est sequi, qm̃ nõ si ad mel sequtur flauum, ecõuerso ad flauum sequiť mel. Quare ge

D neralis ad modum sol. ad omnes hmõi paralogismos hæc est, ꝙ. uidelicet. non ualeat consequentia, quippe cum oẽs ꝓficiscantur aut a consequentis põne, aut ab ãntis destructione, quo in modo per se loquẽdo nunquam consequentia utilis est.

quo=niã ὡς ut *Quoniam duplex est sequentium consequentia, aut enim ut particulare sequitur uniuersale, ut hominem animal. (postulant enim si hoc cum illo, & illud esse cum hoc) aut secundum oppositiones. Nam si huic est illud consequens, & opposito oppositum.*

Cum dixisset Arist. esse monstrandum ꝙ non ualeat consequentia ipsa in oratione, utputa quia nõ cõuertitur, nunc assignat causam, & declarat qũo nõ cõuertiť, ubi attentione dignum, bifariam secundũ consequentiam fieri posse argm̃, aut affirmatiue, aut negatiue. Affirmatiue quidem, cum procedimus a positione ãntis ad positionem consequentis negatiue uero contra a destructione consequen tis ad destructionem ãntis. Sophistæ itaque circa utranque consequẽtiam peccant, argumentantur.n. affirmatiue a positione cõsequentis ad positionem ãntis. negatiue autem a destructione ãntis. Arist. ergo primo exponit primam partem, & dicit. [Qm̃ duplex est sequentium consequentia, aut.n.] affirmatiua a positione ãntis ad positionem consequentis [ut particulare] .i. ut ad particulare [sequitur ule, ut hominem] sequiť [animal] & ad mel sequitur flauum, & per ule intelligit consequens (ut Alex. exponit) ut flauum, & per particulare, intelligit ãs, ut mel, & circa hanc primam partem peccant sophistæ, cuius causam interponit, & dicit. [Postulant.n.] .i. pro dignitate assumunt, [si hoc] .s. consequens est [cum illo] .i. cum ãnte, ita ut sequatur ad illud, [& illud] .i. ãs [esse cum illo] .i. cũ consequente, ita ut sequatur ad consequens, & sic uolunt affirmatiue alterum ad alterum sequi, & ecõuerso, & hoc eis est tanquam ꝓloquium. Deinde exponit secũdã partẽ, & dicit. [Aut secũdũ oppões] .s. est sequẽtiũ cõsequẽtia .i. negatiue. [Nam] apud sophistas dignitas est. [si huic est illud cõsequẽs, & opposito] .s. ãntis est cõsequẽs [oppositũ] cõsequẽtis. Patet igiť qũo in ipsa orõne monstrať solutio. monstrať.n. in ipsa orõne consequens & ãs non conuerti. Et hæc generalis solutio ad omnes huiusmodi paralogismos.

Propter quod & Mellissi oratio est. nam si quod genitũ est, habet principiũ, quod nõ genitũ est, postulat nõ habere principium. Quare si nõ genitũ est cœlum, & infinitũ. Id aũt non est. ecõuerso enim consequentia est.

Nunc affert exemplum, & diluit sophisma Mellissi, & dicit. [Propter quod Mellissi oratio est, nam] argumentabatur a destructione ãntis sic [Si quod genitum est, habet principium.] Exponit Egidius magnitudinis. Nam omne quod est genitum, habet magnitudinis principium. [qđ non genitum est, postulat] .i. pro dignitate asserit, [non hr̃e principium] .s. magnitudinis, Tunc ulterius Mellissus ꝓcedit ad suũ propositũ, & dicit. [Quare si non genitũ est cœlũ] .i. mũdus, erit [& infinitũ,] & cõsequenter unũ & imobile. Ad hoc sophisma rñdet Aristot. & dicit. [Id aũt nõ est] .s. ut dicit Mellissus. [ecõuerso.n. cõsequentia] .s. a destructiõe cõsequẽtis ad destructionẽ ãntis. Oportebat.n. sic dicere, si genitũ principiũ hẽt, qđ nõ hẽt principiũ, nõ erit genitũ. De hac cõuersione, q̃ dr̃ per contrapõnẽ, multa diximus in cõmẽtarijs analyticis, q̃ repetere uŕ superfluũ. Herm. aũt dicit in hmõi Mellissi sophismate esse plures alias adhuc uitiositates, de quibus & ipse, & nos diximus in libris auscultatorijs. ❡Circa hæc fieri solent sophismata, quorum primum est, omnis homo currit. igitur omne animal currit. probatur. quia homo est naturale ãs, & aĩal naturale cõsequens. Quare si omnis hõ currit, oẽ aĩal currit. Scdm est, nullus hõ currit. igiť nullũ aĩal currit, ꝓbať. quia (ut diximus) hõ est ãs naturale, & aĩal naturale consequens. Tertiũ est, hõ non est equus, igitur hõ non est aĩal. eodẽ modo ꝓbari põt, ut dcm̃ est. Diluunť hæc oĩa, qm̃ licet hõ per se sumptus sit naturale ãs, & aĩal ꝑ se sumptũ naturale cõsequẽs. tñ hõ cũ alijs acceptus põt effici consequens, & aĩal ẽt ãs. Et ꝓpea sequuntur potius econuerso, nam sequiť oẽ

I animal currit.igitur omnis homo currit.& ſequit̄,nullum animal currit.igitur nullus homo currit.Inſuper homo uel equus cum alijs ſumptus, effici poteſt, nec conſequens,nec antecedens ad animal cum alio ſumptum.ppea non ſequitur,homo non eſt equus.igitur homo non eſt animal,nec contra ſequitur animal nō eſt homo.igitur animal non eſt equus. ambo.n.accepti ſunt cum particula negatiua,de ijs in Iudicris.

¶De non cauſa ut cauſa.

cōſiderādo σκόπειν cōſiderare cōſiderandū.

Et quæcunque ſyllogizant ex eo quia aliquid additur, conſiderando (ſi eo ſublato) accidit nihil minus impoſſibile.

Nunc docet diluere paralogiſmos non cauſæ, & dicit.[Et quæcunque] orationes paralogiſticæ [ſyllogizant ex eo,quia aliquid additur].i.aliqua propō additur,quæ putatur cauſa illius impoſſibilis,quod infertur,& non eſt cauſa,hæ orationes ſic peccantes diluuntur ſubaudi.deeſt.n.uerbum diluūtur. ſic igitur
K diluuntur [conſiderando ſi eo ſublato,] quod addit ultra propōnes neceſſarias [accidit nihil minus impoſſibile] nam ſi accidit eo ſublato,paralogiſmus eſt accipiens non cauſam ut cauſam. uerbi cauſa. ſi omne album eſt animal interrogaretur,& reſpondens diceret non.& opponens tentans redarguere reſpondētem, dicet erit igitur contradictorium illius uerum. uidelicet.non omne album eſt animal,per te igitur non omne album eſt animal,omne autem uolatile eſt albū, & omnis coruus eſt uolatilis. igitur omnis coruus eſt albus.Hæc concluſio eſt impoſſibilis. igitur ſuppoſitio erat falſa.uidelicet.non omne album eſt animal. Nam pp hanc ſuppoſitionem uidetur ſequi, qm̄ oīs coruus eſt albus. Patet in hoc paralogiſmo eſſe pcm̄ non cauſæ quæ ſumatur pro cauſa.Hoc.n.impoſſibi
L le omnis coruus eſt albus non ſequitur pp illam propoſitionem,non omne album eſt animal, ſed pp illā, omne uolatile eſt album.nam ſiue addatur, ſiue non addatur illa non omne album eſt animal, nihil minus ſequitur, omnis coruus eſt albus. nam ea ſublata, erit ſyllogiſmus, omne uolatile eſt album, omnis coruus eſt uolatilis.igitur omnis coruus eſt albus.ecce ꝙ concluſio eſt impoſſibilis., & non propter illam, non omne album eſt animal. nam in hoc ſyllō non ponit̄, & tn̄ ſequitur illud impoſſibile. De hac re dictum eſt primo huius,& 2.priorū. & nos ſatis in illis locis diximus,non oportet repetere.

Deinde manifeſtandum, & dicendum, quoniam dedit, non ꝙ uideretur, ſed ut eſſet ad orationem. Quo uero uſus eſt, nihil ad orationem.

Deinde docet Ariſt.quid facere debet reſpondens,
M cum conceſſerit aliquam propōnem ſuperfluam, quā fortaſſe opponens interrogauerat,& hoc(ut Egid.dicit)docet Ariſt.ad monſtrandam imperitiā opponentis,& dicit.[Deinde manifeſtandum & dicēdum, qm̄ dedit] reſpondens propoſitionem ſuperfluam,[non ꝙ uideretur] ſubaudi ſibi [ſed ut eſſet] utilis [ad orationem].i.ad ſyllogiſmum opponentis,ne difficilis, atque proteruus uideretur ſciens (ut Alex.addit) ipſam nullo pacto eſſe ad orationem.& cauſam eius. [Quo uero uſus eſt].ſ.opponens ad orationem, [nihil ad orationem] eſt utile,quia uſus eſt illa propōne ſuperflua,quæ nihil eſt ad orationem.hoc.n.faciendo reſpondens manifeſtat apparentiam opponentis.

Sophiſmata. ¶De ſophiſmatibus uero Ariſt. nihil dicit, quia primo huius aliqua tetigit, quæ ſuo tpe fuerunt nota. Tn̄ pro exemplo quæritur, utrum iuſtus eſt ſtudioſus? non.igitur nullus iuſtus eſt ſtudioſus, qm̄ contra dictoriarum ſi altera eſt falſa,altera uera eſt.Tunc ultra nullus iuſtus eſt ſtudioſus.omnis illiberalis eſt bonus.omnis tyrannus eſt illiberalis. igitur omnis tyrannus eſt bonus.cōcluſio eſt falſa.igitur illa propō,nullus iuſtus eſt ſtudioſus. Diluitur qm̄ illa propoſitio, nullus iuſtus eſt ſtudioſus non eſt cauſa, ex qua ſequitur illud abſurdum,ſed accipitur pro cauſa. Sed uera cauſa abſurdi eſt illa propoſitio omnis illiberalis eſt bonus. Ex hac.n.ſequitur ꝙ omnis tyrannus ſit bonus.Inſuper illa propoſitio, nullus iuſtus eſt ſtudioſus,eſt data a reſpondente ipſi opponenti, ut ea utat̄ pro cauſa,qua cum non ſit uſus pro cauſa, uī ignarus ſyllogiſmorum.Secūdum ſophiſma, utrum leges ſint N malorum cauſæ? non.id poſt quod fiant mala,eſt malorum cauſa? ita.Sed ortus legum eſt id,poſt quod facta ſunt mala.igitur ortus legum eſt cauſa malorum. O Diluitur, qm̄ accipitur in eo quod non eſt cauſa, ut cauſa.Nam licet legum ortus id ſit,poſt quod tot mala facta ſunt inter homines, illorum tn̄ non ortus legum,ſed hominum malitia cauſa eſt. Tertium,omnis philoſophus eſt bonus,Socrates eſt philoſophus,Deus eſt in cœlo.igitur Socrates eſt bonus. Diluitur,quia in hoc ſyllogiſmo accipitur illa propoſitio ſuperflua, Deus eſt in cœlo pro cauſa concluſionis,quæ non eſt cauſa.eſtque conceſſa a reſpondente, ut opponens ea utatur pro cauſa,qua,cum non ſit uſus. uidetur ſyllogiſmorum ignarus. Sic igitur cum aliqua propoſitio ſuperflua accipitur in ſyllogiſmo,quæ accipit̄ ut cauſa,& non eſt cauſa, ſemper facit ut ſylls peccet,ppter hanc fallaciam.

¶De pluribus interrogationibus ut una. P

Ad eas autem,quæ plures interrogationes unam faciunt, ſtatim in principio determinandum eſt. Nam interrogatio una eſt, ad quam una reſponſio eſt. Quare neque plura de uno, neque unum de pluribus,ſed unum de uno affirmandum uel negandū.

Docet nunc primo ſoluere ad eos paralogiſmos, q plures interrogationes ut unam faciunt, & dicit. [Ad eas autem] paralogiſticas orationes,[quæ plures interrogationes unam faciunt, ſtatim in principio] pro reſponſione [determinandum eſt] ſubaudi & obuiare dicendo, qm̄ plures interrogationes ſunt, & non oportet ſtatim eas,aut dare,aut negare,ſed manifeſtare, quod plures interrogationes ſint, ut unam prætendentes,quod quidem non eſt artificiale.Cuius cauſam aſsignat,& dicit. [Nam interrogatio] illa [eſt] optima,quæ una exiſtens,unius reſpōſionis eſt petitio,&[ad quam una reſponſio eſt.] ppea conclu- Q dit,& dicit. [Quare neque plura] ſ.prædicata [de uno] .ſ.ſubiecto [neque unum] prædicatum [de pluribus] ſubiectis, [ſed unum] prædicatum [de uno] ſubiecto [affirmandum uel negandum] .ſ.per unicam reſponſionem. Qua ratione ſit,ut per locum a contrario, cum plures fuerint interrogationes, dandæ ſunt plures reſponſiones, & non una. Eſt igitur generalis dilutio omnium talium paralogiſmorum, ut reſpondens dicat,& oſtendat, quæ ut una interrogatio acceptæ ſunt,non eſſe unam,ſed plures,ad quas poſtea plures reſponſiones aſsignet.

Sicut autem in æquiuocis quandoque quidem ambobus,quādoque neutri ineſt,(quare cum non ſimplex eſt interrogatio, ſimpliciter reſpondētibus nihil accidit pati) ſimiliter & in his. Quā

de

A *do igitur plura uni, uel unum pluribus inest, uel non inest, simpliciter danti & hoc pacto delinquenti, nihil contrarium accidit.*

Cum docuisset respondere generatim, nunc docet qñ non accidit redargutio respondendo ad plures interrogationes unica responsione, & accidit pctm̃, & dicit. [Sicut autem in æquiuocis qñque quidem] prędicatum inest [ambobus,], & est ueritas in utroque sensu, ut ambobus Aiacibus ire ad ilium. [Quandoq; autem] prædicatum [neutri] significato [inest,] quia est falsitas in utroque sensu, neutri.n. Aiaci inest cum Thersita pugnare, reliquum legatur suspensiue, & cum parenthesi, usque ibi. [Similiter & in his. quare cum non simplex est interrogatio] de ambobus Aiacibus utrum proficiscantur ad ilium, [simpliciter respondentibus] ita, [nihil accidit pati] id nullam redargutionem accidit pati, licet simplici responsione B respondendo, delinquat. [similiter & in his] interrogationibus, cum plures interrogantur, fieri potest una responsio sine redargutione, non tñ sine peccato. Et hoc concludit, [qñ igitur plura] .s. prædicata. insunt [uni] subiecto, uel unum. s. prædicatum [pluribus] .s. subiectis [inest.] plura quidem uni, ut corisco albũ & musicum, unum autem pluribus, ut ire ad illũ inest Aiacibus. [uel non inest] unum pluribus, ut utrum cum Thersita pugnauit. Ambobus.n. Aiacibus non inest, nec plura uni, ut corisco nigrum & grãmaticũ, [simpliciter danti, & hoc peccato delinquenti, nihil contrarium accidit.] non.n. accidit redargutio. Si.n. quis interroget, utrum Aiaces ad Troiam cum exercitu fuerunt? Si respondens dixerit ita, non redarguet, quia ambobus competit, licet delinquat. iterum si interrogabit, utrum Aiaces cum Thersita pugnarunt? C Si respondens dixerit non, minime redarguet. nullus enim eorum cum Thersita certauit. Insuper si interroget, utrũ coriscus musicus & albus? qui dixerit ita, nullo modo redarguetur. Et si interroget, utrum coriscus est niger, & grammaticus, si aliquis dixerit nõ, hic minime redarguetur, quia neutrum eorum inest corisco. addit. [Et hoc peccato delinquenti.] quia non oportet in multipliciter dictis simpliciter dicere, aut non dicere, quia (ut dictum est) semper peccatur, cum ad plures interrogationes datur una responsio, nõ tñ semper ex tali peccato accidit redargutio.

Quando autem hoc quidem fuerit, illud autem non, aut plura de pluribus. Et est, ut utraque insint ambobus, est autem, ut nõ insint rursus, fit, ut sit cauendum. *fit ὥς τε quare*

Nunc exponit, qñ respondendo ad plures interrogationes fit redargutio, & dicit. [Qñ autem hoc quidem fuerit, illud autem non,] ut Aiaces pugnare cum D Hectore, nam unus pugnauit, alter non, [aut plura de pluribus] .s. interrogantur ut alterari de cane, multa enim & alterari significat, quemadmodum & canis. cœlestis.n. alterat, latrabilis alterat, & piscis alterat, nõ tñ secundum idem alterationis siguificatum .q. d. & cum plura de pluribus interrogantur, cum est dupl'r, quia [& est ut utraque insint ambobus.] ut alterari omnibus canibus. [Est autem, ut non insint,] ut Aiaci pugnare cum Hectore, [fit, ut sit cauendum] dicere sic, aut non. ut sit tota litera hæc, qñ autem interrogatur unum de pluribus, ut de Aiacibus utrum pugnarunt cum Hectore, & hoc quidem fuerit, illud aũt nõ fuerit, cauendum est respondere ita aut non. Aut qñ interrogantur plura de pluribus, cum hoc sit dupl'r, *cauendũ δῶ λαβῆτε ου formidã = dum.*

quia & est ut utraque insint ambus, ut ambobus Aiacibus ire cum exercitu ad Troiam, est autem ut non insint, ut pugnare cum Hectore non omnibus inest Aiacibus, [fit ut sit cauendum dicere] sic aut non, qa sic accidet redargutio. sunt autem plura de pluribus (ut Alexan. exponit) ut fortitudini bonum, timiditati malum. bonum igitur & malum plura sunt de pluribus, quia de fortitudine, & timiditate. quare si quis interrogauerit, utrũ timiditas & fortitudo bonũ est, aut non? non est dando ita, aut non. Falsum.n. est affirmare, aut negare. E

Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autẽ malum, quoniam uerum est dicere hæc bonum & malum esse, & rursum neque bonum, neque malum.

Cum hæc dixisset, nũc Arist. induit paralogismos, quorum primus est, demonstratis duobus, uno bono, & altero malo, si interrogatio fieret, utrum hæc sunt bona uel mala, aut neque bona, neque mala? si diceret una responsio ita, aut non. Tunc accidet, qm̃ uerũ est hæc bonum & malum esse, & ita idem erit bonum & malum. & rursum, neque bonum, neque malum. ℣.g. fortitudo est bonum, timiditas est malum, si ergo aliquis interrogaret, utrum fortitudo & timiditas sint bonum, aut non? non est dicendum ita aut non. Falsum est.n. affirmare, aut negare. nam in quibus uerum est dicere simul & bonum & malum, & non seorsum bonum uel malum. quonam modo erit possibile separatim dicere bona aut mala. Si enim hoc modo dicetur, uerum erit dicere hæc bonum, & malum esse, & rursum hæc eadem, neque bonũ, neque malũ esse. F

Non.n. inest utrunque utrique. alioquin idem bonum, & malum, & neque bonum, neque malum. *alio = quin*

Cum dixisset ad interrogationem de duobus, quorum alterum est bonum, alterum malum, responderi non posse simpliciter, qm̃ sunt bona, aut sunt mala, neque responderi posse ea ambo, neque esse bona, neque esse mala, nunc assignat causam ex eo, quia tunc utrunque inesset utrique ut fortitudini inesset bonũ, & eidem inesset malum, & timiditati inesset bonum, & eidem inesset malum, & hoc tanquam absurdum refellit, & dicit. [Non.n. utrunque] .s. bonum & malũ [inest utrique] .s. fortitudini, & timiditati. Cuius causam dicit. [Alioquin idem] .s. fortitudo esset [bonũ & malum.] & timiditas eadem etiam esset bonum, & malum. [&] etiam idem [neque] esset [bonum, neque] esset [malum.] qm̃ si idem, ut fortitudo, esset bonum & malum, idem. s. timiditas. neque esset bonum, neque esset malum, non bonum, quia timiditas, non malum, quia parte est bonum. Similiter fortitudo neque esset bõnum, neque malum. non malum, qa fortitudo non bonum, quia parte est malum. G *ὥς τε quare quoniam.* H

Et si unumquodque ipsum sibi idem est, & alijs diuersum. Quoniam non alijs eadem, sed sibi, & diuersa alijs, ipsa sibimet diuersa, & eadem erunt.

Secundus paralogismus, sit ita, ut unumquodque sit sibi idem, & ab alijs diuersum. quod non est absq; ratione, qm̃ omnia sunt eadem sibi, & ab alijs sunt diuersa. Et quæratur utrum omnia sunt sibi eadem, & diuersa? Si una responsio datur ita, aut non, tunc erit contra suppositionem. Dictum est.n. omnia esse sibi eadem, & ab alijs diuersa. primo igitur accipit suppositionem, & dicit. [Et si unumquodque sibi idem est, & alijs] est [diuersum.] sicuti ratio dictat. [qm̃ non

I alijs eadem] sunt omnia [sed sibi, & diuersa alijs.] Si ergo quæratur, utrum omnia sint sibi eadem, & diuersa? simpliciter respondendo sic, aut non, sequetur qm̃ [ipsa] omnia sibimet [erunt diuersa, &] erunt [eadem.] Similiter & alijs erunt eadem, & diuersa. nõ ergo erit simpliciter respondendum. Sed dicendũ oĩa sibi esse eadem, & non diuersa, alijs autem diuersa, & non eadem.

Insuper si bonum quidem malum sit, malum autem bonum, duo fient utique.

Egidius signat hic tertium paralogismum, qui talis est, si demonstrato uno malo, quod fit ex bono, & uno bono, quod fit ex malo, & interroget opponens, fiunt ne hæc bona, an mala, si simpliciter detur una responsio, tunc duo fient unum, ut uel ambo bonũ, uel ambo malum. Quare dicendum alterum bonum, alterum malum fieri. Alex copulat hunc textum cum p̃cedenti, & dicit: qm̃ accidit ex hmõi responsione superius assignata fortitudinẽ, quæ est bonum fieri malum, & timiditatem, quæ est malum (ut dictum est) fieri bonum, accidet ulterius duo fieri, nam timiditas erit duo bonum & malum, similiter & fortitudo bonũ & malum. dicit. [Insuper si bonum quidem malũ fit,] ut fortitudo timiditas. ut ex superius dictis patet, malum autem bonum, ut timiditas fortitudo, [duo fient utique] simul, cum ex fortitudine timiditas, uel ex timiditate fortitudo fieret, duo dico quia simul malum & bonum.

K

Et duorũ & inæqualium utrunq; ipsum sibi esse æquale. Quare æqualia, & inæqualia ipsa sibi.

Secundum Alexandrum sophisma tale est, si essent duo inæqualia, quorum alterum esset duarum ulnarum, alterum autem trium, utrunque ipsum sibijpsi esset æquale. nam quod duarum ulnarum est, ipsum sibijpsi æquale est. Similiter & quod trium, ipsum sibiipsi æquale esse manifestum est. hoc supponit, & dicit. [Et duorum & inæqualium, utrunque ipsum sibi esse æquale] subaudi manifestum est, si igitur aliquis interrogaret, utrum quod duarum ulnarum est, & quod trium æqualia sunt? aut nõ? si daretur simplex respõsio, accidet æqualia & inæqualia esse ipsa sibijpsis. Et si æquale est quod duabus ulnis constat, cum eo quod constat tribus, erit quod duabus ulnis cõstat illud, qđ constat tribus. Quare & æquale ipsum sibijpsi, & minus, & maius. siquidem quod tribus constat maius eo est, quod constat duabus. Est autem (ut Alex. inquit) solutio sophismatis, qm̃ opponens plures interrogationes fecit, ut unam. Supponens igit̃ Arist. suppõnẽ, & sophisma quasi nobis notũ, dat absurdũ r̃ndentibus per unam r̃nsionem, & dicit. [Quare æqualia, & inæqualia ipsa sibi.]

L

M

Incidunt autem hæ orationes, & in alias solutiones. Nam & ambo, & omnia plura significant. non igitur idem præter nomẽ accidit affirmare, & negare, id autem non erat redargutio.

Vltimo declarat secundum Egidium, qui quatuor sophismata uoluit in uerbis Arist. annotari, nonnulla eorum solui posse, quia peccant per alias fallacias, nã secundus & quartus paralogismi peccant penes fallacias in dictione, orationes. n. quæ interrogantur, plura significant, & ideo non accidit ibi affirmatio & negatio eiusdem de eodem, nisi secundum nomen, & dicit. [Incidunt autem hæ orationes]. s. nonnullæ harum orationum. [& in alias solutiones]. s. quæ fiunt secũdum alias fallacias. [Nam & ambo]. s. paralogismus quartus, ubi quærebatur de duobus inæqualibus, utrũ ambo essent æqualia. [& omnia]. i. paralogismus secundus, ubi quærebatur utrum omnia essent sibi, & alijs eadem & diuersa, [plura significant]. i. habent interrogationes plura significantes, & sic possunt solui per alias fallacias. ideo concludit. [non igitur idẽ] in talibus orationibus [accidit] simul [affirmare & negare præter nomen.] Nam non de eodem signato accidit in talibus affirmare & negare, sed de eodẽ nomine, uel de eadem oratione, [id aũt non erat redargutio,] quia illa est secundum idem nomen, & eandẽ rem. Aut sic. [nam ambo & oĩa plura significant.] ambo, n. & oĩa plures interrogationes. ut unã faciũt, ut si roges de duobus, quorum unum bonum, & alterum malum, an ne ambo bona sunt, an non bona? & de pluribus, quorum aliqua bona, & aliqua mala, an omnia bona, an non bona? sed quatenus plura significant, captionem in dictione facere possunt. Nã si ambo, & omnia collectionem dicunt. una erit interrogatio, & dandum est non bona. Si autem distributionẽ, plures sunt interrogationes. Alex. autem assignata sophismata uoluit ut essent duo tm̃, de quibus dicit. [Incidunt autem hæ orationes] duæ, quæ dictæ sunt, in alias solutiones, ut in amphiboliam. & assignat exẽplum de uno, & dicit. Interrogare. n. utrũ ambo hæc, uel omnia hæc æqualia sunt, aut inæqualia, amphibolum est. Nam interrogatio potest intelligi, utrum æqualia sunt ad inuicem aut æqualia sibijpsis. Similiter etiam utrum inæqualia sibijpsis sunt, aut inæqualia adinuicem. & cum dicit. [Non. n. idem præter nomen.] Alex. pro oratione, quæ est una secundũ dictionem exponit, qualis est amphibologica, non aũt qualis æquiuocatio est. N O P

Sed manifestum, quoniam si non una interrogatio plures fiat, sed unum affirmet aut neget, id non erit impossibile.

Nunc ultimo repetit qñ dari potest una simplex responsio, & dicit. [Sed manifestum, qm̃ si non una interrogatio plures fiat.] id est si ita una est, ut in plures nequaquam resolui possit, [sed unum] prædicatum de uno subiecto [affirmet, aut neget, id]. s. dare unam simplicem responsionem ad hmõi interrogationem, [non erit impossibile.] Alex sic legit. [sed manifestum, qm̃ id non erit impossibile] i. redargutio. [si plures] interrogationes [non fiant una interrogatio, sed unum affirmet aut neget.] si. n. unum p̃dicatum de uno subiecto affirmauerit, aut negauerit, non erit redargutio, & ita si plures interrogationes non fiant una, non erit redargutio. Nec plura hẽmus sophismata ab Arist. ¶ Tñ demonstretur unus hõ, & unus equus, & quæritur utrum isti sunt homines, an non. Insuper utrum sint equi, aut non? Si hoĩes, equus erit homo. si nõ sunt homines, Socrates qui ibi demonstratur, non erit homo. Similiter de equo quæratur. Secundum Socrates & Plato incipiunt esse, ponendo per casum ꝙ Socrates prius fuerit. Plato uero nunc primo sit. Tunc probatur sophisma. Socrates, & Plato nunc sunt, Socrates & Plato prius non fuerunt. igitur Socrates & Plato incipiunt esse. Improbatur. nam si Socrates & Plato incipiunt esse, Socrates incipit esse, hoc est absurdũ, quia Socrates prius fuit. Tertium, isti ferunt lapidem. probatur, quia proprijs brachijs mutant lapidem de loco ad locum, ut patet Q sophismata.

ad

A ad sensum. Improbatur autem, quia si isti ferrent lapidem, isti ferrent lapidem, & iste etiam ferret lapidem. hoc autem falsum, quoniam nullus istorum potest ferre lapidem. Quartum, niphus & phalco sunt homo & canis. probatur, quia niphus est homo, & phalco est canis. igitur niphus & phalco est homo, & canis. Improbatur uero, quia si niphus & phalco sunt homo & canis. Tunc niphus esset homo & canis, & phalco esset homo & canis. ¶Diluuntur omnes huiusmodi paralogismi ex eo, quia peccant ea captione, quæ est accipere plures interrogationes, ut unam. Primus quidem, quia eum quæritur utrum isti sunt homines, an non, si intelligitur utrum iste est homo, & utrum ille sit equus, dicendum hunc esse hominem, illum autem equum, & tamen ambo nec sunt homo, nec equus. Secundus uero propter idem, nam si fuerit una interrogatio, fortasse uerum est sophisma, ut casus demonstrat, si fuerint duæ, altera est falsa, quia per casum Socrates non incipit esse. B Similiter diluitur tertium quia si fuerit plures interrogationes, omnes sunt falsæ, si fuerit una, est uera. Et quartum diluitur eodem modo, nam illa interrogatio potest resolui in unam, & est falsa, in duas. uidelicet. niphus & phalco sunt homo, niphus & phalco sunt canis, & ambe sunt falsę, uel alio modo sic, niphus est homo, & phalco est canis, & est utraque uera. Hactenus de sophismatibus.

Solutio sophismatis.

¶De nugatione.

In illis autem, quæ deducunt ad dicendum idem frequenter, manifestum, quoniam non dandum prædicamenta eorum quæ ad aliquid dicuntur ipsa per se separatim dicta aliquid significare, ut duplum sine ipso dimidio, quoniam inapparet.

inapparet ἐμφαίνεται inest apparet.

C Cum sophismatum solutiones perfinisset, nunc soluit & paralogismos ducentes ad dicendum idem sępe sæpius, & dicit. [In illis autem]. s. orationibus paralogisticis [quæ deducunt ad dicendum idem frequenter, manifestum] est qui solui debeant, [quoniam non dandum]. i. concedendum [prædicamenta eorum, quę ad aliquid dicuntur]. i. nomina eorum relatiuorum, quæ ad aliquid dicuntur, [ipsa per se separatim dicta aliquid significare,] aliquid. s. suum correlatiuum. [ut duplum] si sumatur sine eo quod est ipsum dimidium. Si. n. duplum sumatur per se, & non per relationem ad dimidium. i. & non dicendo duplum dimidij, duplum non significat ipsum dimidium, [quoniam inapparet]. i. non per hoc quod dimidium apparet in ipso duplo, oportet dicere duplum per se sumptum significare dimidium. De hoc igitur docet, & nos admonet, si interrogemur utrum duplum per se dictum, & cum dimidio idem est. D & idem significat, aut non? admonet dico nos respondere quod non. Sed debere respondere quod aliud quidem sit dicere duplum, & aliud duplum dimidij. Nam licet appareat, & subintelligatur, ipsum dimidij dicendo duplum, tamen aliud est dicere duplum, & aliud duplum dimidij. Refert. n. multum dare & intelligere, & significare. Duplum. n. dat intelligere dimidium, non tamen ipsum significat. dat quidem duplum intelligere dimidium, quoniam dimidium apparet in ipso duplo, non autem significat, quia aliud est significatum dupli, & aliud dimidij, significatum. n. dupli est continere bis aliquid, sed dimidij significatum, est bis contineri in aliquo, uel ab aliquo. Euitatur igitur nugatio, cum dicitur in relatiuis, duplum dimidij, pater filij, dominus serui, & cætera id genus, quia licet alterum relatiuum det intelligere alterum, tamen differunt significato. Hæc. n. E differt satis est ad euitandam nugationem.

Nam & decem in deficientibus uno a decem, & facere in non facere, & omnino in negatione affirmatio. Non tamen si quis dixerit hoc non esse album, dicet idem album esse.

Probat quod dixerat exemplis, & dicit. [Nam & decem in] nouem [uno deficientibus a decem] subintelliguntur, inquantum. n. nouem non decem dicimus, quia a decem uno deficiunt, iam monstrauimus in eis decem, [& facere] apparet & subintelligere [in non facere] uiam non facere est priuatio ipsius facere, & ita in non facere apparet, & subintelligitur facere [& omnino] ut dictum est in metaphysica, [in negatione] apparet [affirmatio.] Qui. n. dicit, quoniam hoc non est homo, hic idem dicit, quoniam hoc homo non est, quare in non homine simul subintelligitur & apparet homo. [Non tamen si quis dixerit hoc non esse album, dicet] illud [idem album esse.] nam licet dicendo hoc F non est album, subintelligatur album, non tamen significatum illius hoc non est album, & significatum huius, hoc est album, idem est. igitur potest aliquid subintelligi, & non significari.

Duplum autem neque significat nihil fortasse, quemadmodum neque quod in dimidio. Quod si forte significat, non tamen idem diuisim, & coniunctim.

nihil οὐδὲν aliquid. Co. 19

Alex. legit hunc textum cum nota similitudinis, quæ est similiter, hoc pacto, si itaque hęc sic se habent, quemadmodum qui dicit non album, non ex necessitate album dicit, licet in non albo subintelligatur album. Similiter qui dicit non decem, non ex necessitate decem dicet, licet in non decem subintelligantur. [Similiter duplum, neque significat aliquid fortasse]. i. dimidium, licet det illud intelligere. [Quemadmodum neque quod G in dimidio]. i. neque dimidium ipsum significat aliquid hoc est duplum, licet det intelligere duplum. Dixit autem fortasse, quod potentia duplum det intelligere dimidium, actu autem non. propterea concludens dicit. [Quod si forte] duplum [significat]. s. ipsum dimidium [non idem tamen] diuisim, [& coniunctim.] diuisim. i. per se, coniunctim uero. s. cum dimidio. q. d. licet det intelligere dimidium, non tamen eodem modo dat ipsum intelligere diuisim, & coniunctim. Hæc est lectio Alex. ¶Egidius uero legit cum nota aduersatiua hoc pacto, [duplum autem neque significat nihil, quemadmodum neque quod est in dimidio] .i. quemadmodum neque ipsum dimidium significat nihil, si igitur duplum non significat nihil, sed aliquid, quidnam significat, respondet, & dicit. [Quod si forte H duplum significat] aliquid subaudi, [non tamen idem diuisim]. s. per se sumptum, [& coniunctim]. i. in oratione. Egidius legens hoc pacto uerba Aristot. dicit Arist. dixisse duplum fortasse nihil significare, & fortasse aliquid, quia relatiua non proprie significant aliquid, sed ad aliquid, neque fortasse significant aliquid in se, sed ad aliud ordinatum. Nam ut Auerroes dicit 12. metaphysicor. inter cætera prędicamenta relatio minus habet de esse, & quanto minus habet de esse, minus habet quod significet aliquid, ideo Arist. de relatiuis loquens quasi sub dubitatione ait. quod forte duplum nihil significat, & quod forte aliquid significat. Aliter possunt Arist. uerba intelligi, nam cum dixisset Arist. duplum non significare dimidium, posset quis ambigere cum non significet dimidium, utrum significat aliquid

I præter dimidium. quasi respondens per notam aduersatiuam, [duplum autem neque] significat [aliquid] .s. omnino præter dimidium, [quemadmodum neq; quod in dimidio] .i. ipsum dimidium significat aliqd præter duplum omnino. [Quod si forte significat] .s. aliquid .s. dimidium, non tamen significat [idem] .s. dimidium eodem modo [diuisim] .i. p se [& coniunctim] .s. in oratione. Duplum.n. per se sumptum dat intelligere dimidium, sumptum uero in oratione, significat idem quod oro, & sic significat dimidiū.

Neque scientia in specie, ut si est medicina sciētia ipsum qnod commune. Illud autem erat scientia scibilis.

Cum dixisset duplum non significari in dimidio, quasi a simili illud declarans, dicit. [Neque scientia] significatur [in specie, ut si medicina est scientia] .i. species scientiæ, [ipsum quod cōe] .i. ipsa scientia in K cōi non significatur in medicina. Et causam assignat secundum Alex. quare in medicina non significatur scientia, & dicit. [Illud.n.] .s. cōe [erat scientia,] quę est [scibilis.] Si igitur medicina significaret sciētiam, cum scientia sit scibilis, medicina esset ad scibile. hoc autem est falsum (ut Alex. declarat) quia medicina nō dr̄ alicuius, sicut neque grāmatica dr̄ alicuius grāmatica, neque ut in pręsentis dr̄, aliqua particularium artiū dr̄ ad aliquid. Si igitur qui scientiam dixit, alicuius dixit scientiam, sed qui medicina dicit, nullius dicit. manifestum, qm̄ nō simul significatur cum specie genus. Aliter exponit Alexan. [neque scientia in specie] .i. nec in scientia ostenditur species. Consueuit.n. Arist. talibus uti interpretationibus, quemadmodum.n qui dixit scientiam, non dixit medicinam, quæ iam est sub L scientia, sic qui dicit duplum, non dicit dimidium. Egidius autem non omnino ab ratione, quod dixerat inquit de relatiuis secundum se ꝙ non significent idem, quod oratio, ostendit in relatiuis, quæ secundum se non sunt ad aliquid, sed secūdum genus. medicina.n. quæ dicitur ad aliquid non secundum se, sed quia sciētia dicitur ad aliquid, nō significat idem quod oratio, nō.n. scibile est de significatione medicinæ, sicuti nec dimidium de significatione dupli dicit. [Neque scientia in specie, ut si est medicina scientia] .s. [in specie] significat [ipsum quod cōe] .i. idem quod oro cōis, quam exponit & dicit. [Illud aūt] .i. quod quidē cōe [erat scientia scibilis.] Hæc.n. oro scientia scibilis, & medicina non idem significant. Hæc expō non mihi dissona est.

*In ijs autem (quæ per se ostenduntur) prædicatis, id dicendum ꝙ non idem sit seorsum, & in oratione, quod ostenditur. Nam ca*M *uum cōmuniter quidem idem significat in symo, & in curuo. Additum autem nihil prohibet sed illud quidem naso. hoc aūt cruri significare. Etenim nihil differt dicere nasus symus, et nasus cauus.*

Cum docuisset soluere paralogismos ducentes ad nugationem in relatiuis, nunc docet soluere paralogismos ducentes ad nugationem in accidentibus. Et primo proponit idem esse in his, quemadmodum est in relatiuis, & dicit. [In ijs autem prædicatis] .s. accidentalibus, [quæ per se ostenduntur] subaudi per subiecta [id dicendum ꝙ non idem sit seorsum, & in oratione, quod ostenditur] .i. ꝙ non idem significet separatim, & in oratione cum aliquo alio copulatum. dixit quæ per se ostenduntur per subiecta, & non dixit per determinata subiecta, quia omnia accidentia ostēduntur per subiecta, non tn̄ eodem modo. Nam quædam ostenduntur per determinata subiecta, ut symū N & curuum, quædam per subiecta cōiter sumpta, ut p substantiam generatim, ut album, & nigrum, & cætera id genus. Cum hoc proposuisset, ostendit postea subiectum non esse de significatione accidentis, ut cōcludat nullum nomen accidentis significare idem qđ oratio. Et duo ostendit secundum diuisionem Egidij, quorum primum est subiecta non esse de significatione accidentium cōmunium, secundum ꝙ subiecta nō sunt de significatione accidentium propriorum.

¶ Alexander autem aliter exponit, & quidem facilius, nam cum Arist. proposuisset in accidentibus non idē significare accidentis nomen per se sumptum, & cum aliquo alio in oratione cōpositum, hoc ostendit exēplo sumpto ab ipso cauo, nam cauum per se dictum, confuse significat ambo .s. symum & rhœbon .i. curuū O crurale. Additum uero in oratione alicui, non idem significat. nam qui dixit crus cauum, determinate per ipsum rhœbon .i. curuum crurale significat. Qui uero dixit cauum nasum, determinate per ipsum symū significat, hoc dicit. [Nam cauum quidem cōiter idē] .s. confuse [significat in symo, & in curuo] .i. confuse symi & curui est significatiuum. [additum autem] diuersa significat, nam [naso quidem] additum [nihil ꝓhibet significare illud] .s. symum [cruri autem, hoc] .s. curuum. igitur non idem significat nomen accn̄tis per se dictum, & in oratione cum alio sumptum. Qđ autem cauum additum naso significet symum, ꝓbat & dicit. [Etenim nihil differunt dicere nasum symū, & nasum cauum.] qm̄ cauitas in naso symitas est, igiť nulla dr̄ia est dicere nasum cauum, & nasum symum.

¶ Quo autem ad uerba attinet, rhæbon græce, non sonat latine curuum simpliciter, nam curuum cōiter potest esse in ligno, & in naso, & in crure sed græci intel- P ligunt curuum crurale, nā eos, qui in curuus sunt cruribus, græci dicunt ῥαιβοὺς, rhæbos. ergo rhæbon significat crurale curuum. Insuper cum dixisset Arist. nihil differre dicere nasum symum & nasum cauum, nō dixit nihil differre symum, & cauum, nam symum & cauum accepta secundum se differunt, quia cauum per se acceptum, non dat intelligere determinate nasum. At symum nasum determinate dat intelligere, ut aūt sunt coniuncta naso, non differunt, quia sicuti dicēdo nasum cauum non ulterius ibi intelligitur nasus, sic symum dicendo naso coniunctum non ultetius dat ipm̄ intelligere. quare non dixit cauum & symū nihil differre, sed non differre, quatenus naso coniunguntur. Q Ex hoc patet solutio ad sophismata, cum.n. dicebant sophistæ idem esse dicere duplum & duplum dimidij, patet hoc esse falsum, nam duplum per se sumptum non significat dimidium, nec idem, quod dimidium, licet det illud intelligere. Coniunctum uero in orone, quæ est duplum dimidij, nunc cum sit oratio q̄dam, significat duplum esse dimidij duplum. Esset.n. nugatio, qn̄ illud quod per se dictum significat, significaret in oratione. Similiter cum dicebant nugationem esse dicere nasum symum, etiam dicendum hoc non esse uerum. Nam symum per se dictum significat affectionem quandam nasi. non.n. nasus est proprium & principale symi significatum. In oratione aūt compositū idem est quod oratio, cuius significatum, differt a significato symi. Et sic non erit nugatio dicere symum nasum.

Insuper

A *Insuper non danda est dictio secundum rectum. Falsum enim est, nam non est symum nasus cauus, sed nasi hoc ut passio. Quare nihil est absonũ, si nasus symus nasus est habens cauitatẽ nasi.*

Hic docet aliter dicere ad paralogismos, & dicit. Insuper non danda est dictio] .i. concedenda interrogatio sophistarum [secundum rectum] quæ est, utrũ symum sit nasus cauus. Nam si concedatur, bis nasus secundum eandem rationem dicetur. Aut per dictionem intelligit significationem, ut sit sensus literæ talis. [Insuper non danda est dictio] .i. significatio symi, qua nasum significat. [secundum rectum. Falsum enim est] .s. ꝙ symum significet nasum in recto, tanq̃ principale significatum. Cuius causam assignat. [Nã non est symum nasus cauus] .s. in recto, oporteret .n. sic definiri, qm̃ ratio, quam nomen significat, est definitio. quare cum non dicamus symum esse nasum cauum, B argumento erit nobis, ꝙ symum non significet principaliter nasum. Quo uero modo definiatur, exponit. & dicit. [Sed] subaudi symum [est nasi hoc ut passio] .i. sed symum est cauitas nasi. nam proprium & principale symi significatum hoc est .s. cauitas nasi, & non ipse nasus, non ergo erit nugatio dicere symũ est nasi cauitas, eo quia symum per se dictum licet det intelligere nasum in obliquo, non tñ significat ipsum in recto. cum uero in oratione accipitur, bene nasus significatur expresse. ppea concludit. [quare nihil est absonum si] dicatur [nasus symus] quid est, & dicat [nasus est habens cauitatem nasi.] ¶Sed dubitat Alex. quia uidet in hoc Arist. dicto accipi his nasum, dicit .n. Arist. [quare nihil est absonũ, si nasus symus nasus est, habens cauitatem nasi.] Respõdet & bene, ꝙ non bis nasus ipse accipiatur, nam ponenda est (ut C inquit) coma ad illud uerbum nasus est, non .n. nasus qui ibi ponitur, est pars definitionis, sed est interrogatum. Definitio .n. est habens cauitatem nasi, qñ .n. interrogamur de aliquo, coaccipimus & illud, non ut definitionis partem, sed ut interrogatum, ut interrogati quid est homo, dicimus homo est animal rõnale, ubi homo non accipitur ut pars definitionis, sed ut interrogatum. Sic cum dicimus quid est nasus symus, dicimus nasus .s. symus est, qui habet cauitatem nasi, per q̃ patet solutio ad sophismata, nam differt dicere symũ, & symum nasi cauitatem, qm̃ in symo per se dicto, nõ exprimitur nasus tanquam proprium significatum, in hac oratione, symum est nasi cauitas, nasus exprimitur, quare licet idem bis detur intelligi, non tñ bis significat, nec expresse bis dicitur, & sic cessat nugatio. Ex his patet nugationem esse bifariam, aut qñ idem D bis, ut principale significatum dicitur, ut cum dr̃ ensis spatha gladius incisiuus est. nam bis significatur ferrũ illud, quod est ensis, semel per nomen ensis, & semel p nomen spatha. Aut qñ bis idem exprimeretur, ut si diceretur, nasus symus est nasus habens cauitatẽ nasi. Hæc .n. est nugatio si nasus in recto secundo loco positus esset pars definitionis. In illa enim definitione semel poneretur in recto, & semel in obliquo, & utrũque expresse. At ubi idem bis daretur intelligi, non esset nugatio. Hæc sunt quæ Aristoteles attulit ad sophismata.

Dubĩ Alexã.

Solut.

¶De solœcismo.

De solœcismis autem propter quid apparent accidere, diximus prius, quo modo autem soluendi, in ipsis orationibus erit manifestum. Nam omnes huiusmodi hoc uolunt construere.

Nunc Arist. docet soluere paralogismos, qui ducũt E ad solœcismum, & primo proponit, quæ dicturus est, induens continuationem eorum, quæ dicturus est, cũ ijs, quæ dixit libro primo, & dicit. [De solœcismis autem pp quid apparent accidere, diximus prius] .s. libro primo. [quo modo autem soluendum] est ipsos, [in orationibus ipsis] .i. in paralogismis ipsis, cũ eos composuerimus, [erit manifestum,] per quæ declarat in his non esse ponendam primo solutionem omnibus cõem, deinde per speciem ad omnes, cuius causam assignat, & dicit. [Nam omnes hmõi] .s. orationes solœcisticæ [uolunt hoc construere.] Egidius exponit [hoc] .i. solœcismum, & quia sufficienter libro primo traditũ est quo modo cõmittitur solœcismus, non oportet generatim solutionem primo tradere, quia per ea, quæ dicta sunt primo libro satis hr̃, restat igitur uenire ad solutionem speciatim per species. F Alex. per illud pronomen hoc, uult intelligere, ꝙ omnes solœcisticæ orationes peccent circa illud pronomen hoc, uel circa illud pronomen hic, hæc, hoc, aut circa aliquod illi ęquiualens, ut circa iste, ista, istud. Nã hoc in his, quæ neutraliter dñr, accipitur & in nominatiuo, & in accusatiuo. Et acceptum a sophista ipm hoc, ut significatiuum recti. Deinde afferente sophista circa hoc quod accusatiuum significat, accidit ducere respondentem ad solœcismum, ppea dicit in ipsis orationibus esse solutionem manifestam, & non oportere eam prius generatim præmittere, sicut fecit in alijs. Egidius autem omnino errauit, qm̃ uerba hęc. [Nam omnes hmõi] & reliqua uoluit esse principium executionis, quod falsum est. cum illa particula .n. reddat causam, & non sit executionis nota.

G *Putas ne quod dicis uere esse, erit & hoc uere. Dicis autem lapidem uere esse. Est igitur lapidem hoc uere.*

Nunc transit ad paralogismos, quorum primum assignat, & dicit. [Putas ne quod dicis uere esse, erit & hoc uere?] sic. nam quod dicis uere esse .s. aut animal, aut substantiam, aut tale aliquid, [erit & hoc uere] .s. aut animal, aut substantia, aut tale aliquid. Contra obijcit, & accipiatur hoc quod concedis pro maiore, & addo minorem. [dicis autem uere] subaudi illud, quod dicis esse. [Est igitur lapidem hoc uere.] Dicit autem Alex. nescio qua ratione illud pronomen, hoc, in maiore, quæ interrogabatur, acceptum esse in nominatiuo, quod postea concessum a respondente concludit sophista in accusatiuo, quod an uerum sit, tu considera.

uere τι quid hoc τι aliqd.

H *An dicere lapidem non est dicere quod, sed quem non hoc, sed hunc. Si igitur dicat aliquis putas ne quem uere dicis, [illegible]um? non uidetur congrue loqui, quemadmodum si dicat putas, [illegible] dicis esse, est iste.*

cõgrue loqui

Soluit, & solutio consistit in hoc ꝙ non est similis acceptio in conclusione, & in propositionibus, nam in propositionibus accipiebatur hoc in nominatiuo (dicebatur enim quod dicis uere esse, est hoc uere.) in conclusione autem lapidem accipitur in accusatiuo, & pp ea cõmittitur solœcismus. Sed si acciperetur lapis in nominatiuo, ut accipiebatur illud pronomen hoc, in propõnibus, non cõmitteretur solœcismus, dicit. [An dicere lapidem] .s. in conclusione, [non est dicere quod,] ut dicitur in propõnibus, [sed quem] quare debet maior esse, quem tu dicis esse. Et si sic dr̃, non deberet dici [hoc] .s. est, in nominatiuo, [sed]

man. loqui greci zare cõgrue secũdũ græcos loqui. helleni zare

I ut dicitur in conclusione,[hunc]est. Formata.n.sit maiore,quem tu dicis esse,hunc est,lapidem dicis esse sequetur conclusio.igitur lapidem est. [Si igitur dicat aliquis] in maiore. [Putas ne quem uere dicis] esse[est istum,non uidetur congrue loqui,]necapud Romanos,nec apud Græcos, quia discordat in regimine,& in casu.[quemadmodum]non uidetur cõgrue loqui [si dicat,putas ne quam dicis esse,est iste,] quia discordat in genere. Quare syllogismus sic componatur,quem tu dicis esse,iste est,lapidem dicis esse.igitur lapis est.ubi patet tunc non esse solœcismum.

sic οὕτως hoc pacto.

Lignum autem dicere sic, uel quæcunque neque masculinũ, neque fœmininum significant,nihil refert. Quare etiam non fit solœcismus,si quod dicis esse,est istud,lignum autem dicis esse. Est igitur lignum,istud. lapis autem & iste masculinam habent declinationem.

K Cum declarasset in masculinis & fœmininis fieri solœcismos,nunc(ut Alex.exponit)declarat in neutris non fieri solœcismos,& dicit. [Lignũ autem] quod est neutri generis, [sic dicere] s.in accusatiuo uel nominatiuo,[uel quæcunque neque masculinum, neq; fœmininum significant] sed neutrum in accusatiuo, uel in nominatiuo dicere [nihil refert.quare etiam] in neutris[non fit solœcismus.] eo quia in accusatiuo & nominatiuo consimilem terminationem habẽt. & ponit exemplum,ut [si] aliquis sic syllogizauerit, [quod dicis esse,est illud.lignum autem dicis esse. est igitur lignum istud.]Si n.istud in propõnibus,& in conclusione esset dissimilis casus,ut fortasse nõ est, nõ pp hoc erit solœcismus. [Lapis autem & iste masculinam habent declinationem,] ideo in eis cõmittuntur solœcismi.

L *Quod si quis dicat putas ne iste,illa est? Deinde rursum,quid autem,nonne iste est coriscus?ita dicat.est igitur coriscus illa, non syllogizauit solœcismum; & sic coriscus non significauerit idem quod illa,& respondens non dederit. (oportebat.n.hoc præinterrogare,si itaque neque est,neque dat,) neque in eo, quod est esse aliquid,neque ad eum,qui interrogatus est,syllogizauit.*

coriscus οὗτος iste.

Iste locus fuit,& est mihi adhuc difficillimus, tñ mihi uidetur Aristotelem uelle declarare, qñ in masculinis,& fœmininis non syllogizatur solœcismus, & dicit. [Quod si aliquis dicat,putas ne iste illa est?] puto.[Deinde rursum quid autem?nonne iste est coriscus?ita dicat,est igitur coriscus illa.]dicit Aris.ꝙ qui sic syllogizauit,[non syllogizauit solœcismum.]Vr̃ autem ꝙ syllogizauit solœcismum, quia in concl̃one discordauit in genere. ¶ Dicendum quod multum

Dubiũ.

M refert dicere solœcismum, & syllogizare solœcismũ, qui.n.in conclusione,uel in propositione,uel in quacũque oratione discordat in genere,dicit solœcismũ. non tamen syllogizat solœcismum, nam syllogizare solœcismum est qñ in propõnibus acciperentur aliq termini sub uno genere,& in cõclusione sub alio, aut in propõne sub uno casu, & in conclusione sub alio, modo termini accipiuntur sub eodem genere, & sub eodem casu tam in propõnibus quam in cõclusione. Alexã. autem dicit ꝙ non syllogizauit solœcismum, quantum ad considerationem casuum. Nam in propositionibus & in conclusione accipiuntur termini sub eodem casu.s.in recto.Dixit.n.iste illa est,in maiore,in conclusione uero,coriscus est illa, quare nõ solœcizauit in casibus, bene tñ est solœcismus, ut dicit Alexander,quia ut Philosophus dicit. in de memoria

& reminiscentia,qui res non proprijs nominibus nominat,solœcizat.nam qui debet dicere niphum,& dicit Pompeium, solœcizauit, aliud pro alio dicens, sic debens dicere unum genus,& dicit aliud,solœcizat. Sed tunc est dubium,utrum sic argumentans, iste illa est,iste est coriscus.igitur coriscus illa est,syllogizat,respondens Arist.dicit,hunc sic argumentantem nõ syllogizare, nisi coriscus significet idem quod illa, ita ut sit masculinum idem,quod fœmininum & nisi respõdens hoc concesserit,nam licet coriscus significet idẽ, quod illa,& respondens non concesserit,qui sic argumentatur,non syllogizat. Et hoc dicit.& debet litera legi suspensiue usque ibi. [Neque in eo quod est esse aliquid,] hoc pacto, [& si coriscus non significauerit idem ꝙ illa]ita ut masculinum idem sit cum fœminino,& dato ꝙ significauerit [Et respondens non dederit]coriscum significare idẽ ꝙ illa [oportebat.n.] sophistam[præinterrogare]respondentem[hoc].s. utrum coriscus significat idem ꝙ illa. [Si itaque neq; est].s.coriscus idem quod illa [neque] respondens [dat]coriscum esse id quod illa tunc terminando suspensionem,dicit. [Neque in eo quod est esse aliqd] .i.simpliciter, [neque ad eum,qui interrogatus est] .s.ad hominem, [syllogizauit,] quia ex ignotis non fit syllogismus, nec simpliciter, nec ad hominem. Oportet igitur si syllogismus fuerit, ut masculinum idem sit cum fœminino,& ꝙ id respõdens concedat. N O

Similiter igitur oportet & illic lapidem significare iste. Si aũt neque est,neque datur,non dicenda conclusio. Apparet autem eo quod dissimilis casus nominis similis appareat.

P Paralogismus superius in neutris confectus, potest sic componi in masculinis, putas ne quem dicis esse, iste est. Dicis autem lapidem esse. igitur lapidem iste est,si igitur sic componatur,quærit utrum syllogizet, respondet.[Similiter igitur oportet]subaudiendum interrogare,ut Alexander subaudiuit [Et illic].s.in paralogismo,in quo mutatur casus, [lapidem significare iste]ut sit accusatiuus idem,quod nominatiuus. [Si autem neque est] lapidem iste.i.accusatiuus nominatiuus,& dato ꝙ sit.[neque datur]a respondente,a sophista[non]est[dicenda conclusio] illa.uidelicet.lapidem iste est. Et licet non sit dicenda conclusio.[Apparet autem eo ꝙ dissimilis casus nominis,] ut nominatiuus & accusatiuus,[similis appareat,]& pp hanc apparentiam apparet syll's,nõ tñ est. quare si debet esse syll's,oportet accusatiuum esse ntm̃, & hoc dari a respondente.

Q *Putas ne uerum est dicere, quoniam ista est id, quod esse ais eam.esse autem ais aspidem.Est igitur ista aspidem.*

Assignat secundum paralogismum,eiusdem rationis cum eo,qui prius dictus est,& dicit.[Putas ne uerum est dicere,qm̃ ista est id,quod esse ais eã?] puto. Sumat igitur hæc p maiore,& addo tuã minorẽ,[esse aũt ais aspidem,]hanc.n.concessisti. [Est igitur ista aspidem.]

An nõ necesse est, quia ista non aspidẽ,sed aspis significat. Aspidem autem istam.

Respondet & dicit.[An non necesse est.]ut.s.cõclusio sequatur[quia]hoc pronomen[ista,] cum sit nominatiui casus, [non aspidem significat,sed aspis] in nominatiuo.[Aspidem autem significat]hoc pronomen [istam.] quare cum sit dissimilis acceptio in conclusione & in propositionibus, ideo non sequit̃,

sed

A sed cum in propositionibus dicebatur illud pronomē ista in nominatiuo, ideo in conclusione debet concludi aspis,& non aspidem est ista.

Neque si quem dicis esse istum, est iste. Dicis autem istum esse Cleonem. Est igitur iste Cleonem. Non enim est iste Cleonem. Dictum est enim quoniam quem dico istum esse, est iste, non istum, neque enim congrue dicetur, hoc pacto interrogatio dicta.

Hic assignat tertium paralogismum,& dicit. [Neque] subaudi sequitur conclusio, [si] fiat talis paralogismus, quem dicis esse istum, est iste? est. Sumat igitur hæc a te nunc concessa, pro maiore,& addo tuam minorem. [Dicis autem istum esse Cleonem.] Hæc.n. est tua minor. [Est igitur iste Cleonem.] Quod autē hæc conclo non sequatur, declarat,& dicit. [Non.n.
B Cleon] in accusatiuo recte dr [est iste] in ntō, nec sic est in propōnibus sumptum, dictum est.n. in maiore, [qm̄ quem dico istum esse, est iste, non] autem est [istum.] quare nec in conclusione debet sic inferri. Et assignat causam, quare in maiore non potest dici, est istum,& dicit. [Neque.n. congrue dicetur hoc pacto] .s. est istum [dicta interrogatio] quæ accepta est pro maiore.

Putas ne istud scis. Istud autem est lapis. igitur lapis scis. An non idem significat istud in eo quod est putas ne istud scis, & in hoc, istud autem lapis. Sed in primo quidem istum, in posteriore autem iste.

Hic assignat quartum paralogismum,& dicit. [Putas ne istud scis?] puto. Sumatur igitur hæc pro maiore,& addo tuam minorem. [Istud autem est lapis, igit̄ lapis scis.] rn̄det. [An non idem significat istud in eo
C quod est putas ne istud scis] .s. in maiore.]& in hoc, istud autem lapis] .s. in minore [sed in primo quidē] pronomen illud istud, significabat [istum. in posteriore autem, iste.] Si igitur in propositionibus cum hoc uerbo scis, pronomen istud ponebatur in accusatiuo, cum uerbo est ponebatur in ntō, in conclusione ubi concluditur lapis de hoc uerbo scis,& non de hoc uerbo est, non debet concludi, qm̄ lapis scis, sed quoniam lapidem scis.

Putas ne illud, cuius scientiam habes, scis. Scientiam autem habes lapidis. Lapidis igitur scis. An huius quidem lapidis dictis, hūc aūt lapidem, datum est aūt cuius scientiam habes illud scis, non illius, sed illud. quare non lapidis, sed lapidem.

Assignat hic ultimum paralogismum,& dicit. [Putas ne illud, cuius scientiam habes, scis,] puto, accipiat̄ hæc a te concessa pro maiore,& addo minorē. [Scientiam aūt habes lapidis. Lapidis igitur scis,] soluit. [an
D huius quidem] .i. an cum dicis huius, [lapidis dicis] .s. in minore, in genitiuo, [hunc aūt] cum dicis in accusatiuo dicis [lapidem, datum est autem cuius scientiam habes illud scis, non illius, sed illud] .s. scis. q.d. non esse concessum, scis huius, cuius scientiam habes, sed illud in accusatiuo. [quare non] debes concludere scis [lapidis, sed lapidem] eodem modo in accusatiuo.

Quod igitur hmōi orationes non syllogizent solœcismum, sed apparent, & pp quid apparent, & quo modo est obsistendū illis, ex ijs, quæ ista sunt, manifestum est.

Epilogat,& dicit. [Quod igitur hmōi orones,] q̄ tactæ sunt, [non syllogizent solœcismum, sed apparent] syllogizare (non syllogizant quidem, quia dissimiliter accipiuntur termini in propositionibus, & in conclusione, apparent autem syllogizare, pp apparentem similitudinē conclonis ad propōnes.) [& pp qd apparent, quia pp similitudinē conclonis ad ppōnes, nam (ut Alex. dixit) oēs hn̄t quandam similitudinem inter se, [& quo modo est obsistendū illis] tum gn̄atim ex libro primo, tum speciatim hic, [ex ijs, q̄ dicta sunt, manifestum est.] De alijs uero sophistarum finibus, ut de falso, & de inopinabili, non oportuit paralogismos soluere, quia omnes continentur in paralogismis redargutionis, ut superius Aristotelis declarauit. E

¶De facili atque difficili oratione.

Oportet aūt intelligere, quoniam omnium orationū, aliæ quidē sunt faciles conspici, aliæ aūt difficiliores per quid, & in quo decipiant audientem, frequenter eædem illis existentes.

Nunc de oronibus, tum facilibus, tum difficilibus loquens. primo proponit diuisionem quandam oronum sophisticarum, q̄ aliæ ad soluendum faciles, aliæ difficiles sint, ppea quia ignoratur per quid, & in quo decipiant audientem, hoc est quia ignorantur causæ apparentiæ & defectus. dicit. [Oportet autem intelligere, qm̄ omnium orationum,] .s. paralogisticarum, [aliæ quidem sunt faciles cōspici] per quid,& in quo decipiunt rn̄dentem,& ita sunt ad soluendum faciles, [aliæ autem] sunt [difficiliores] subaudi conspici [p quid,& in quo decipiant audientem,] & quia sunt difficiliores conspici per quid, & in quo decipiunt audientem, ad soluendum sunt difficiliores. nam cū ignoretur per quid & in quo decipiunt audientem, ignorantur causæ apparentiæ & defectus,& ita ad soluendum difficiliores sunt. Secundo affert harum orationum conuenientiam, saltem quo ad genus fallaciæ, asserens orationes has difficiles easdem esse, saltem quo ad genus captionis cum facilibus,& dicit. [Frequenter eædem] .i. quæ difficiliores sunt [frequenter eædem illis] .s. facilibus [existentes] per quę uult induere in quolibet captionum genere esse paralogismos aliqn̄ ad soluendum faciles, interdum difficiles. nam (ut Alex. exponit) captiones, quæ sunt circa æquiuocationem omnes sunt eædem ad inuicem, quemadmodum quæ circa amphiboliam eædem sunt omnibus ijs, quæ sunt circa amphiboliam,& quæ circa accidens omnibus, quæ sunt circa accidens, quare hæ illis eædē sunt ut dictum est. F G

Nam eandem orationem oportet uocare, quæ ppidē dicitur. eadem aūt oratio alijs quidem pp dictionem, alijs aūt pp accidens, alijs uero pp aliud uidebitur esse, quia unumquodque quod transfertur non similiter est manifestum.

Cum dixisset difficiles orones esse nōnunquam easdem facilibus saltem secundum genus captionis, nūc assignat cām,& dicit. [Nam eandē oronem oportet uocare q̄ pp idem] .s. genus captionis [dr̄] modo sub audiendū, sed difficiles orones aliqn̄ cum facilibus dn̄r pp idem genus. igit̄ difficiles oportet uocare aliqn̄ easdem cum facilibus. Addit tn̄ paralogismos, qui fiunt in dictione, apparere quibusdam aliqn̄ fieri secundum fallacias extra dictionem. Et hoc prouenit ex parte terminorum, quibus applicantur,& ad quos trāsferūtur, non.n. quod transferr̄ de terminis in terminos, & de una materia in aliā, est oībus silr̄ manifestum. ideo paralogistice orones, quæ sunt scdm fallacias in dictione, trāslatæ ad alios terminos,& ad aliam materiam, ui debunt̄ alijs fieri scdm fallacias extra dictionē. hoc di- H

I cit. [Eadem autem oratio alijs quidem pp dictionem uidebit esse] ut. uidelicet in quibusdã terminis est collocata. [alijs aũt] uidebit esse extra dictionem ut [pp accñs, alijs aũt pp aliud] genus fallaciæ prout trãsfert ad alios atque alios terminos, ad aliam atque aliam materiam. Cuius causam assignat, & dicit. [quia unũqdque, quod transfert de terminis in terminos, & de mã in mãm, [non fit] scdm idem captionis genus [est] omnibus manifestum.] Dicit hæc Alex. satis bene, φ orones circa dictionẽ, ut q̃ sunt circa æquiuocationẽ, aliquæ uñr circa æquiuocationẽ & sunt, aliæ aũt sunt circa æquiuocationẽ, non tñ uñr esse circa æquiuocationem, & sic quę circa accñs, dicit tñ oẽs oportere uocare secundum illud captionis genus, in quo sunt, ut q̃ sunt in accñte, oportet eas secundũ accñs dicere, & si non appareant esse circa accñs. Qđ aũt paralogismi
K uideant esse in uno gñe, & tñ in alio sint, dcm̃ est superius, sicuti hæc. utrũ quo uidisti tu hũc uerberatũ, hoc uerberabat iste? & quo uerberabat, hoc tu uidisti. Hic enim secundum interrogationem uidetur circa amphiboliam esse. secundum uero id, quod affertur, circa compositionem est.

Quemadmodum igitur in ijs, quæ sunt propter æquiuocationem (qui modus inter paralogismos uidetur esse ineptissimus) hæc quidem & quibuslibet sunt manifesta, & orationes pene ridiculosæ sunt omnes, quæ sunt propter nomen.

nomẽ χεῖν dictionem.

Textum hũc legit Herminius & Alex. sine uerbo illo igitur, nam cũ dixisset in unoquoque gñe captionis esse orones aliquas faciles, nunc hoc exponit in ipsa æquiuocatione, ut sit huius textus ad præcedentẽ cõtinuatio talis, in unoquoque genere captionis sunt sophismata & orones faciles [queadmodũ in ijs, sunt
L pp æquiuocationem. (qui modus inter paralogismos uř esse ineptissimus) hæc quidem] .s. sophismata [& qbuslibet sunt manifesta, & orones] .s. sophisticę [pene ridiculosæ sunt oẽs, quæ sunt pp nomen] .i. ppea, quia sunt pp nomen. Dixit aũt [pene,] quia non oẽs, nã ẽt in hoc genere captionis sunt aliqua orones difficiles. si aũt legat textus cũ uerbo igit, debet legi cum additione, hoc pacto, igit quemadmodũ in ijs, & reliq, ita etiam in amphibolia & in unoquoque gñe captionis tam in dictione quam extra dictionem sunt aliqua sophismata leuissima, & orones pene ridiculosæ. Verum in æquiuocatione hæc sunt pp nomen, in alijs pp alias causas.

scalam κλιμάκω̃ς re=

Vt uir ferebatur per scalam δίφρον, diphron.

M Egidius legit hoc exemplum in æquiuocatione, nã in codicibus græcis, e quibus textus suus trãslatus est, nõ κλιμάκο per o paruum, sed κλιμακῶς per o magnum legebatur, quod est mihi consonũ, nam antiquus trãslator transtulit gradatim, & diphron transtulit sedẽs. modo si translatio hæc est uera. Egidius recte exposuit in æquiuocatione, ut sit continuatio talis, recte dictum est in æquiuocatione aliquas orationes esse faciles, de numero, quarum est. [ut uir ferebat gradatim sedens,] nam si κλιμακῶς dicit regionatim, falsa est oro, quia falsum est uirum sedentem regionatim ferri. At si κλιμακῶς dicit per clima, oratio potest esse uera, quia uir sedens fertur per clima, Alex. uero legens hunc textum uarijs modis asserit sophisma posse intelligi secundum figuram dictionis, & secundum amphiboliam, & secundum compositionem, secũdum figuram dictionis quidem, nam uir, qui est masc. gñis, interpretatur per genus neutrũ. Dicit. n. ut uir ferebat per scalam diphron. i. currus exñs, aut sella exñs, aut sedes existens, & qm̃ currus est masculini generis, sella & sedes fœminini, ideo non transtuli diphron, sed ipsum in propria lingua posui. nam Alex. uult diphron esse neutri generis. Possumus autem loco illius poni corpus, ut sit litera talis, uir ferebatur per scalam lignum .s. existens, & sic masculinum genus interpretabitur per neutrum, & erit sophisma secundum figuram dictionis tale, nõne uir per scalam ferebatur? ita. Nonne diphrum per scalam ferebatur? ita. Vir igitur per scalam ferebat diphrum. Hic. n. paralogismo scdm figurã dictionis est. Est. n. conclõis sensus uir diphron exñs per scalam ferebat. ubi patet masculinum per neutrũ interpretari. Põt etiam sophisma esse scdm amphiboliam, quatenus illud uerbum ἐφέρετο, potest legi actiue, & passiue, si. n. legitur actiue, est sensus, uir ferebat humeris per scalam diphron. i. currum uel sellam uel sedem. Si autem passiue, sensus est, uir diphron. i. currus existens ferebatur per scalam, quia tamen apud nos fero actiuam, feror passiuam significationem habet, iure prætermitto sophisma, nisi mutatio fiat ad aliud uerbum, hoc pacto, quod largitur, donat, equus largit. igitur equus donat. hoc autem falsum est, quia equus donatur, non autem donat. In hoc itaque paralogismo amphibolia est, quia largitur actiue & passiue significat, potest esse etiam secundum compõnẽ, ut si uirum contingerit ad primam horam diei ferre p scalã, diphron uero. i. currum ad quartam. & tũc sophisma sic interrogabit, utrum uir per scalam ferebat? ita. & quid nõne diphron per scalam ferebat? ita. Vir igitur per scalam ferebat diphron. Oportebat. n. sic concludere, uir igitur & diphron. i. currus per scalam ferebatur. & hoc uerum est. Tñ quouis modo intelligatur, facillima oratio est. Dicit etiam Alex. inueniri aliã scripturam sic, ut uir. ἐφέρετο per scalam διαφόρον, diaphoron, & tunc est sensus, ut hæc oratio uir ἐφέρετο, ephereto per scalam, est quid diuersum, & amphibolum, quia intelligi potest, aut φ uir ferebat, aut φ ferebatur, ut dictum est, sed parcas mihi lector, si prolixus uideor, qm̃ copia expõnum Alex. circa inutilia me cogit tot dicere. N O P

gionẽ κλιμακῶς scalariter gradatim di phrõ currus sedẽs sella se des διαφορόν diaphorũ amphibolũ diuersũ.

Et quo uenit, apud cæream.

Hoc exemplum non hř in translationibus antiqs. Alex. & Herm. hunc in suis habent codicibus. Alex. dicit hoc exemplum esse in amphibolia, nam στελλέσθαι mittere est, ideo hæc oratio missi estis, ad κέρμαν, aut cæ ream, dupliciter est, quatenus mittere potest esse per
Q se ex propria electione, ut ambulare, ut est hoc, iui hanc uiam pro ambulaui, & ex alijs, uel ab alio, ut est hoc misit nos rex uiri græci. In hoc igitur sophismate quo missi estis, illi quidem ipsum mittere ex propria electione dederunt. sophista mittere ab alio accepit. Sic etiam potest intelligi quo uenit, nam uenire est dupliciter per se ex propria electione, & ex alijs missus. ostendit etiam Alexander hoc sophisma esse secundum æquiuocationem, & secundum figuram dictionis, & ne in friuolis conteram tempus, mitto te ad Alex. nobis autem satis, hoc exemplũ esse facilium sophismatum.

uenit στελλέσθαι missus ẽ cerem.

Et boreas purus ne? non arte. Perdit enim pauperem, & ementem.

Sophisma

A Sophisma istud est tale, utrum boreas sit purus, non certe, & probatur. quia quod pauperē perdit, & ementem non est purum, boreas perdit pauperem, & ementem. Pauperem quidem lędendo, atque constringēdo sua frigoris rigiditate. Ementem uero, utputa qui sterilitates inducit, multaque bonorum incōmoda. dat minorem, & dicit. [Perdit.n. pauperem & ementē.] igitur non est purus. purum.n. idem est, quod innocens. Improbatur. quia boreas purgat aerem, igit̃ est purus. In hoc est æquiuocatio in illo uerbo o purus, quia purus significat innocētem & purgantem aerē.

Et utra bouem ante pariet? neutra. sed retro ambæ.

Sophisma istud tale est. [Et utra bouem ante pariet? neutra. sed retro ambæ.] In hoc ante est æquiuocum. Significat.n. aut situm anteriorem, & sic neutra. B Parit enim hos posterior parte, aut tempus, & sic alia ante parit, quæ tempore anticipat partum alterius.

Putas ne est Euarchus? non certe. sed Apollonides. & aliarum fere quàm plurimæ.

Istud sophisma non reperitur in translationibus ueteribus. Alexander tñ, & Herminius habuerunt, in suis codicibus Alexander multipharium exponit. Vltimo tamen dicit exemplum esse æquiuocorum. nam Euarchus dupliciter, & qui bene principatum gubernat, & qui bonum principatum habet, non tñ ipsum bene gubernat. Apollonides uero, unū tm̄ significat, .s. qui bonū habet principatū, male tñ gubernat. Est igitur interrogatio. [Putas ne est Euarchus] hic .s. quem tibi demonstro, ponendo ꝙ demonstrem tibi aliquem tyrannum, [non certe, sed Apollonides.] clam tyrannum significauit. Sed ut recte Alexander C dicit, hic Platonis est dialogus. Sunt igitur istæ orationes friuolæ, [& aliarum fere quam plurimæ,] quæ sunt secundum æquiuocationem. ¶ Quo uero ad exemplū Euarchi attinet, Apollonides habebat duos filios, quorū alter Euarchus dicebatur, erat etiā Euarchus pater, quia habebat proprios filios. Superius igit̃ Aristoteles posuit sophisma ad compositionem spectans in quo frater Euarchi interrogabatur, sic, utrum Euarchus tuus est? ita. Et quid nonne Euarchus pater est? ita. Euarchus igitur tuus pater est, sed tñ non pater, nam frater tuus est. hic paralogismus compositionis est, quia ualet est pater & tuus. igitur tuus pr̃. Arist. aūt pp breuiloquium unam propōnem ponit, & non completā. dicit.n. fratri Euarchi, putas ne est Euarchus subaudi tuus, & uult ītelligere ita. suppleatur, putas ne Euarchus est pater? puto. Igitur Euarchus pater tuus est, totum hoc uult esse supplendum, D tunc addit absurdum dicens, [non certe] Euarchus tuus pr̃ est, [sed Apollonides.] & ita sophisma istud potest intelligi secundum compositionem.

Hæc autem & peritissimos uidentur latere. Signum aūt huius, quoniam contendunt sæpe de nominibus, ut utrum idē significent de omnibus ens & unū, an aliud. Alijs.n. uidetur idē significare ens & unū. Alij autem Zenonis orationē & Parmenidis soluunt, quod multipliciter putent unum dici & ens.

Cum superius dixisset, in ijs, quæ sunt pp æquiuocationem, hæc quidem & quibuslibet esse manifesta, nunc dicit. [Hæc autem] .s. sophismata, [& peritissimos uīr latere,] ut sophismata, quæ sunt de ente & uno, ut utrum ens sit unum simpliciter, ita ut omnia entia sint unum? Quod autem hæc sophismata sint difficillima, ꝓbat a signo, & dicit.] Signū aūt huius] .s. difficultatis est, [qm̄] uiri peritissimi [contendunt E sæpe de nominibus, ut utrum idem significent de omnibus ens, & unū?] ita ut omnia entia sit unū simpliciter. [an aliud? Alijs.n. uī idem significare ens & unum] non distinguentes inter unū numero, & unū transcendenter, ut Parmenides, Zeno, & Plato. [Alij autem] quia solus ipse Aristot. (Zenonis orōnem & Parmenidis soluūt] .s. in naturalibus, rōnes uero Platonis soluit in metaphysica, [ꝙ multipliciter putent unum dici & ens,] quia decem modis secundum numerum p̄dicamētorū, & non unum numero. Orōnes itaque secundū æquiuocationē sunt ad soluendum faciles, non oēs, sed quæ accipiunt primum modum æquiuocationis, q̄ uero sunt de uno & ente, sunt difficiles, quia unum & ens non sunt pure æquiuoca, sed analoga, & quia analoga, non tm̄ recedūt ab uniuocatione, quantū pure æquiuoca, ideo pp hm̄oi uicinitatem ad F uniuocatione uīr aliquibus ens & unum simpl'r dici, cum tñ dicantur multipliciter.

Similiter autem & propter accidens, & aliorum unumquodque, aliæ quidem orationes erunt faciles uideri, aliæ autem difficiliores. sumere & in quo genere, & utrum redargutio an non redargutio? non facile similiter in omnibus est.

Egidius intelligit sic, ꝙ simpliciter in accidente & in alijs fallacijs tam in dictione, quam extra dictionem aliæ orationes erunt faciles uideri aliæ uero difficiliores. Melius autem cum Alex. dicit. [Similiter autem, & pp accidens, &] pp [unumquodque aliorum] generum decipiendi [aliæ quidem orationes erunt faciles uideri] .s. utrum in accidente sunt, [aliæ autem difficiliores] sunt [sumere & in quo genere sunt.] utrū .s. in accidente, an in alio genere. [Similiter & in omnibus non facile est, utrū redargutio] .s. fiat? [an non] G fiat [redargutio] sic enim exponere, uidetur optime factum.

Est autem acuta oratio, quæ dubitare facit, maxime. Mordet enim hæc maxime. acuta, δριμὺς acris acerba

Cum declarasset faciles orationes, nunc uult declarare difficiles, & primo definit acutam orationem, quę & difficilis dr̃, & dicit. [Est autem acuta oratio, quæ] rñdentem [dubitare facit maxime.] Quod autē hæc debeat acuta, probat, & dicit. [Mordet.n. maxime,] stimulando mentem respondentis, qualia (ut Alexā. inquit) quarta & sexta aggressio in quinta sectione de interpretatione, per quas tentauit construere, ꝙ magis affirmationi negatio opponatur, quam contraria affirmatio. Acutam.n. certe, & non facilem habent phantasiam adductionis. Insuper etiam & quæ monstrant, quod non sit tempus, quia non sunt temporis H partes ptm̄ futurum, & præsens, & alia eiusmodi.

Dubitatio autem est duplex, hæc quidem in syllogizantibus, quam eligat quis interrogationum. Illa aūt in contentiose sustinētibus, quomodo dicat propositum.

Cū in definitione acutæ orōnis accepisset dubōnē, nunc diuidit dubōnem, & Egid. legit sic. [Dubō aūt est duplex, hæc quidem in syllogizantibus] quantum ad peccantē in materia, in quibus subaudi peccātibus in materia, dubitat [quis quā eligat interrogationū] ut illam interimat, est igit̃ una dubō .s. circa ꝑpōnes, ut quis eam eligat, ut rñdere possit interimendo. [Illa autem] siue alia autem dubō est in contentiose sustinētibus .i. in peccātibus ī forma, quā qs debet soluere

I uidendo[quō dicat propositum] i. quō syllogizat ꝓpositum. Alex. autem dicit duplicem esse dubōnem, alteram in dialecticis sermonibus, alterā in contentiosis. In dialecticis quidem, qm̄ propositis pluribus interrogationibus æque probabilibus, non oēs oportet destruere, ut in topicis, & in p̄nti libro sæpe dictū est. sed eam. ad quam sequitur opponētis intentū, modo q̄ nā illa sit, est prima dubō talis in dialecticis orōnib. uerbi causa. si nullus paries respirat, qm̄ non est aīal. Nam si esset animal, respiraret utique paries. quare si quid est aīal, respirat. oportet destruere in hoc paralogismo illā, si esset aīal, respiraret utique paries, qm̄ formicæ, apes, oīa insecta aīalia sunt, quę non respirāt. nō igit̄ paries (qm̄ non est aīal) non respirat. Causa. n. immediata, quare paries non respirat, non est, quia nō est aīal. Hæc. n. causa remota est, sed quia non habet pulmonē. In contentiosis uero dubitatio est, quō dicat aliquis ꝓpositū i. quō r̄ndere poterit aliquis, ne redarguatur. Si. n. interrogaretur aliquis, quot quis non hēt prius hn̄s, utrū amisit tot? dubō esset quonā modo r̄ndens r̄ndere poterit ne redargueret. Si. n. concesserit, redarguetur, ut superius patuit. si autem negaret, etiā redarguetur, sed si concesserit horum aliquid, aut aliqua, nullo modo redargueretur. K

Quapropter in ijs, quæ syllogizant, acutiores orationes quærere magis faciunt. Est autem ea, quæ syllogizat quidem, oratio acutissima, si ex quàm maxime apparentibus quam maxime probabile quis interimit.

Ex ijs quæ dixerat, concludit, quid sit oratio acutior, & quæ acutissima, nam si acuta est, quæ facit dubitare, quæ interrogationum debet eligi, ut interimat̄, acutior erit, quæ magis facit dubitare de interrogationibus, quæ debet eligi, ut interimatur, & acutissima, quæ de interrogationibus facit maxime dubitare, quę debet eligi, ut interimat̄, dicit [quapp in ijs, quæ syllogizant] hoc est quæ nō in forma, sed in materia peccant [acutiores orationes] subaudi sunt, [quæ magis faciunt quærere] i. dubitare de interrogationibus, q̄ debet eligi ut interimatur. non. n. omnes debent interimi, sed ea, ex qua opponens syllogizat intentum. Deinde declarat acutissimam, & dicit. [Est autem ea, quæ syllogizat quidē] non peccando in forma. [orō acutissima, si ex quam maxime apparentibus] hoc est probabilibus, [quam maxime probabile quis interimit.] Hæc. n. est, quæ maxime facit dubitare de interrogationibus, quæ debet eligi, ut interimatur, nam syllogizans accipit interrogationes, quæ maxime probabiles sunt, quarum aliquam eligere ad interimendum difficillimum est, pp æquam atque maximam in omnibus probabilitatem. Egidius exemplum affert in Medea, & quæ ipse dicit, sunt satis exposita a nobis in topicis. Alexander affert exemplum Poli & Calliclis apud Platonem in Gorgia. Est. n maxime probabile iustitiam bonum esse. iniustitiam uero malum. Insup maxime probabile est iustitiam melius esse ipsa iniustitia. Si igitur aliquis ex quam maxime probabilibus hæc destruxerit, sicuti Polus, & Callicles facere tentauerunt, ꝙ enixi sunt syllogizare iniustitiam facere melius esse quam iustitiam facere ex quam maxime probabilibus quam maxime probabile destruxerunt, acutissima erit. Insuper mundum esse factum maxime probabile est apud Philosophos, & uerum. Si igitur Aristoteles ex illo principio quam maxime probabili omne quod fit, ex ente fit (nam perterruit omnes philosophantes ex nihilo aliquid fieri) syllogizauerit mundum non esse factū, oratio, quæ hoc probauerit, acutissima est. alia plurima exempla dari possunt. sed hæc sufficiant. L M N

Nam cum una oratio sit (transposita contradictione) omnes similiter habebat syllogismos. Semper enim ex probabilibus similiter probabile interimet, aut construet. Quapropter dubitare necessarium est, maxime igitur talis acuta, quæ ex æquo conclusionem facit interrogationibus.

Cum accepisset acutissimam orationem esse, quæ ex maxime probabilibus interimit quam maxime ꝓbabile, nunc secundū Egid. assignat causam ex eo, qa hæc facit q̄ maxime dubitare. uerbi causa, in extremo suo, oīs mr̄ diligit. Medea est mr̄. igit̄ Medea diligit. hæc orō est acutissima quia ex maxime ꝓbabilibus interimit maxime probabile. Maxime. n. ꝓbabile erat apud oēs Medeam odisse. & tn̄ per hanc orōnem destruitur hoc, & construitur Medeam diligere propōnes etiam per quas interimitur illud q̄ maxime probabile, sunt q̄ maxime probabiles. Illa. n maxime ꝓbabilis est, omnis mater diligit, silr̄, & illa Medea est mr̄. Quod aūt faciat q̄ maxime dubitare, ostendit Egid. qa si respondens concesserit conclusionem, q̄ maxime improbabile concedet, si autē negauerit eam, oportebit negare omnes, uel alteram propōnem, & cū ille sint q̄ maxime probabiles, negabit q̄ maxime probabile. un̄ si negauerit conclusionem, accepto opposito conclōnis, uidelicet. Medea non diligit cum minore, quæ est Medea est mr̄, concludet̄, qm̄ mr̄ non oīs diligit, quod est q̄ maxime improbabile. Silr̄ ex eodem conclusionis opposito cum maiore, concludet̄, qm̄ Medea non est mr̄, hoc pacto omnis mr̄ diligit. Medea nō diligit. ergo Medea nō est mr̄, quod est falsum, & q̄ maxime improbabile. quicquid igit̄ dicat̄, semper ut̄ concludi q̄ maxime improbabile, & conclō ex æquo se habet ad ꝓpōnes, quia quemadmodum ꝓpōnes ꝓbabiles syllogizant conclōnem improbabilē, ita oppositum conclusionis q̄ maxime probabile. syllogizabit oppositū ꝓpōnū, quod est maxime improbabile, quare fiēt syllogismi silr̄es, quia semper ex q̄ maxime probabilibus, concludent q̄ maxime improbabile, & cū ita sit, hæc orō erit acutissima, qm̄ in ipsa maxime angustiat̄ r̄ndens, cum ignoret quid concedendū, & quid negandum. dicit. [Nam cū una orō sit,] subaudi quā diximus esse acutissimā, [transposita cōtradictione] i. ex opposito conclusionis, si negabit̄, [omnes silr̄ habebit syllōs, semper. n.] per illos [ex probabilibus silr̄ probabile interimet, aut] subaudi īprobabile [cōstruet.] ipse opponēs [quapp dubitare necessarium est,] utrū interimenda sit aliqua propō, an ipsa conclusio, quia undecunque semper ex q̄ maxime probabilibus concludet̄ q̄ maxime improbabile per oēs syllōs. [maxime igit̄ talis acuta, quæ ex æquo] in ipsa ꝓbabilitate [facit conclōnē interrogationibus.] nā conclō est q̄ maxime improbabilis, & tn̄ orō facit eā æqualis ꝓbabilitatis cū ꝓpōnibus, q̄ interrogabant̄, uel alr̄ & facilius, qui syllogizat iniustū meliorē esse iusto, ex eisdē ꝓbabilibus syllogizabit iniustitiam meliorem esse iustitia, & qđ iniuste, eo quod est iuste esse melius. erit igitur acutissima oratio, quæ transposita contradictione ad similia, & coniugata, omnes syllogismos habebit similes ex quam maxime probabilibus syllogizantes quam O P Q

A quam maxime improbabile. Hanc expônem Alexã. fortasse approbauit. dicit. [Nã cum una oratio sit,] qua. uidelicet. probatur iniustum meliorem esse iusto, [transposita contradictione]. i. oppositione sophistę ad coniugata. i. conuersa ratione Poli & Calliclis, ad cõiugata, [omnes similiter habebit syllogismos,] qm̃ ex æquo pbabilibus. [Nã semp ex probabilibus] op ponens [interimet probabile, aut construet] improbabile. Tunc concludit. [quapp dubitare necessariũ est,] postquam ex probabilibus quam maxime per omnes syllogismos interimitur quam maxime probabile hinc accedit ad propositum, [maxime igitur talis acuta, quæ ex æquo conclusionem,] subaudi quã maxime improbabilem [facit interrogationibus,] qa enim conclusionem quam maxime improbabilem similem facit in ipsa probabilitate propositionibus, dicitur maxime acuta. Hæc expositio faciliorem. & fortasse uera.

B

Secunda autem, quæ ex omnibus similibus. hæc. n. similiter faciet dubitare, quæ nã interrogationũ interimenda est. id aũt difficile est, nã interimendum quidẽ, quid autem interimendũ dubiũ.

Nunc redit ad exponendum acutam orationem, asserens acutã esse, qñ propõnes minus probabiles sunt conclusione, uerum inter se æque probabiles, & dicit. [Secunda autem] s. acuta, est [quæ ex omnibus similibus] inuicem in improbabilitate, concludit subaudi conclusionem magis probabilem. [Hæc. n.] s. orõ [similiter faciet dubitare, quæ nã interrogationum interimenda est,] non. n. omnes interimendæ, sed ea, ex q̃ syllogizatur conclusio. [id autem.] s. eligere [difficile est, nam interimendũ quidem] est aliquam interro gationum [quid autem] interrogatorũ, [interimendum, dubium est.] Est etiam (ut Alex. induit) aliã causam dubitandi, quia contra propõnibus probabilior est, modo non oportet conclusionem probabiliorem esse propõnibus, sed propõnes conclusione, siquidem ex credibilioribus & notioribus oportet syllõs fieri. Quare cum propõnes sint conclusione minus probabiles, sibiinuicem uero similes, ꝙ deductio conclõnis facta sit, manifestum, sed ex qua interrogationum (similibus exñtibus adinuicem,) nõ est manifestũ uerbi causa. si sic syllogizaret aliquis, nullũ æternum habet principiũ mundus habet principiũ igit mundus non est ęternus conclõ est pbabilior pponibus, & ppõnes sunt adinuicem siles quantum ad suam pbabilitatem, ppea oratio hæc erit acuta, non tñ acutissima, acuta q dem, quia si aliquis uellet soluere, nesciret quam inter rogationum deberet interimere. Quod uero nõ acutissima ex textu priore patet. Insuper si aliquis sic syllogizaret, omnis numerus seipsum mouens immortalis. anima est numerus seipsum mouens. igitur anima immortalis. hæc oratio est acuta, quia cõclusio probabilior est propositionibus. propositiones autem adinuicem æque improbabiles uel æque minus quam conclusio probabilis, siquis uellet soluere, cum non oporteat omnes interimere, sed eam, ex qua principaliter conclusio deducitur, non uidebitur, quæ est interimẽda. ideo hæc oratio acuta est, non tamen acutior, nec acutissima.

C

D

Contentiosarum autem acutissima quidem, quæ primum statim dubia est utrũ syllogizat aut nõ, & utrum pp falsum, an pp diuisionem solutio.

Cum dixisset, quæ dialecticarum orationum sunt acute, nunc (ut placet Alex.) dicit, quæ sophisticarum, & dicit. [Contentiosarum autem acutissima quidẽ] subaudi est [quæ primum statim dubia est, utrũ syllo gizat, aut non?] qualis Parmenidis, qua probabat unũ esse ens, hoc pacto quod est præter ens est nõ ens, qđ est non ens, est nihil, unum igitur ens. hæc quidem nõ syllogizat, non tamen manifestum est utrum syllogizat. Est aũt non syllogizans, qm̃ non affert ex positis unum igitur ens. Quod autem sit sophistica, & non syllogizans, dixit in primo naturalis auditus. ambas enim dicit ibi litigiosas, & quæ Mellissi, & quæ Parmenidis. magis tamen eam, quæ Mellissi, onerosam, & nullam habentem dubitationem. Quæ uero Parmenidis dubitationem habet, habet insuper obscurum, [utrum propter falsum, an propter diuisionem est so lutio] afferenda, id est utrum propter falsum est solutio. id est utrum propter conclusionem falsam, an propter diuisionem. id est propter interemptionem alicuius propositionis. sic enim exponit Alex.

E

F

Secunda aũt aliarum, quæ manifesta quidem, quoniam pp diuisionem, uel interemptionem est. Non tamen exploratum per cuius interrogationum interemptionẽ uel diuisionem soluenda est. Sed utrum pp conclusionem, an pp aliquam interrogationũ idest.

Exponit eam, quæ est in secundo loco difficilis, & dicit. [Aliarum autem] .i. inter alias autem orationes difficiles [secunda] hoc est secundarie difficilis est, [q est manifesta quidem, qm̃ pp diuisionem, uel interem ptionem] subaudi alicuius interrogationum solõ est, uerbum interemptionem est expositiuum illius uerba pp diuisionem, [non tamen exploratum per cuius interrogationem interemptionem, uel diuisionem sol uenda est] .i. non tñ manifesta quale intetrogatorum destruentes orationem soluemus. [Sed utrum pp cõclusionem] (ut diximus.) [an pp aliquam interrogationum i.] s. manifestum igitur est manifesta quantũ ad unum, & obscura quantum ad alium. nam utrum sit deceptio, & solõ pp conclõnem, uel pp interrogationes, hoc manifestum est. Sed cũ non pp oẽs interrogationes, ideo obscurum est per qualis interrogatio nis interemptionẽ est solõ. fit aũt circa cõclõnẽ solõ, qñ deceptio fit circa conclõnẽ, deceptio autem fit circa conclõnẽ, qñ eã oñdimus non accidere ex interrogatis, sicuti est Parmenidis orõ. & illa, cuius superius Arist. meminit, dicens quorum scientiæ studiosæ, studiosa est disciplina at mali studiosa est scĩa. malũ igit disciplina studiosa. nõ n. hoc accidit ex positis, sed ꝙ mali studiosa scientia sit.

G

Quandoque igitur non syllogizans oratio facilis est, si sint ualde inopinabilia, uel falsa, quæ sumuntur. Quandoque autem nõ digna despici.

H

Nunc distinguit facilem, & primo exponit facilẽ orõnem, & dicit. [Qñque igit non syllogizans orõ facilis est, si sint ualde inopinabilia uel falsa quæ sumũtur] nam hæc peccat in materia, & forma, ut est Mellissi orõ monstrans unum ens & infinitum, & hæc est duplex [aliqñ non digna despici,] aliqñ subaudi digna despici.

Nam quando deest aliqua talium interrogationum, de qua oratio, & pp quam est, & qui non sumit illam, & syllogizat, inepta est ratiocinatio.

Cum assignasset diuisionem orõnum facilium, nũc exponit orationem ineptam, quæ digna est despici. & dicit. [Nã qñ deest] aliqua talium interrogationum,

I de qua oratio].i.syllogismus, [& pp quam est,& qui non sumit illam.& syllogizat].s. sine illa,eius[ratiocinatio inepta est,] & digna despici. Dixit autem de qua,& pp quam, qm̃ propões sunt causæ sylli in duplici genere causæ,materialis quidem ratione extremitatum,q̃ sunt maior & minor, de quibus conclusio & sylls cõstat,effectiuæ autem,ratione termini medij, pp quem infertur conclusio, in qua maior prædicatur de minore extremitate.igitur cum dixerit de qua respexit ad materiam , cum autem dixerit per quam respexit ad causam effectiuam,dixit etiam ꝙ nõ sumit illã , qm̃ licet requirantur duæ propões ad syllogizandã conclusionem, non tñ ambæ æque principaliter concurrunt,ut diximus. Tunc igitur erit oratio digna despici,qñ ea propõ prætermittitur, ex qua, & per qua euidentius,& principalius infertur conclusio,quare si

K sylls principaliorẽ propõnem prętermiserit,peccetq; in materia,atque syllogizet falsum,omnino est despiciendus,qualis fuit (ut diximus) Mellissi oratio monstrans unum esse ens,& infinitum,& aliæ multæ .

Quando autem eorum,quæ extrinsecus,non despicienda. Sed oratio quidem iusta , interrogans autem non probe interrogauit.

Exponit orationem non dignam despici, & Egid. subintelligit omnia,quæ dicta sunt,hoc pacto . [Qñ autem]in syllo,qui sumit improbabilia,non deficit aliqua propõnum,sed deest aliquid[eorum,q̃ extrinsecus]sunt,utputa propões,quę monstrant aliquid acceptorum in syllo,ut exponit Alex.[non despicienda oratio.sed oratio quidem iusta] est,quatenus non deest aliqua propõnum earum, ex quibus oratio immediate constare debet. [Interrogans autem non ꝓbe interrogauit ,] quia cum sumpsisset ea, quæ non

L erant probabilia,debebat ipsa probare,atque declarare. ¶Quo uero ad uerba attinet,uerbum iusta græce est ἐπιεικής,latine æqua,in translationibus antiquis habilis legitur , & Egidius exponit.i.apta ad soluendum , quatenus accipit improbabilia. Tu uero an bene exponat,considera. Alex.n.& Herminius exposuerunt ꝙ oratio bona sit quidem, sed ꝙ interrogans non bene interrogauerit, quia nec ad positionem, nec ad respondentem .

Et est sane soluendum quandoque quidem ad orationem, quãdoque autem ad interrogantem & interrogationem,quandoque uero ad neutrum horum.Similiter & interrogandum,& syllogizandum est,& ad positionem,& ad respondentem , & ad tempus,quando fuerit pluris temporis egẽs solutio, quam sit præsens tempus(quo disputatur)ad solutionem.

Vltimo de modis soluendi,& interrogãdi loquẽs,

M dicit. [Et est sane soluendum qñque quidem ad orationem.]& hæc solutio(ut superius dictum est) est recta, [qñque autem ad interrogantem & interrogationem,] & hæc solutio,ut diximus,est apparens, qa ad hominem. [qñque uero ad neutrum horũ,] quia est soluere ad tempus, quid autem sit soluere ad tempus, declarat ibi[qñ fuerit pluris tpis,] & quæ interponũtur suspensiue usque ibi legi debent. [Silr & interrogandum & syllogizãdum est,& ad positionem].i.ad orationem.[&]qñque[ad respondentem,&] qñq; [ad tempus.]Exponit autem quid sit soluere ad tps, & dicit,tunc soluimus ad tempus . [qñ fuerit pluris tpis egens solutio,quam sit præsens tempus, quo disputatur ad solutionem] .s.principalem,qñque.n.in soluendo pp necessitatem implicatur aliquid, qđ eget

N pluri declaratione,& pluri tpe quam sit principale ꝓpositum,& tunc hmõi solutio remittitur ad tempus . Simili modo accidit in oppositione, nam quandoque in opponendo obiter occurrit aliquid,quod eget pluri declaratione,& tũc oppositio est ad tempus. Alex. uero,sed ad tempus interrogant,qñ ea & tot prætendunt,quæ pluris indigent & longioris tpis ad apparẽdum,si sic se habent,ut prætenditur . Iccirco oportet respondentem ad tempus soluere.uerbi causa, cũ opponens tulerit instantias multi ad apparendum si uere sint. Nam instantiarum quædam sunt, quædã uero apparent, non sunt tamen , ut octauo topicorum dictum est.aut soluere ad tempus est qñ dicit respondẽs non de hanc,nec concedo,quia non apparet,& pluris tpis indiget ad compræhẽsionem. Simili modo de oppositione ad tempus,cũ.n.aliquis dicit suppono mihi hoc nunc,sed ad aliud tempus declarandum,hic opponit ad tempus. O

¶Epilogus.

Ex quot igitur,& ex quibus paralogismi fiunt ijs, qui disputant,& quomodo ostendemus falsum, & inopinabilia dicere faciemus.Insuper autem ex quibus accidit syllogismus,& quomodo interrogandum,& quis ordo interrogationum .

Arist.nunc,ut bonus rhetor epilogat tam ea , quæ dixit in libris topicorum, quam ea quæ dixit in præsenti libro elenchorum, & epilogans ea, quæ dixit in huius libri primo dicit. [Ex quot igitur] .s.finibus sophistarum, [& ex quibus,] ex quot quo ad numerum,quia sunt sophistarum quinque fines, & ex quibus,quo ad definitionem cuiusque finis , [paralogismi fiunt ijs,qui disputant,] & ducunt ad redargutionem, [& quo modo ostendemus falsum,] quod est unus ex finibus sophisticis,[&] qũo [faciemus dicere P inopinabilia,]quod est alius ex finibus. [Insuper autem ex quibus accidit syllogismus ad solœcismũ] & ad nugationem ducens, [& qũo interrogandum, & quis ordo interrogationum,] quo ad loca,& præcepta interrogandi . Hæc de primo libro . Fortasse [ex quot] retulit ad fines,qui sunt quinque, [& ex quibus]retulit ad loca decipiendi,quæ sunt. 13.

Præterea etiam ad quid sunt utiles hmõi orationes omnes & de responsione simpliciter omni, & qũo soluendum est orationes & syllogismos,dicta sint de omnibus a nobis hæc .

Quo uero ad secundum librum dicit . [Præterea etiam ad quid sunt utiles hmõi orationes omnes , & simpliciter].i.ulr dictum est [de responsione omni, & qũo soluendum orationes & syllos dicta sint de omnibus a nobis hæc.]dixit [dicta sint,] quia non omnia epilogauit, quia non epilogauit faciles & difficiles orationes,nec oportet in epilogo omnia,sed principalis replicare . Q

Reliquum autem est de eo,quod a principio erat propositũ ad memoriam reuocantes,non nihil de ea re sub breuitate dicere,& finem imponere dictis.

Quia uult epilogare ea,quæ dixit in libris topicorum.primo ostendit hoc se uelle facere, quia promiserat,& dicit. [Reliquum autem est de eo,quod a principio erat propositum]se uelle facere in primo topicorum.[ad memoriam]per modum epilogi reuocantem omnia quæ fecit,[non nihil de re,quam fecit sub breuitate dicere,]ut ostendat se fecisse,quod promiserat. Nam promiserat dare autem disputandi de omni proposito,epilogando quæ fecit in topicis,patebit se

fecisse,

A fecisse,quod promiserat, quibus epilogat, reliquũ erit [& finem imponere dictis.] unde compilãdo ea,quæ declarauit in topicis,cum traditis in hoc libro.patefaciet se tradidisse artem disputandi de omni proposito,& topico,& sophistico, ut promiserat in proœmio topicorum.

Præmisimus igitur inuenire facultatem quandam syllogizandi de proposito ex ijs,quæ sunt quam probabilissima.id.n.opus est dialecticæ secundum se,& tentatiuæ.

Nunc epilogat determinata in topicis, & dicit. [Præmisimus igitur] s in proœmio [inuenire facultatem quandam syllogizandi] subaudi de omni [proposito ex ijs,quæ sunt quam probabilissima] intelligens (ut Alex. exponit) per potentiam syllogizandi locorum negocium. nam dictum est in topicis negocium locorum esse potestatem syllogizandi de omni
B proposito,& assignat causam,& dicit. [Id.n.] s. tradere potestatem syllogizandi de omni proposito,[opus est dialecticæ per se & tentatiue,] aliter & aliter, nam dialectica disputat ex simpliciter probabilibus. Tentatiua uero ex probabilibus respondẽti, utriusq; tñ per se opus est tradere potestatem syllogizandi ex probabilibus,& non ut Egid dixit hoc opus esse dialecticæ per se,tentatiuę per accñs. Hoc.n nec Alex.dicit,nec Herminius.

Quia autem præinstruitur quis ab ea, propter sophisticæ uicinitatem, ut non solum experimentum sumere possit dialectico more,sed etiam quasi scientifico,pp id non solũ dictum negocij officium posuimus orationem posse sumere,sed etiam ut orationem sustinentes, tueamur positionem per quam probabilissima simili modo.

Cum dixisset in proœmio topicorum opus esse in
C uenire methodũ, per quam poterimus syllogizare de omni proposito, & etiam sustinere omnem orõnem, nunc causam assignat pp quid opus est dialectice nõ solum posse interrogare atque syllogizare, sed orationem sustinere,& dicit. [Quia autem præinstruitur qs ab ea.] s. methodo syllogizandi de omni proposito, uel ab ea.i.dialectica ad methodum syllogizandi de omni proposito,[pp sophisticæ uicinitatem] dialectico subaudi competit, [ut non solum experimentum sumere posit dialectico more].s.opponendo & syllogizando,[sed etiam quasi scientifico].s respondendo atque sustinendo,[pp id] i.pp uicinitatẽ [sophisticæ].s.syllogismum non solum dictum negocij officium posuimus orationem posse sumere] quæ syllogizet,& opponat, [sed etiam ut orationem sustinentes,] & refutantes, [tueamur positionem.per quam
D probabilissima simili modo] s.quo syllogizat.nam p ea probabilia debet respondere, per quæ enititur dialecticus syllogizare.per quæ induit morem scientificũ esse sustinere propositum, morem autem dialecticum syllogizare contra propositum. Sed quæritur unde dialecticus habet morem scientificum qui est defendere positionem. Respondit Arist. pp uicinitate cum sophistica,non autem ex suijpsius natura. Alex. uero declarat hanc uicinitatẽ,ex ijs, quæ dicta sunt superius. Nam dictum est ita se habere sophisticam ad dialecticam,ut se habet falsa scriptura ad geometriam. Sicuti enim hæc ex principijs geometricis mota est (sed scripturas falsas facit,non contingentes) sic & ipsa sophistica ex apparentibus quidem probabilibus ex principijs dialectice mota est. Horũ.n aliquibus utitur aut non existentibus probabilibus, sed apparentibus solum,aut existentibus probabilibus,figura autem peccantibus,ut cum ex duabus particularibus,aut ex duabus affirmationibus in secunda figura concludit. Si igitur hæc uera sunt,bene sophisticam dixit dialectice esse uicinam.ambæ.n.de omnibus,quamuis differẽter ut dictum est. quia igitur dialectica affinitatem habet cum sophistica,& sophistica non solum potest orationem accipere,sed ut sciens,propositum sustinere. Dialecticus.n.sicuti nesciens interrogat, quæ interrogat. Sophista autem non sciens sed ut sciens omnia scire profitetur,& nihil esse,quod nõ scit. hoc.n.apud Platonem Gorgia manifestauit.d. nullus unquã per multos annos aliquod nouum me interrogauit,solum dicens omnia,quot aliquis me interrogat, scio. & nihil est,quod me latebat. Qm̃ igitur sophista omnia scire profitetur, profitenti autem omnia scire magis conuenit interrogari, & manifesta facere, quæ scit, sed cum interrogare appareat omnibus dialectice esse opꝰ, erit nõ solum interrogare,dialectice opus,sed etiam interrogari,& orationem sustinere,& quidem magis. Si.n. sophistæ magis est orationem sustinere, ut dicenti se omnia scire,etiam dialectico erit magis opus orationẽ sustinere,propter uicinitatem, quam habet ad sophistam, non ꝙ ex se nec præcedenter dialectice opus sit orationem sustinere, sed propter uicinitatem, quam habet ad sophisticam. Ex se enim atque sui natura est oppositiua, uicinitate autem ad sophisticam est responsiua. E F

Causam autem diximus huius, & quoniam propter id Socrates interrogabat,nõ autem respondebat. Cõfitebatur.n. se nõ scire.

Probat quod dixerat argumento sumpto ab ipso Socrate, & continuetur sic, in proœmio topicorum diximus opus dialectice esse non solum posse accipere orationem.i.syllogismum,sed & respondere,& ibi non diximus causam. [Causam autẽ huius diximus] nunc deficit.n.in textu (ut Alex.putat) ipsum,nunc. nam diximus dialectice opus per se esse interrogare, & syllogismum accipere,uicinitate autem ad sophisticam,respondere & positionem sustinere,ꝙ autẽ opus dialectice per se sit interrogare, per accidens respondere & causam diximus, [&] etiam aliam afferrimus [qm̃ propter id Socrates interrogabat,non autem respondebat,confitebatur n. se non ea, quæ interrogabat. Vt enim dialecticus nesciens erat,quæ interrogabat,ut autem nescius interrogans,orationem non sustinebat,nec respondebat ad orationes,quæ contra dicebantur. Quare uerum est quod diximus.s.dialectice opus per se esse interrogare,per accidens autem uicinitate.s.ad sophisticam,respondere. nam Socrates, qui non erat sophista,sed dialecticus, nunquam respõdebat,sed semper in Platonis dialogis introducitur interrogans. G *Cur Socrates sẽp interrogabat in dial. Platõis* H

Manifestum est autem in prioribus ex quot & ex qualibus et ad quot id erit, & unde horum idonei erimus.

Quantum uero ad septem topicorum libros, in qbus prosequitur ea,quæ in pœmio dicere proposuit, epilogat,& dicit. [Manifestum est autem in prioribus].s.septem topicorum libris [ex quot quantũ ad numerum propositionum syllogisticarum, [& ex qualibus] quo ad affirmationem & negationem,quæ qualitates propõnum sunt [& ad quot].s.quo ad numerum problematum,quæ cõclusiones hñt [id erit]

I scilicet quod propositum erat in procemio, scilicet interrogare,& respondere.[& unde horũ]trium[idonei erimus] quantum ad loca, per quæ idonei euadimus facere hæc.

Adhuc autem quõ interroganda uel ordinanda quæstio omnis, & de responsionibus, & solutionibus, quæ sunt ad syllogismos. Patefactum est autem & de alijs quæcũque huius disciplinæ sunt orationes.

Epilogat ea, quæ pertractauit libro octauo.& dicit. [Adhuc autem quõ interroganda uel ordinanda qõ omnis] .i.interrogatio omnis,& hoc quo ad opponẽtem ipsum, [& de responsionibus & solutionibus, q̃ sunt ad syllogismos] quantum ad ipsum respondentem. [patefactum est autem & de alijs, quæcunque huius disciplinæ sunt orationes.] quantum ad loca & idoneitatis, cões opponenti,& rñdenti, & quantũ ad alia annexa topico negocio.

K *Præter hæc aũt & de paralogismis pertractauimus, quemadmodum diximus iam prius.*

Vt per tradita in libris topicorum, & per ea quæ pertractauit in præsenti libro ostendat se sufficienter tradidisse eam logicæ partem, quam inuentiuam uocant, epilogat hic ea, quæ tradidit in præsenti libro, & dicit.[Præter hæc autem] in præsenti libro & de paralogismis pertractauimus, quemadmodum diximus iam prius in libro hoc.

Quod igitur nacta sint finem sufficienter ea quæ proposuimus, manifestum.

Demum concludit se sufficienter tradidisse methodum inuentiuam nam per tradita in topicis,& per tradita hic sufficienter habet methodus illa, per quam ꝓbatur tam uere quam apparenter nos posse syllogizare de omni problemate,& respondere. ideo dicit.
L [Quod igitur nacta sint finem sufficienter ea, quæ ꝓposuimus, manifestum,] finiuimus.n.methodum inuentiuam, qua syllogizare probabiliter de omni problemate, & sustinere probabiliter omne propositum poterimus non dicendo repugnans, nec solum uere, ꝓbabiliter, sed apparenter hæc facere poterimus.

¶ Peroratio.

Operæprecium autem est nos non latere quidnam accidit circa hoc negocium. Nam eorum omnium quæ inueniũtur, quæ quidem ab alijs sumpta sunt prius, elaborata paulatim incrementũ sumunt ab illis, qui post modum accipiunt. Quæ autem ab initio comperiuntur, paruum in primis sumere solent incrementum, multo tamen utilius eo incremento, quod postea ab alijs fit.

Arist. uolens in præsenti fine totius logicæ se excusare, primo ostendit se fuisse logicæ inuentorem, dein
M de uenit ad excusationem. Quantum ad primam partem accipit logicam esse inuentam eo modo, quo cęteræ artes,& dicit. [Operęprecium est nos non latere, quidnam accidit circa hoc negocium] .s.circa artem inuentiuam, uel circa totam logicam (ut exponit Alexander) nam accidit, ut inueniatur, modo, quo cæteræ artes inueniuntur Deinde exponit modos, quibus artes inuentæ sunt,& sunt duo. Nam uno modo inuenitur ars non tota simul, sed per inuentorum successionem tandem perficitur, alio modo ab initio tota simul inuenitur ab aliquo, adeo, ut uel nihil, uel parum desit ad perfectionem eius, dicit. [Nam eorum oĩm] .i.earum artium omnium, quæ quidem inueniuntur per successionem, ea, [quæ quidem ab alijs prius sumpta sunt, elaborata] postea.i.melius atque diligentius considerata postea [paulatim incrementum sumunt ab illis, qui postmodum] ea [accipiunt:] & sic tãdem perficitur. pro enim quo inueniuntur, aut falsa, aut inepta sunt, postea melius atque diligentius considerata ab illis, qui ea accipiunt, incrementum sumũt. [quę autem ab initio comperiuntur] .s. artes tote simul ab uno, [paruum in primis sumere solent incrementũ,] quia nunquam omni ex parte inueniuntur perfecte, quin aliqua desint. [Multo tñ utilius eo incremento quod postea ab alijs fit.] Sic igitur artium, alia inuenitur per successionem principijs, aut rudibus, aut falsis inuentis, per posteciores autem diligentius excultis. Aliqua inuenitur saltem perfecta,& si non tota, saltẽ pro parte bene dicta,& diligenter exculta,& huius illud quod a principio inuenitur, utilius est eo incremento, quod a posterioribus addit. De his 2.metaph. Arist. satis dixit. N O

Maximum.n fortasse principium omnium ut dicitur. Quare & difficillimum. quanto.n.uirtute ualidissimum, tanto mole minimum, difficillimum est uideri. eo aũt comperto, facile est addicere, coaptareq; reliquum.

Quod principium primo inuentum sit utilius eo, quod a posterioribus additur, probat & dicit.[Maximum.n.fortasse principium omnium ut dicitur.] est. igitur est utilius eo, quod post inuentionem additur a posterioribus. Ex hoc ulterius concludit tale principium primo inuentum esse difficillimum,& dicit. [Quare & difficillimum.] Cuius causam assignat,& dicit [quanto n.uirtute ualidissimum, tanto mole minimum, difficillimum est.] igitur quod primo inuenitur, est tum utilius, tum difficilius eo, quod a posterioribus additur. Quod autem id quod posterius additur, sit facile, dicit.[Eo autem comperto, facile est addicere, coaptareque reliquum.] Hæc sunt sæpe sæpius dicta, tum in lib.physic. tum etiam in 2. metaph. & a Platone non raro. P

Quod circa rhetoricas orationes accidit. Pene autem & circa alias artes omnes. Nam qui principia inuenere, omnino ad exiguum quid perduxerunt. qui autem nunc celebriores habentur, uendicantes a multis, uelut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt.

Hoc quod dixit, per exempla exponit, & primo proponit suum intentum,& dicit. [Quod circa rhetoricas orationes accidit, pene autem, & circa alias artes omnes. [Nam qui principia inuenere] & in rhetorica,& in alijs artibus quibusuis, [omnino ad exiguum quid perduxerunt.] paruum.n.admodum est, quod primo inuenerunt. [Qui autem nunc celebriores hñr] .s.in rhetorica, uel in alia arte, [uendicãtes] atque colligentes [a multis, uelut ex successione particulatim colligentes, sic auxerunt] rhetoricam uel aliam artem dixit. pene autem & circa alias artes, pp logicam, cuius ipse solus fuit inuentor. Q

Tisias quidem post priores, Thrasymachus uero post Tisiam, Theodorus post hunc, & multi multas coadunauere partes. Quapropter nihil mirum, si in amplum quidem creuerit ars.

Proposita intentione, nunc assignat exemplum, & dicit. [Tisias quidem post priores, Thrasimachus uero post Tisiam, Theodorus post hunc] .s. Thrasimachum, [& multi] post hos [multas coadunauere partes, quapp nihil mirum si in amplum quidem creuerit ars] scilicet rhetorica.

A *Huius autem negotij, non hoc quidem erat exploratum, illud autem non erat. Verum nihil ipsius, prorsus erat. nam eorum, qui circa litigiosas orationes erant. mercennarij erant, similis quidem doctrinæ Gorgiæ negocio.*

Redit nunc ad propositum, & uult ostendere se inuenisse, & perfecisse uniuersam logicam, & primo ostendit logicam non esse inuentam modo, quo rhetorica est inuenta, & dicit. [huius autem negocij] .s. logicæ, uel artis inuentiuæ (utroque.n. modo exponit Alex.) [non hoc quidem erat exploratum] & inuentum, [illud autem nõ erat] exploratum, atque inuentum, [uerum nihil ipsius prorsus erat] subaudi adinuentũ per modum artis. Si.n. a prioribus ante tempus Arist. aliquid de logica dicebatur (ut a Platone, & Protagora, & ab alijs) illud non erat traditum per momentum artis, sed per successiuam imitationem. Multa.n. Plato dicit in dialogis de logica ipsa, non ex arte, sed uel B bonitate naturæ (est n. logica fere nobis natura insita,) uel imitatione priorum, & assignat causam, & dicit. [Nam eorum, qui circa litigiosas orationes erãt, ut Cratillus, Zeno, Protagoras, Parmenides, Mellissus, & alij, quorum professio erat in captionibus [mercẽnarij erant] i. sophistæ (ut exponit Alex.) qm̃ ex apparentibus uidebantur sapientes, & hi sophistæ similis doctrinæ erant quidem Gorgiæ negocio. Erant.n. in rhetorica sophistæ in dialectica, & etiam, & utrique (ut dictum est primo huius) mercennarij erant. nam q̃ non ex proprijs rhetorice, sed ex ijs, quæ sunt præter rem, uictoriæ causa, persuadebant, litigiosi dicebant, litiumque amatores. Qui autem gloriæ gratia, quæ in diuitijs est, persuadebant ex ijs, quæ sunt præter rem, mercennarij dicebantur. Nam sophistica est (ut diximus) C pecuniarum quædam aucupatiua ab apparente sapientia. Hanc.n. rhetorice partem Plato & Arist. appellant sophisticam. Docent.n. simulare sapientiam pp lucrum, & sic rhetores huius partis mercennarij dicuntur. Simili modo Arist dicit nunc, [nam eorum] .s. logicorum, [qui circa litigiosas orõnes erãt, mercẽnarij erãt similis quidem doctrinæ Gorgiæ negocio] in rhetorica.

ἐκμαν= θάνειν edisce= re. *Orationes.n. hi quidem rhetoricas, illi autẽ interrogatiuas dicebant docere, in quas sæpius incidere solebant alternatim utrorunque adinuicem orationes. Quapropter uelox quidem, utpote quæ sine arte, erat doctrina discentibus ab illis. Non.n. artem, sed quæ ab arte sunt dantes, arbitrati sunt loqui erudite.*

Cum dixisset sophistas mercennarios esse doctrinæ similis Gorgiæ negocio, hoc exponit, & dicit. [Orationes.n hi quidem] .s. sectatores Gorgiæ, [rhetoricas, illi autem] sophistæ similes in doctrina ipsi gorgię D [interrogatiuas] & contentiosas [dicebant docere,] non omnes, sed cões, quæ currebant per scholas [in quas orationes] i. syllogismi [utrorunque] s. rhetorum, & sophistarum dialecticorum [solebant incidere adinuicem] & inter se frequenter. Habebant.n. & hi & illi in suis facultatibus, quasdam cões interrogationes, in quas syllogismi, quibus utebantur, plerunque incidere solebant, & has docebant. [Quapp] ut concludit [uelox quidem, utpote quæ sine arte] erat doctrina,] quæ tradebatur [ab illis] ipsis [discentibus. non.n. artem, sed quæ ab arte sunt, arbitrati sunt loq erudite] .i. artificialiter. nam tam sectatores Gorgiæ in rhetorica, quam sophistæ, qui præcesserunt Arist. in logica, cum docebant, non artem tradebant, sed q̃ ab arte .s. fieri possunt, ut Alex. suppleuit. Ignorabãt E enim illa esse ab arte, sed q̃a fieri possunt ab arte, ideo Arist. dicit eos docuisse quæ sunt ab arte, hæc autem erant (ut Alex exponit) & quæ ex æquiuocatione, & quæ ex amphibolia, & quæ ex reliquis fallacijs fiunt, non n. artem, sed quæ ex arte fieri possunt, dantes, docere suspicati sunt, ut si fieret hic paralogismus, iste canis est tuus, iste canis est pater. igiť pater est tuus, isti docebant soluere dicentes maiorem esse ueram, accipiendo tuus possesiue, non autem relatiue. non tñ tradebant artem soluendi primo generatim asserẽdo ibi esse fallaciam accidentis, postea speciatim soluẽdo ex arte generatim tradita omnes paralogismos eiusdẽ generis, habebant itaque multas hmõi orationes, quæ in disputationibus plerũque occurrebant, & eas sine arte soluere docebant. De his inueniunť multæ in dialogis Platonis, & solutiones, & orationes, sed oẽs sine F arte traditæ.

Perinde ac si quis disciplinam dicat se tradere, ut doleant pedes. Deinde sutoriam quidem non doceat, neque unde possint cõparari talia, det autem quàm plurima genera omnimodorum calceorum, hic profecto profuit ad usum, artem uero nõ tradidit.

Illud quod dixerat, declarat per simile in mechanicis, & dicit [Perinde ac si quis disciplinam dicat] subaudi uelle se [tradere] sutoriam, [ut non doleant pedes] operimento calceorum. [Deinde sutoriam quidem non doceat, neque] pelles, [unde posint comparari talia] .s. calciamenta, [det autem quam plurima genera calceorum omnimodorum] .i. secundum omnem formam factorum, [hic profecto profuit ad usum] pedum, ne s. ex incessu doleant, [artem uero] sutoriam (per quam scire possumus facere omnia gña calceorum) [non tradidit.] sic qui nos præcesserunt G in logica, multos syllogismos & generatim, & speciatim demonstratiuos, dialecticos, & sophisticos docebant, artem uero syllogizandi, atque soluendi primo generatim, deinde speciatim eos, qui debent solui, nõ tradebant, & sic tradebant quæ fieri possunt per artẽ, non tñ eorum artem assignabant. Sic fecit Plato in dialogis, omnes.n. dialogi pleni sunt dialecticis, & sophisticis orationibus, quas sibi uẽdicauit ab alijs prioribus. Artem tñ syllogizãdi, & soluendi syllogismos, in illis nec legimus, nec fecisse memoria ueterum traditum est. Si.n. fecisset, aut seorsum a dialogis artem tradidisset, Aristoteles Philosophorum modestissimus non fronte tam aperta diceret nullum ante ipsum tradidisse artem.

Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta, de syllogismis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicquam. qd diceremus, quam mora perquirentes, multo tpe insudaremus. H

Iis declaratis, nunc resumit se esse totius logicæ inuentorem, non quidem propter gloriæ cupiditatem, sed ut se excuset a diligentiore cura, & ueniam petat omissorum, & dicit. [Et de rhetoricis quidem erant multa, & antiqua dicta,] non tñ omnia necessaria ad artem, ipse enim addidit multa præclara in rhetorica (ut Cicero inquit.) [quod nos in rhetoricis] commentarijs post hæc addendis demonstrabimus. [De syllogismis autẽ omnino nihil habuimus prius aliud quicquam] scilicet ab alijs traditum, quod diceremus, [quam mora] & assiduitate [perquirentes multo tempore insudaremus,] igitur a prioribus nihil aliud habemus quam ut multo tempore insudaremus, non

Aristo. adinuenit & compleuit artem totius dialecticæ.

I enim oportuisset multo tempore insudare, si priores multa de arte tradidissent, sed qa nihil habemus, ideo solum ut insudaremus diu, ab illis accepimus, per quæ patet non solum dialecticæ Arist. fuisse inuentorem, sed analyticæ, quæ est ars syllogizandi, simpliciter & demonstratiue.

K *Si itaque uidetur ex considerationibus nostris (ut ex ijs, quæ sunt ex principio) hæc habere disciplina sufficienter supra alia negocia, quæ ex traditione inducta sunt, reliquum erit omnium ue strum, uel eorum, qui audierint hæc opus omissa quidem artis ue nia dignari, inuenta autem multa prosequi gratia.*

Nunc ad excusationem, & dicit. [Si itaque uidetur

L ex considerationibus nostris] factis in omnibus libris, quos fecimus, [hæc disciplina] s. logica [habere sufficienter] subaudi finem & complementum, [ut] una existens [ex ijs] .s. artibus, [quæ sunt ex principio] scilicet inuentæ totæ simul, & non per successionem, id est modo quo habent artes perfectæ a principio, &

M hoc [supra alia negocia. quæ ex traditione] per successionem [inducta sunt,] hic terminatur suspensio, N quasi dicat si hæc ars inuenta a me a principio inuentionis est perfecta, & peruenit ad finem sufficienter, [reliquum erit omnium uestrum,] uel eorum, qui audierint hoc opus] .i. pertinebit ad uos omnes, uel ad eos omnes, qui audierint hoc opus. s. totam logicam. [omissa quidem artis uenia dignari prosequi, inuenta O autem multa prosequi gratia.] petit igitur Aris. omissorum artis ueniam inuentorum gratiam, quia igitur logicum negocium (ut Alexander dicit) primum ab Aristotele inuentū, & ab eodem perfinitum est, ideo oportet omnes nos (quod fieri potest) gratias habere P ei, & ita habemus, agimus, & referimus Aristoteli gratias, & si non quot uolumus, saltem quot possumus. Cœpimus hæc commentaria Neapoli, sed perfecimus in aquis aruncanis apud Diuum Antonium, quæ fugiana nunc dicuntur balnea.

Locus ubi fuit completa hæc expositio.

Anno Domini. M. D. XXXIII. Aprilis Die nono. Q

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNO. Omnes terniones.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. LI.


IN TENEBRIS FVLG ET


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm